

יהוה
INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER. FVNDATA MDCCCVII.
PS. CXIX
169
בדברך
הבינני
JOH XVII.
17.
ὁ λογος
ὁ σος
αληθεια
εστι
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

BRACTON'S NOTE BOOK.

London: C. J. CLAY AND SONS,
CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE,
AVE MARIA LANE.

Cambridge: DEIGHTON, BELL, AND CO.
Leipzig: F. A. BROCKHAUS.

BRACTON'S NOTE BOOK.

A

COLLECTION OF CASES

DECIDED IN THE KING'S COURTS

DURING THE REIGN OF HENRY THE THIRD,

ANNOTATED BY A LAWYER OF THAT TIME,

SEEMINGLY BY

HENRY OF BRATTON.

EDITED BY

F. W. MAITLAND,

OF LINCOLN'S INN, BARRISTER AT LAW,

READER OF ENGLISH LAW IN THE UNIVERSITY OF CAMBRIDGE.

VOL. II. TEXT.

LONDON: C. J. CLAY & SONS,

CAMBRIDGE UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE,

AVE MARIA LANE.

1887

Cambridge:
PRINTED BY C. J. CLAY, M.A. AND SONS,
AT THE UNIVERSITY PRESS.

[[1]PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO S. TRINITATIS ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS SECUNDO.]

* * * * * * * * *

* * * * * * * * *

1. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis [1] Warr. presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Burlega que uacat etc. cuius aduocacionem Johannes de Burlega clamat uersus Priorem de Wittona qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ecclesia non uacat immo ipse est inde persona per donum Willelmi de Burlega patris ipsius Johannis per cartam ipsius Willelmi quam profert et que testatur quod ipse si quid iuris aut dominii habuit in capella de Burlega illud ecclesie de Wittona totum in perpetuam elemosinam et monachis Sancti Petri Castellionis dimisit et concessit[2].

Et Johannes uenit et defendit cartam et sigillum et dicit quod pater suus nunquam illam fecit etc.

Et Prior uenit et dicit quod pater suus illam fecit et sigillum suum fecit et inde poneret se super testes nominatos in carta set mortui sunt et dicit quod Abbas de Bordlega habet cartas de ipso Willelmo sigillatas eodem sigillo et Rogerus de Sherlecota similiter et Gerardus filius Willelmi clerici filii predicti Willelmi similiter habet cartam etc.

[1] As explained in the Introduction, the outside sheet of the first quire of the MS is missing, and the book now begins abruptly, without title or heading, with what seem plainly to be cases from Trinity term 1218.

[2] Monast. vi. 994. The priory of Wotton Wawen was a cell of the Abbey of Castellion or Conches in Normandy.

Dies datus est eis a die S. Mich. in tres septimanas et predicti Abbas, Rogerus et Gerardus summoneantur quod sint ad predictum terminum et ibi habeant cartas quas habent de predicto Willelmo etc.[1]

2. Essex[2]. [3]Thomas de Coleuilla attachiatus fuit ad respondendum Jacobo de Tillebiria etc. et infra. quare non tenet ei finem factum in curia etc.[3] Thomas uenit et cognoscit finem illum et defendit quod in nullo est contra finem, set uerum uult dicere ipse Jacobus retinuit ei seruicium suum quod habere debuit per annum per predictum finem ita quod illud habere non potuit et quia non potuit inuenire catalla ad distringendum seruicium suum super terram per consideracionem curie sue cepit terram in manum suam et illam tenet pro defectu seruicii etc. et producit curiam suam[4] que recordatur quod ad primum Pentecosten post guerram fuit eidem [*Thome*] aretro seruicium suum scilicet firma sua de proximo termino S. Mich. ante guerram, ita quod ipse [*sepius*] pecierat firmam suam, et quia non potuit illam habere, fecit conuenire curiam suam et peciit consideracionem curie quomodo seruicium suum habere posset, ita quod curia considerauit quod ipse distringeret feodum per catalla in eo inuenta quousque ei faceret seruicium suum, et idem Thomas per consideracionem curie sue misit super feodum et fecit capere xxviij. oues et illas tenuit in namium, et Jacobus secutus fuit aueria sua et illa peciit per pleuinam, et Thomas illa ei replegiauit usque ad unum diem quo ueniret ad [*curiam suam*] et ei faceret quod facere deberet, et tali modo reddidit ei oues que tunc fuerunt......quia sex obierunt [*in*] custodia eiusdem Thome unde idem Thomas optulit ei quod computarentur in firma sua. Ad diem ei datum [*non uenit*] Jacobus nec se essoniauit etc. nec umquam postea aliquid inde ei fecit et mariscum iacuit uastum ita quod Jacobus...... habuit nec Thomas. Ad festum S. Michaelis proximum post

[1] The Prior offers to prove the genuineness of the deed by the production of other deeds sealed with the same seal; as to this see Br. f. 398 b.

[2] In each margin there is a brief note, now illegible.

[3-3] Apparently written by the annotator. Probably the words *et infra* are an instruction to the copying clerk.

[4] Thomas produces his court baron, that is, some of his tenants judges of that court.

pacem factam[1] fecit ipse conuenire curiam suam et peciit consideracionem [*quomodo*] debuit seruicium suum habere, et curia considerauit quod caperet feodum in namium quousque ei faceret seruicium suum [*et ita*] per iudicium cepit terram in manum eo quod nulla inuenit catalla in feodo per que distringere posset [*eum ad faciendum*] seruicium suum et postea semper optulit ei terram suam per sic quod faceret ei seruicium et adhuc [*offert*].

[*Et Jacobus defendit quod nunquam*] aueria sua capta fuerunt pro defectu seruicii et nunquam ea replegiauit sicut ipsi dicunt et . . . . considerauerunt etc. et inde ponit se super iuratam patrie.

[*Et predicti dicunt quod aueria sua*] replegiauit sicut predictum est et diem recepit sicut predictum est et hoc offerunt[2] per corpus cuiusdam liberi hominis qui est par suus de eodem feodo scilicet per Rannulfum Picot campionem. Concordati sunt per licenciam [*iusticiariorum et Jacobus dat dimidiam marcam pro licencia concordandi*[3].]

3. [*Willelmus Comes*] Sarr'[4] et Ela [*uxor eius per attornatum suum petunt*] uersus Paganum de Chawrtesteford' in comitatu Gloucestrie manerium de . . . . ut ius ipsius Ele et ut illa que Patricius de Chawrtes antecessor eiusdem Pagani dedit . . . . [*in maritagium*] . . . . Sibilla filia sua qui inde fuerunt seisiti tempore fil' H. fil' conquestoris[5] ut de . . . . Sibille et de ipsa Sibilla descendit ius maneriorum predictorum Patricio filio suo et de ipso Patricio . . . . [*patri ipsius*] Ele et de ipso Willelmo predicte Ele etc. [*Glouc.*] [. . . . .]

[*Et Paganus uenit et defendit ius suum*] etc. et dicit quod non uidetur ei quod debeat ad hoc breue respondere quia in breui de placi . . . . [*quod Comes et uxor eius clamant*

[1] A.D. 1217.

[2] Supply *probare*.

[3] Observe that the lord did not distrain for rent arrear until after he had obtained a judgment in his court. To obtain a judgment before distraining seems to have been unnecessary but not unusual; see Br. f. 157 b. Then after a second judgment the lord seizes the land itself; and this seems to be considered correct; the writ *cessavit per biennium* was not yet invented; see Stat. Glouc. (6 Edw. I) cap. 4.

[4] William Longsword, Earl of Salisbury.

[5] Corr. *tempore Regis Henrici filii conquestoris*.

tenere] maneria illa in capite de domino Rege et in narracione sua dicunt quod [*data*] . . . . [*cum Sibilla*] et petit hoc sibi allocari. Et attornatus predicti Comitis et Ele dicit quod reuera . . . . [*ea condicione*] quod cum seruicium fieret fieret domino Regi et hac racione clamat tenere . . . . illas uillas ut datas antecessoribus uxoris sue in maritagium . . . . et uariat in narracione sua a breui. Consideratum est quod Paganus non respondeat . . . . [*perquirant*] se alio modo si uoluerint[1].

4. [*Cantebr.*] Jurata ex consensu [*parcium uenit recognitura si Hugo de*] Scalariis quondam uir Ale die quo desponsauit ipsam Alam dotauit [*eam*] per assensum et [*uoluntatem Henrici de Scalariis patris sui de*] manerio de Waddona cum pertinenciis in comitatu Kantebrigie pro tercia parte tocius hereditatis sue . . . . [*ad*] terciam [*partem non*] sufficeret, hoc quod deficeret ei perficeretur alibi de here-
[1 b.] ditate ipsius Hugonis. | Juratores dicunt, quod predictus Hugo dotauit eam per assensum et uoluntatem predicti Henrici patris sui, qui presens fuit ubi ipsa desponsata fuit de predicto manerio de Waddona cum pertinenciis, ita quod si manerium illud non sufficeret ad terciam partem tocius hereditatis sue, ei perficeretur de aliis terris suis usque ad terciam partem etc.

Consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam de
Misericordia[2]. residuo quod ei deficiat ad terciam partem perficiendam, ita scilicet quod si manerium de Waddona sufficiat ad terciam partem tocius hereditatis, ei remaneat, sin autem, ei perficiatur, si autem plus ibi fuerit reuertatur ipsi Henrico et ideo ipsa habeat breue ad uicecomitem Norfolcie quod ipse assumptis etc. de comitatu suo sine dilacione in propria persona accedat ad omnes terras quas Hugo de Scalariis quondam uir Ale tenuit in comitatu suo, tam ad terras illas quas Henricus de Scalariis filius predicti Hugonis inde tenet, quam ad illas si quas predicta Ala inde tenet, et per eorum uisum auxilium et consilium sine dilacione

[1] The defendant pleads successfully that the count (*narracio*) varies from the writ (*breue*), so the action abates without prejudice to any future action.

[2] Written by the copying clerk.

omnes terras illas extendi et appreciari faciat tam in dominicis quam in seruiciis redditibus vilenagiis, in bosco et plano et in omnibus rebus ad terras illas pertinentibus, et precium omnium terrarum illarum sic appreciatarum scire faciat etc. euidenter et distincte per literas etc. et per quatuor discretos homines ex illis qui appreciacioni illi interfuerunt etc. et idem breue fiat[1] ad uicecomites Herefordie et Kantebrigie[2] et ad diem illum uenerunt extensiones et liberate sunt Stephano de Segraue[3]. Datus est eis dies a die S. Mich. in unum mensem et interim

5. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Cyle que uacat etc. cuius aduocacionem Willelmus Briwere clamat uersus Priorem S. Nicholai de Exonia. Et Prior non uenit etc. et fecerat defaltam a die Pasche in xv dies; et resummonitus fuit quod esset in oct. S. Trin. etc. et tunc se essoniauit Prior et habuit diem per essoniatorem suum a die S. Joh. in tres septimanas et tunc non uenit etc. Set Abbas de Bello uenit et dicit quod idem Prior non potest inde placitare quia ipse potest eum amouere quando ei placuerit, et non potest ecclesias conferre cum uacauerint sine eo, set dicit quod ipse est Prior et sicut Prior intrauit in responsum, set ponitur in respectum usque in oct. S. Mich. prece parcium et pro defectu recognitorum quia tantum duo uenerunt etc. et ix se essoniauerunt etc. et alii ponantur per meliores plegios et primi etc. et loco Roberti de Norfolcia Osberti de Bathonia etc. qui amouentur etc. ponat uicecomes etc.

Sumerset.

Nota de *defalta* de assisa ultime presentationis ad quem diem capi debeat[4].

Et ad diem illum dicat abbas contra assisam si uoluerit.

6. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam

Deuon.

[1] Perhaps corrected into this from *et eadem breuia fiant.*

[2] From here onwards would be postscript on the roll.

[3] One of the justices.

[4] Bracton (f. 239) cites this case as from Trin. A. R. 2. It seems a peculiarity of the assise of darrein presentment that an essoin lies after a resummons. After the essoin is cast the Abbot of Battle intervenes as third party, *uenit a latere*, as Bracton says. The priory of S. Nicholas Exeter was a cell of Battle Abbey. Monast. iii. 375.

de Pokehulla que uacat ut dicitur etc. cuius aduocacionem Julianus de Pokehulla clamat uersus priorem S. Nicholai de Exonia et Prior non uenit etc. et fecerat defaltam a die Pasche in xv dies et resummonitus fuit quod esset in oct. S. Trin., et tunc se essoniauit et habuit diem per essoniatorem suum a die S. Joh. in tres septimanas et tunc non uenit Prior etc. Set Abbas Pontis de Bello uenit et idem dixit quod superius uersus Willelmum Brewere[1], et intrauit in responsum, et dicit quod ipse nichil sciuit de summonicione illa et quod carte sue quas habet de ecclesia illa sunt apud Exoniam et petit ut habeat diem de habendis cartis suis, et quia omnes recognitores amouentur preter quatuor quibus etc. eo quod pauperes fuerunt datus est eis dies in oct. S. Mich. et loco eorum qui amouentur ponat uicecomes tot etc. tam milites quam etc. saluo ad diem quod abbas dicat[2] si quid uoluerit dicere contra assisam.

7. **Hereford.** Cecilia de Ludeford per attornatum peciit uersus Ascelenam de Ludeford medietatem j. molendini cum pertinenciis in Ludeford ut dotem suam etc. et medietas capta fuit in manum domini Regis pro defectu quem ipsa Ascelina fecerat in oct. S. Trin. etc. et preceptum fuit uicecomiti quod mandaret diem capcionis et quod summoneret eam quod esset a die S. Joh. in tres septimanas etc. et tunc non mandauit diem capcionis nec misit breue et Ascelena uenit et defendit[3] summonicionem supersisam et defaltam et Cecilia cepit se[4] ad defaltam et ideo uadiauit Ascelena legem se xij[a] manu de masculis et ueniat cum lege in aduentum iusticiariorum in partes illas plegius de lege Nicholaus le Seculer.

Lex de masculis si femina defendat.

8. [5]Matillis de Say petit uersus Willelmum de Mandeuilla

[1] See Case 5.

[2] *dicat* interlined, perhaps by the annotator.

[3] Originally *defendidit*.

[4] *betook herself to the default.* The defendant has appeared after the land has been seized and denies the summons; the plaintiff now has choice at once to go on with the main suit (*tenere se ad principale placitum*) or to contest the question of default or no default (Br. f. 366). Cecilia chooses the latter course and Ascelena wages her law that she was not summoned. What interests the annotator is that Ascelena's compurgators are to be males.

[5] Cited by Bracton f. 376 b. Can the tenant claim a view when the demandant sues for an undivided share? Yes, in a writ of right if it be not a Nuper Obiit. Bracton like the annotator uses the phrase *jacet visus*, a view lies, a view may be demanded. See Case 12.

Comitem Essexie medietatem manerii de Plesseto cum pertinenciis in Comitatu Essexie et medietatem manerii de Enefend cum pertinenciis in Middlesexia et medietatem manerii de Cumptona cum pertinenciis in Warrewico et medietatem manerii de Stratle cum pertinenciis in Bercsira et medietatem maneriorum de Querendona et de Agmodesham cum pertinenciis in Bukingham quas ipsa clamat uersus eum ut ius et hereditatem suam et ut illas unde Willelmus de Say pater ipsius Matillidis et Beatricie matris ipsius Gaufridi fuit seisitus in dominico suo[1] ut de feodo et iure tempore H. Regis patris etc. et de illo Willelmo debuit descendere terra illa ipsis Matillidi et Beatricie ut filiabus et heredibus ipsius Willelmi unde dicit ipsa Matillis quod ipsa debuit habere medietatem tocius terre predicte ut in proparte sororum et ideo petit ipsa predictas medietates maneriorum illorum et quod pater earum fuit ita seisitus sicut predictum est et quod terra illa ei ita debet descendere offert diracionare prout curia considerauerit. Essex. Bercsir. Buk. Glouc. Warr. Midd.

Et Comes uenit et defendit ius suum et petit uisum de omnibus predictis maneriis preter quam de maneriis de Agmodesham et de Querendona de quibus dicit quod non debet ad illud breue respondere quia ipsa petit medietatem manerii de Agmodesham cum pertinenciis et ipse non tenet manerium illud integre, immo Radulfus de Wedona et Thomas de Hogh tenent inde quamdam partem de honore Bercamstede unde ipse nichil habet in seruicio uel in dominico, et desicut ipsa clamat medietatem tocius manerii cum pertinenciis | et ipse non tenet totum manerium non [2.]
uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit.

Et Matillis dicit quod uidetur ei quod non debet inde uisum habere quia ipsa nescit quam medietatem petit et preterea ipsa clamat medietatem ut racionabilem partem suam et hac racione uidetur ei quod non debet uisum habere.

De manerio de Agmodesham dicit quod terre ille quas Radulfus et alii tenent non sunt de manerio de Agmodesham

[1] *in dominico suo* interlined, perhaps by the annotator.

quia sunt de Baronia de Berchamstede et non sunt de feodo
Visus iacet de proparte. Comitis Willelmi nec aliquid habet Comes in seruicio uel in dominico nec aliquid inde pertinet ad manerium de Agmodesham et ideo uidetur ei quod debet respondere.

Et Comes dicit quod terre ille sunt in Agmodesham, et petit inde uisum *habeat.* Dies datus est eis in crastino Animarum et interim respondeat de Agmodesham quia testatum est quod terre ille non sunt de uilla de Agmodesham nec de pertinenciis, uenit et respondeat et ipse uenit et petit uisum habeat sicut dies datus est eis in crastino Animarum etc. et interim etc.[1]

9. Kent. *De termino Sce Trinit. Ann. eod. ij°.* [2]Jurata uenit recognitura ex consensu parcium si mulier que nupserit alicui post decessum primi uiri sui per legem et consuetudinem Kantie amittit dotem de tenemento de Gauelekinde quod fuit primi uiri sui, siue ipsa habuerit inde seisinam post decessum primi uiri sui siue non.

Juratores dicunt quod ita per legem et consuetudinem Kantie amittit mulier dotem de tenemento de Gauelekinde, siue ipsa habuerit seisinam siue non et eciam si inuenta esset cum quodam uiro, et haberet de eo infantem, amitteret dotem.

Consideratum est quod Sab' nichil capiat, et Thomas et Johannes inde sine die.

10. Surr. [3]Preceptum fuit uicecomiti quod haberet coram iusticiariis apud Westmonasterium Gaufridum Aurifabrum auditurum consideracionem curie de hoc quod ipse per maliciam et falsitatem apertam fecit disseisiri Robertum de Basingh de tribus hidis terre et dimidio cum pertinenciis in Baggeshec', unde idem Gaufridus Aurifaber tulit breue domini Regis de

[1] There is probably some mistake here due to bad copying.

[2] This case decides for all time that in gavelkind land the widow loses dower by a second marriage. The earlier proceedings in it will be found below among the extracts from the roll of Michaelmas 1217. Bracton cites it on f. 308 b, and anonymously on f. 313. As to the meaning of the marginal note I am not certain.

[3] Cited by Bracton, f. 336, as from Michaelmas A. R. 3—4. The land has been recovered by Geoffry from Robert in a writ of right, but the judgment is reversed on the ground that Robert was not duly summoned. This is proved by an examination of the several persons who are said to have summoned him; they do not agree as to the facts. Part of this extract is quite illegible; this seems due to deliberate and wanton erasure.

precipe in curia domini Regis apud Westmonasterium uersus eum, desicut idem Robertus nullam summonicionem inde habuit, nec terra illa capta fuit in manum domini Regis secundum consuetudinem regni pro defectu suo ut dicit, et quod catalla sua inuenta in illo feodo ea occasione ei ablata fuerunt et alienata et quod uicecomes habere faciat eidem Roberto catalla sua que ea occasione ei ablata fuerunt de quibus idem Gaufridus nullam seisinam recuperauit. Preceptum fuit eciam uicecomiti quod haberet ad eundem terminum etc. Willelmum de Suthurste et Ricardum de Baggeshec' per quorum uisum terra illa capta fuit in manum domini Regis ut uicecomes mandauit, et preterea quatuor alios si[1] qui capcioni terre illius interfuerunt ad testificandum si terra illa capta fuit in manum domini Regis necne et quod haberet ibidem summonitores per quos prima et secunda summonicio facta fuit.

Ad diem uero illum uenit uicecomes et duxit cum eo predictum Gaufridum et Ricardum de Stoctona et Willelmum de Suthurste et preterea quatuor alios uisores, scilicet Thomam de Bosco, Nicholaum de *Ocham*, Simonem Suerde et Walterum filium Hamonis produxit et hos summonitores scilicet Walkelinum de Stokes Robertum *Mauberant* Joscelinum de Hoilye qui fuerunt primi summonitores et dicit quod Walterus filius Hamonis et Walterus de Hocham fecerunt secundam summonicionem.

Et uicecomes quesitus quis fecit ipsi Gaufrido seisinam terre illius dicit quod Elyas de Sumery seruiens suus de hundredo fecit ei seisinam de terra per preceptum suum qui presens fuit et hoc cognouit et quesitus que catalla inuenit in terra illa quando fecit seisinam ipsi Roberto, dicit quod nulla inuenit, unde idem Robertus dicit quod ipse et Walkelinus seruiens suus ei abstulerunt et abduxerunt viij. boues et cxij. oues et xv animalia et adduxerunt illa ad domum predicti Willelmi de Suthurste qui presens fuit et cognouit quod Walkelinus misit ad domum suam per quendam Osbertum de la Lan' et j. garcionem cuius nomen ignoratur, c. et xij. oues et viij. boues qui fuerunt per duos dies ad

[1] Corr. *scilicet* (?)

domum suam et tercio die misit Elyas predictus propter aueria illa per predictum Osbertum et j. garcionem et ut credit illa adduxit ad domum uicecomitis.

Et Robertus et Jocelinus predicti summonitores primi dicunt quod fecerunt summonicionem in uigil. S. Trin. circa horam terciam et interrogati si fuerunt unquam postea apud Westmonasterium coram iusticiariis ad testificandam summonicionem dicunt quod nunquam postea fuerunt ibi usque ad oct. S. Mich. set in tantum discordant quod Joscelinus dicit quod uenit per domum Roberti socii sui . . . . est etc. et Robertus dicit quod conuenerunt ad dimidiam leucam extra uillam et Nicholaus . . . . et Thomas de Bosco qui debuerunt interfuisse capcioni et ultime summonicioni faciende dicunt quod in crastino Apostolorum Petri et Pauli cepit predictus Elias per eorum uisum terram illam in manum domini Regis et quod summonuit eundem Robertum de Basinge quod esset apud Westmonasterium coram iusticiariis set nesciuerunt ad quem diem et idem Elias per eorum uisum tradidit terram illam in custodiam predictis Ricardo de Stoctona et Willelmo de Suthurste et ipsi quatuor predicti . . . .
2 b.] . . . . | Ricardi de Dol apud Geudefordiam et ibi omnes quatuor simul commederunt. Et alii dicunt quod unusquisque eorum habuit de capcione illa ad domum suam et de loco in quo conuenire debuerunt omnes discordant adinuicem. Willelmus de Suthurste dicit quod nunquam fuit ad summonicionem faciendam nec ad capcionem terre et bene defendit quod nichil inde sciuit ante oct. S. Mich. quando uenit apud Londoniam quia tunc precepit ei uicecomes quod ueniret coram banco ad testificandam summonicionem illam et minatus fuit ei quod eum caperet nisi ueniret cum eo et Ricardus de Stoctona et Ricardus de Baggesh' non uenerunt nec potuit inquiri qui illi fuissent et uicecomes testatus fuit in primo breui suo de terra capienda et quod capta fuit per uisum Ricardi de Baggesh' et ad diem ad quem uenit uicecomes dixit quod nullum talem Ricardum nouit et Ricardus de Stoctona non uenit coram Stephano de Segraue et socio ubi alibi dixerunt suam *ueri*tatem.

Consideratum est quod Robertus non fuit summonitus quia summonicio nulla fuit nec terra capta fuit in manum domini Regis secundum preceptum domini Regis et ideo nulla fuit defalta. Et ideo consideratum est quod Robertus habeat seisinam suam et uicecomes in misericordia quia non fecit preceptum domini Regis et Elias de Sumery ares*tetur* propter falsitatem et Galfridus habeat tale recuperare quale habere debebit et uicecomes faciat Robertum habere seisinam suam de catallis que in terra illa capta fuerunt et Gaufridus in misericordia et Elias committitur gaole de Flete post mandauit Comes Marescallus[2] per Ricardum de Dol quod dimisit eum per plegium Comitis Warenne et ideo committatur eidem Comiti. misericordia[1] misericordia

11. Matillis filia Simonis atachiata fuit ad respondendum Simoni filio suum[3] de placito quare traxit eum in placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Simonis in Londonia contra prohibicionem domini Regis etc. Kent.

Et Matillis uenit et cognouit quod traxit eum in placitum in curia cristianitatis de quadam domo in Londonia set dicit quod domus illa ei legata fuit set bene defendit quod post prohibicionem domini Regis nunquam secuta fuit etc. prohibitio de domibus et burgagiis legatis in ciuitatibus et burgis

Et Simon producit sectam sufficientem que testatur etc. et ipsa defendit uersus eum et uersus sectam suam.

Plegii Matillidis standi recto Robertus de Auberuilla et Bartholomeus Cri*ob*[4].

12. [5]Willelmus de Auerenches et Matillis uxor eius, Johannes de Bouilla et Hauissia uxor eius, petunt uersus Robertum de Ferrariis et Johannam uxorem eius racionabiles partes Buck. Bercsir. Bedeford. Oxon. Hereford.

[1] These notes of amercement are written by the copying clerk. They would appear as marginal notes on the roll.

[2] The Regent.

[3] Corr. *suo* or *Simonis.*

[4] Bracton, f. 409 b, cites what seems to be a later stage of this case as coming from Michaelmas A. R. 2—3, a term for which there is no roll extant and from which this note book has no cases. His text is here very corrupt and I think that there has been a long interpolation. As to the question whether burgages in London can be devised, see f. 272, 407 b.

[5] Bracton, f. 376 b, contrasts this with Case 8. This is a Nuper Obiit and therefore the defendant can not demand a view. He cites the case only as touching the view and this is the point which interests the annotator also. But observe the to us marvellous plea of the tenant which claims for the king a large prerogative of which we read nothing elsewhere.

ipsarum Matillidis et Hauwisie, que eas contingunt de hereditate Willelmi de Boclonde patris earum qui nuper obiit, cuius heredes ipse sunt, unde Willelmus et Matillis petunt in comitatu Bukingham terciam partem manerii de Sipeham cum pertinenciis et in Bercsira terciam partem manerii de Boclonde cum pertinenciis et in Bedefordia terciam partem manerii de Westona et in Oxonia terciam partem manerii de Redcot et de Graltona cum pertinenciis et in Herefordia terciam partem manerii de Andeby cum pertinenciis. Et Johannes de Bouilla et Hauwisia uxor eius per eadem uerba petunt tercias partes predictorum maneriorum ut racionabilem partem ipsius Hauwisie.

Et Robertus et Johanna ueniunt et dicunt quod predicta maneria nominata sunt in breuibus cum pertinenciis, unde dicunt quod plures sunt pertinencie et ideo petunt uisum de maneriis cum pertinenciis unde petunt partes suas, et si curia considerauerit quod non debeant habere uisum respondebunt alio modo sufficienter.

Willelmus et Matillis Johannes et Hauwisia dicunt quod non debent inde uisum habere quia ipsi nesciunt que partes eis accidere possint ad partes suas et preterea ipsi non petunt partes suas nisi de hereditate que fuit Willelmi patris earum unde uidetur eis quod ipsi non debent habere uisum.

Consideratum est quod respondeat.

uisus denegatus in proparte sororum[1].

Et Matillis de Say uenit et cognouit quod nichil clamat in manerio de Westona nisi dotem suam etc.

Et Robertus et Johannes[2] ueniunt et dicunt quod non possunt nec debent eis respondere quia dignitas Regum Anglie semper fuit a conquestu Anglie quod si aliquis baronum domini regis tenencium de domino rege obiisset, et non haberet heredes nisi filias, et primogenite filie maritate essent in uita patris sui, dominus rex daret postnatam filiam que remaneret in hereditate patris sui, alicui militum suorum cum tota hereditate patris sui de qua obiit seisitus, ita quod

[1] When the annotator says uisus *denegatus* in proparte sororum, Bracton (f. 376 b) citing the case says *denegabitur* quidem tenenti uisus in placito de proparte sororum; when (see No. 8) the annotator says uisus *iacet* de proparte, Bracton citing the case says uidetur quod uisus *iaceat*.

[2] Corr. *Johanna*.

alie filie nichil recuperarent uersus postnatam filiam in uita sua, et omnes reges habuerunt hanc dignitatem et dominus Rex J. obiit inde seisitus unde si hec loquela processisset, dominus Rex amitteret dignitatem suam.

Consideratum est coram consilio domini Regis quod respondeat.

Post uenit Robertus et cognouit quod predicta maneria fuerunt predicti Willelmi et quod Matillis et Cecilia[1] sunt sorores sororis[2] sue, et bene petit iudicium curie si debeant particionem eis facere.

Consideratum est quod nichil dixerunt quare non haberent racionabiles partes suas et ideo habeant etc. et Robertus in misericordia pro iniusto deforciamento. Postea uenerunt et conuenit inter eos quod manerium de Chippeham cum pertinenciis et tercia pars manerii de[3] .... pro parte sua et due partes illius manerii de Westona una cum aliis[4] .... | [3.]

13. Datus est dies Lamberto de Muletona petenti et Abbati S. Eadmundi per attornatum suum tenenti de placito audiendi eleccionem de aduocatione ecclesie[5] de Brethenham in octabis Omnium Sanctorum pro defectu militum quia tantum Hugo Talemasch uenit cui etc. et Willelmus Esturmy, Rannulfus de Baribus et Willielmus de Geraruilla atachientur etc. post uenit Willielmus Esturmy et habet eundem diem.

14. Dies datus est Roberto de *Snones* petenti et Abbati S. Augustini de Cantuaria tenenti de placito aduocacionis ecclesie in crastino Martini prece parcium.

15. Preceptum fuit uicecomiti quod poneret coram iusticiariis etc. loquelam in comitatu inter Philippum de Crediho et Milonem de Kinbrigia et Aliciam uxorem eius et Matillidem de Bene*tte* petentes et Willelmum *Sanum*, tenentem de v. uirgatis terre cum pertinenciis in Tuderle unde duellum Suht.

[1] Corr. *Hawisia.*

[2] Corr. *uxoris.*

[3] A deliberate and seemingly wanton erasure. I think the erased words are *Westona quod Matillis de Say tenet in dotem remaneat.*

[4] Another erasure; the words might perhaps be restored.

[5] *to hear the election to be made by the four knights of twelve recognitors for a writ of right of advowson.*

uadiatum fuit inter eos in eodem comitatu et quod interim fieri faceret recordum illius loquele in pleno comitatu secundum quod deducta fuit inter eos et recordum illud haberet coram iusticiariis per quatuor milites ex ipsis qui recordo illi interfuerunt ad diem illum uenerunt Willelmus de Coleuilla, Herebertus de Froill', Adam de Portesera et Henricus de Wudecota set non tulerunt recordum, set prece parcium et domini Wintoniensis[1] ponitur loquela illa in respectum usque in crastinum Animarum idem dies est datus partibus et quatuor militibus in banco et ad diem illum allocetur comitatui quod non tulerunt recordum sicut ei preceptum fuit etc.

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM A DIE PASCHE IN XV. DIES ANNO REGNI R. H. TERCIO.

16. Ebor. [2]Burgenses de Scardeburgo queruntur quod balliui uille de Eboraco iniuste capiunt ab eis tholomeum contra cartam Regis Henrici quam habent et contra cartam domini Regis Johannis que confirmat eis libertates quas Rex Henricus pater suus eis concessit, scilicet quod habeant omnes consuetudines et libertates et quietancias easdem quas habent burgenses ciues de Eboraco per totam terram suam, unde idem burgenses ostendunt, quod ipsi per cartam predicti Regis Henrici fuerunt ipsi quieti de tholoneo semper usque ad tempus Willelmi Stitteuilla qui fuit uicecomes et qui per uim cepit ab eis tholoneum, ita quod aliquando post tempus suum per preceptum domini Regis recuperauerunt ipsi

[1] The bishop of Winchester, Peter des Roches.

[2] Bracton, f. 56 b, has a long discussion which seems to be suggested by this case; but he names no names. The York charter is printed in Rot. Cart. f. 40 and is dated 25th March 1200. The Scarborough charter is on the same page, dated 28th March 1200. The citizens of York have a grant of the right to take toll, the burgesses of Scarborough a grant of freedom from toll; which is to prevail? According to Bracton priority of seisin will overcome priority of charter.

tholoneum quod pacauerunt scilicet xviij. s. iiij. d. per manum Hugonis filii Leofwini qui illos eis reddidit et hoc offerunt probare etc.

Et Thomas le Paumer maior Eboraci et Adam prepositus et balliui Eboraci uenerunt et defendunt uim et iniuriam et dicunt quod carte predicte non debent eis nocere quia antequam carte ille facte essent et antequam uilla de Scardeburgo fundata esset, fuit uilla de Eboraco capitalis ciuitas domini Regis, et habuit libertates per cartam Regis Henrici patris Regis Johannis quam proferunt et que testatur quod concessit ciuibus suis de Eboraco omnes libertates et leges et consuetudines suas et nominatim gyldam suam mercatoriam et hansas suas in Anglia et Normannia et lestagia sua quieta sicut ea umquam melius et liberius habuerunt tempore Regis Henrici aui Regis Henrici patris Regis Johannis. Proferunt eciam cartam Regis Ricardi libertates illas et consuetudines eis confirmantem per eadem uerba. Proferunt eciam cartam[1] Regis Johannis eodem modo et per eadem uerba eis libertates et consuetudines confirmantem. Proferunt eciam quietanciam cuiuslibet tholonei et lastagii de wreco et pontagii et passagii et de trespas et de omnibus customis per totam Angliam etc. et facta fuit hec carta apud Eboracum xxv° die Marcii anno regni Regis Johannis primo, unde dicunt quod per predictas cartas fuerunt ipsi in seisina de tholoneo de Scardeburgo semper usque ad hunc diem, a die quo dominus Johannes Rex obiit sicut de illo quod pertinet ad firmam uille sue, et unde dicunt quod sine domino Rege non possunt inde placitare, qui[2] si amitterent tholoneum illud dominus Rex amitteret de firma sua uiginti marcas per annum, et preterea dicunt quod die quo carta Regis Johannis de quietancia eis facta fuit et quo burgenses habuerunt cartam suam non habuerunt ipsi ciues quietanciam de tholoneo et ideo quia non fuerunt in seisina eo die, non debent burgenses habere ibi quietanciam de tholoneo.

Et balliui quesiti si habuerunt quietanciam de tholoneo

[1] Rot. Cart. f. 40. [2] Corr. *quia*.

ante cartam Johannis Regis eis factam, dicunt quod non set per cartam illam que eis facta fuit primo anno Regis Johannis xv° die Marcii fuerunt ipsi semper postea quieti inde per totam Angliam. Idem dicunt burgenses.

[3 b.] Et uisa fuit carta burgensium de Scardeburgo et facta fuit eodem anno regni Regis Johannis eodem die. |

17. Kent. Ricardus Noel petit uersus Reginaldum de Cornhulla septem libratas terre cum pertinenciis in Dauintona et in Hokeringe ut ius suum etc. et ut illas unde ipse fuit seisitus ut de feodo et iure tempore Regis Johannis capiendo inde expleta etc. et hoc offert probare uersus[1] sicut curia considerauerit.

Et Reginaldus uenit et defendit ius suum et ponit se in magnam assisam domini Regis et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in terram illam.

Et Ricardus dicit quod magna assisa non iacet quia ipse tenuit terram illam ut ius suum et ut illam que ei iure hereditario descendit de Noel fratre suo cui Rex Ricardus illam dedit per cartam quam profert. Contigit autem quod placuit domino Regi Johanni quod illum fecit capere et inprisonare[2] ita quod in prisona finem fecit cum domino Rege pro corpore suo redimendo pro l. marcis ita quod per finem illum exiuit de prisona et dominus Rex fecit eum habere talem seisinam qualem habuit die quo captus fuit ita quod tunc seisitus fuit de predicta terra et de fine suo reddidit domino Regi quandam partem scilicet xviij. marcas et xl. denarios et quia non potuit residuum reddere ad terminos suos uenit predictus Reginaldus pater ipsius Reginaldi et ut uicecomes disseisiuit eum de predicta terra pro fine illo et quod tali occasione disseisitus fuit per ipsum Reginaldum patrem et non alia occasione ponit se super iuratam patrie et Reginaldus similiter[3].

18. Buk. Cristina de Sancto Claro petit uersus Gilebertum de Sancto Claro terciam partem j. carucate terre cum pertinenciis in Stanes quam clamat ut racionabilem dotem suam

[1] Supply *eum*.
[2] Sic.
[3] In a writ of right the demandant pleads specially and the parties go to a jury on an issue of fact.

de libero tenemento quod fuit Hugonis de Sancto Claro quondam uiri sui unde nichil habet ut dicit

Et Gilebertus uenit et defendit ius suum et dicit quod nunquam eam inde dotauit nec dotare potuit quia nunquam terram illam habuit quia finis factus fuit inter Simonem patrem ipsius Gileberti et Johannem patrem ipsius Hugonis ita quod predictus Johannes remisit et quietum clamauit de se et de heredibus suis predicto Simoni et heredibus suis totum ius et clamium quod habuit in predicta terra et inde profert cyrographum quod testatur quod tota terra remaneat eidem Simoni et heredibus suis et ideo uidetur ei quod non debet dotem inde facere.

Et Cristina uenit et dicit quod hoc non debet ei nocere quia ipsa fuit desponsata antequam finis ille factus fuit inter eos et preterea predictus Johannes pater ipsius Hugonis fecit cartam suam predicto Hugoni uiro suo quam profert sub hac forma, Sciant etc. quod ego Johannes de Sancto Claro reddidi et quietum clamaui Hugoni filio et heredi meo in curiis omnium dominorum meorum de quorum feodis tenui omnes terras meas et tenementa cum omnibus pertinenciis suis, scilicet quia idem Hugo Cristinam neptem Roberti Bataill' consilio et precepto meo in uxorem duxit et quia idem Hugo mihi dedit decem marcas in magno negocio meo et aquietauit me uersus Isaac et *Flemenlem* Judeos de lx. marcis argenti quas eis debui et pro hac donacione et quietacione ego Johannes affidaui quod post predictam conuencionem non dabo neque inuadiabo neque uendere potero alicui terram neque redditum neque seruicium aliquod de hiis predictis tenementis et feci hanc conuencionem et quietam clamanciam ad festum S. Mich. proximum post obitum Gileberti Foliot Londoniensis Episcopi[1]. Unde eadem Cristina dicit quod si super hanc conuencionem et cartam factam fuit finis factus in curia Regis hoc ei non debet nocere quia curia decepta fuit eo quod post conuencionem illam idem Hugo[2] nullam potestatem habuit alienandi aliquam partem terre sue sine ipso Hugone unde dicit

[1] The bishop died in 1187. So this is an old story.

[2] Corr. *Johannes.*

quod quando finis ille factus fuit idem Johannes non fuit in seisina de terra illa, immo predictus Hugo fuit in seisina sicut de illa unde Johannes dimiserat se et inde ponit se super iuratam patrie.

Et Gilebertus petit iudicium si hoc debeat ei nocere quod Johannes talem conuencionem fecit predicto Hugoni et si hoc non sufficit quod finis factus fuit inter predictum Simonem et Johannem patrem ipsius Hugonis antequam fuit desponsata et inde se ponit super iuratam patrie.

Et Cristina quesita ubi esset Hugo uir suus quando finis factus fuit dicit quod fuit ultra mare et quod postea uenit post finem illum et fuit uiuus per xv. annos et nullum clamium apposuit.

Eadem Cristina petit eodem modo terciam partem redditus xv. solidorum uersus Willelmum de la *Merse* in eadem uilla ut dotem suam etc. Et Willelmus defendit ius suum et dicit quod predictus Johannes pater Hugonis remisit ei tenementum pro quo reddere solebat xv. solidos tenendum sibi et heredibus suis per seruicium quatuor denariorum annuatim soluendorum ipsi Johanni et heredibus suis pro omni seruicio et inde profert cartam ipsius Johannis que hoc idem testatur et dicit quod hoc factum fuit antequam idem Hugo eam desponsauit unde uidetur ei quod non debet inde dotem habere.

Et Cristina uenit et dicit quod carta illa facta fuit post conuencionem factam inter Johannem patrem ipsius Hugonis et ipsum Hugonem et postquam ipsa fuit desponsata ipsi Hugoni
[4.] et inde ponit se super iuratam patrie et Willelmus similiter. |

Dies datus est eis de audiendo iudicio suo a die S. Trin. in xv. dies et quia per cartam testatum est quod Johannes pater Hugonis semper tenuit terram illam et non demisit se et preterea idem Hugo nullum clamium apposuit ut ipsa cognouit Consideratum est quod ipsi inde quieti et Cristina in misericordia et heres eius habeat tale recuperare quale habere debebit et ipsa in misericordia. Idem est de Willelmo[1].

[1] There is no need for a jury; the cases can be decided on the pleadings and the deeds. The mere convention between the father (John) and the son (Hugh) does not serve as a constitution of dower ex assensu patris

19. [1]Henricus de Ferlege, Stephanus de Strattona, Robertus de Heche, Thomas de Strattefelde quatuor milites missi fuerunt ad Dionisiam Paynel que languida est ut dicitur ad audiendum quem ipsa loco suo attornare uoluerit ad lucrandum etc. in assisa ultime presentacionis uersus Priorem S. Trinitatis de Eboraco de ecclesia de Bartona in comitatu Lincolnie et Henricus Robertus et Thomas ueniunt et dicunt quod posuit loco suo Stephanum Boncrestien uel Henricum de Watham. Suht.

20. Preceptum fuit uicecomiti Suffolcie ut iusticiarii itinerantes in comitatu Lincolnie mandauerunt iusticiariis de banco quod non omitterent propter libertatem S. Aldrethe quin ponerent per uadium et saluos plegios Godefridum de Waur' Ricardum de Wikelawe, Hugonem de Herkestona et Henricum de B*ou*tona uisores infirmitatis quam Prior de Buttele in curia etc. coram iusticiariis itinerantibus[2] in comitatu Lincolnie essoniauit se de malo lecti uersus Brianum filium Alani de placito aduocacionis ecclesie de Bikere quod essent coram eisdem iusticiariis apud Lincolniam in crastino clausi Pasche ad testificandum uisum suum et quem diem ei posuissent et ad ostendendum quare non fuerunt etc. et quod summoneret balliuos predicte libertatis quod essent ad eundem terminum etc. audituros iudicium suum de hoc quod non atachiauerunt ipsos quatuor milites quod essent etc. sicut eis preceptum fuit, ut eisdem iusticiariis itinerantibus per literas suas significauit ad predictum diem non uenerunt milites coram iusticiariis itinerantibus ut mandauerunt nec prior, et uicecomes mandauit quod milites athachiati fuerunt scilicet Godefridum per Radulfum le Fullum, et *Godign'* Paunte et Ricardum per Willelmum filium Radulfi et Rogerum de Middeford et Hugonem per Hugonem Agnes et Rogerum Pecot et Henricum per Edwardum de Bortona et Ernulfum filium Alexandri. Mandauit eciam uicecomes quod Godefridus balliuus Sancte Linc.

for the son's widow, or at all events will not avail against a fine or, even as it seems, a release by the father. The judgment is not to prejudice any claim on the part of the son's heir.

[1] The whole of this case is cancelled. Probably it was extracted by mistake.

[2] The eyre of 1218—19.

Aldrethe summonitus fuit et ideo consideratum est quod milites ponantur per meliores plegios quod sint a die S. Trin. in tres septimanas apud Westmonasterium etc. et resummoneant[1] predictos balliuos Sancte Aldrethe quod sint audituri iudicium suum de hoc quod non atthachiauerunt etc. et habeat ibi nomina secundorum plegiorum et nomina balliuorum[2] etc.

21. Norf. de Itinere. Assisa uenit recognitura utrum xv. acre terre cum pertinenciis in Thotintona, sint libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Thotintona quam Priorissa de Campese tenet, an laicum feodum Willelmi de Mortuo Mari qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia Johannes le Strange qui dominus erat illius feodi dimisit terram illam Sampsoni persone illius ecclesie et postea dimisit terram illam Osberto persone eiusdem ecclesie per seruicium xii. denariorum de censu, et faciendo inde tres aruras liberas et tres *syas*[3] liberas et ad scutagium xx. solid. xii. den., et predictus Johannes dedit terram illam Roberto de Mortuo Mari patri predicti Willelmi post mortem predicti O. persone per concordiam factam inter predictos Johannem et Robertum in curia domini Regis. Et Robertus de Mortuo Mari dedit terram illam Willelmo le Brun persone ecclesie predicte ad uitam suam. Defuncto autem predicto W. persona, saisiuit predictus Willelmus terram illam in manum suam et inde ponit se super iuratam. Iuratores dicunt quod Sampson qui fuit primo persona illius ecclesie uixit bene xxiiij. annis et tenuit terram illam per predictum seruicium. Et Osbertus secundo persona uixit bene lx. annis, et tenuit terram per predictum seruicium et quod nesciunt si Willelmus le Brun tercio persona qui terram illam tenuit per xxij. annos fecit aliud seruicium an non, quia ipse Willelmus fuit sen'[4] et cognatus ipsius Johannis extranei[5], et

[1] Corr. *resummoneat.*

[2] More of this matter below, see Case 28. The bailiff of the liberty of S. Aldreth has failed to make a summons. He is himself summoned and makes default. Here he is resummoned: again he makes default and is therefore amerced. Bracton alludes to this case, f. 442 b "et si ad resummonitionem non uenerit, amercietur graviter, ut de term. S. Trin. a. r. r. H. 3°."

[3] ? perhaps *sicas*, ditches, trenches.

[4] *senescallus* (?)

[5] John l'Estrange.

quia de tam longinquo tempore fuit predicta ecclesia seisita de terra illa et quod fecit domino tale seruicium *etc.* nesciunt iuratores discernere si sit laicum feodum predicti Willelmi an libera elemosina pertinens ad ecclesiam predictam. Et ideo considerauerunt iusticiarii itinerantes quod iuratores recederent sine die et quod partes essent apud Westmonasterium ad audiendum ibi inde iudicium suum. Misso autem hoc recordo apud Westmonasterium sub sigillis iusticiariorum itinerantium per preceptum domini regis in oct. S. Trin. presentibus partibus quia iuratores dicunt quod ecclesia per tam magnum tempus seisita fuit de terra illa et nesciunt si sit libera elemosina per seruicium predictum quod fecit, cum quidem plures terre date sint in elemosinam ecclesiis quarum quedam date sunt in liberam puram et perpetuam elemosinam, ille scilicet que nullum faciunt seruicium, alie in liberam elemosinam tantum, scilicet ille que faciunt seruicium quod ad terram illam pertinet, Consideratum est quod Priorissa recuperauit seisinam suam et Willelmus in misericordia non obstante seruicio quod terra illa debet ut predictum est[1].

22. Walterus de Percy[2] petit uersus Magistrum hospitalis Sancti Leonardi de Eboraco j. carucatam terre cum pertinenciis in Martona ut ius suum etc. et ut illas unde Agnes de Flamnamuilla[3] mater sua fuit seisita ut de feodo et iure tempore Regis Johannis capiendo inde etc. et de illa unde in quam idem Magister non habuit ingressum nisi per Johannem le Birkin, quondam uirum ipsius Agnetis cui ipsa in uita sua contradicere non potuit et inde producit sectam etc. et si hoc non sufficit offert ponere se super iuratam. Ebor.

Et Magister uenit et defendit ius suum et dicit quod alias petiit uisum de terra illa et nondum habuit uisum et

[1] The distinction between a gift *in liberam et perpetuam elemosinam* and a gift *in liberam puram et perpetuam elemosinam*, is taken by Bracton, f. 27 b.

[2] Writ of entry *sur cui in uita*. This seems to be the case discussed in Br. f. 322 as having come before the Bishop of Durham and Pateshull in their Yorkshire eyre A. R. 3. It is a difficult question whether the heir of husband and wife can claim his mother's land against his father's feoffment, for this feoffment he may have to warrant. Case 60 displays this action at a subsequent stage.

[3] *Flama*uilla?

ideo adhuc petit et Walterus hoc cognouit et ideo consideratum est quod Magister habeat uisum et ideo datus est eis [4 b.] dies a die S. Joh. in tres septimanas et interim etc. |

Et Magister ponit loco suo Walterum de Be*nin*geburgo et Walterus ponit loco suo Rogerum Bigot etc. et similiter uersus Priorissam *de Surningezheyt de placito terre etc.*

23. Ebor. Idem Walterus optulit se quarto die uersus Priorissam de Minketona[1] que se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito terre etc. et Priorissa non uenit etc. nec milites qui fecerunt uisum de ea et super hoc uenit Willelmus de Percy frater eiusdem Walteri et dixit quod ipse tenet terram unde placitum est in dominico et non Priorissa, et Walterus hoc cognouit et retraxit se uersus eam et non uult sequi uersus eam et ideo in misericordia et plegii sui de prosequendo similiter. Et sciendum quod uicecomes mandauit quod Priorissa uisa fuit et quod milites dederunt ei languorem et posuerunt ei diem a die uisus sui in j. annum apud turrim Londoniensem et ideo mandatum est Priorisse per clericum Magistri hospitalis predicti quod mittat ad curiam et tunc mandetur ei quid inde facere debeat[2] ipsa postea misit ad curiam et petiit licenciam surgendi et habet sicut de loquela de qua idem Walterus retraxit se etc.[3]

24. Ebor. Simon de Kima et Roesia uxor eius optulerunt se quarto die uersus Hugonem de Lay de placito quod esset auditurus recordum et iudicium suum de assisa mortis antecessoris que summonita fuit inter eos in curia domini Regis Johannis de x. bouatis terre cum pertinenciis in Appeltona etc. et Hugo non uenit etc. set se essoniauit de malo lecti et essonium non iacuit[4] etc. et ideo resummoneatur quod sit a die S. Johannis in xv. dies et uicecomes loci[5] recognitorum qui obierunt ponat alios ita quod habeat tot et tales etc. et illos uenire faciat etc. et athachiet Alanum de Foli*feat* et Alanum de Knapetona et Robertum Sepeshee etc.

[1] Nun-Monkton. Monast. iv. 192.

[2] What follows would be postscript on the roll.

[3] The prioress having essoined herself for bed-sickness must stay in bed unless the Court gives her leave to get up. Br. f. 355 b.

[4] There is no essoin de malo lecti in an assize. Br. f. 344 b. More of this action below, Case 37.

[5] Corr. *loco*.

25. Assisa uenit recognitura si Thomas de Wilne pater Alani qui infra etatem est fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dimidia carucata terre cum pertinenciis in Wilne etc. die etc. et si etc. quam terram Magister Robertus de Neuilla tenet qui uenit et dicit quod de eadem terra fuit placitum in curia domini Regis Johannis inter predictum Thomam et Ricardum de Mariscis tunc personam prebende illius ita quod idem Thomas uenit in curiam et ei reddidit terram illam ut ius prebende sue et bene defendit quod nunquam fuit inde seisitus ut de feodo et inde ponit se super iuratam et ideo procedat assisa, set ponitur in respectum usque in tres septimanas post festum S. Joh. Babt. pro defectu recognitorum quia nullus uenit et ideo omnes atthachientur et uicecomes apponat tot et tales etc. et sciendum quod hec assisa ponitur apud Westmonasterium pro libertate baronum de scaccario qui non debent alibi placitare[1]. Noting. N. Whitcheche.

26. Radulfus de Ecleshale optulit se quarto die uersus balliuos Comitis Warenne de curia de Cunningeburgo de placito quod haberet coram iusticiariis per quatuor milites etc. recordum de loquela que fuit in eadem curia inter Radulfum predictum petentem et Robertum de Wintewurthe tenentem de xv. bouatis terre cum pertinenciis in *Dauto*na unde duellum uadiatum, armatum et percussum fuit in eadem curia et unde finis factus fuit inter eos in prefata curia qui finis non tenetur eidem Radulfo ut dicit et uersus Robertum de Wintewurthe de placito quod esset auditurus recordum illud et de predicto fine responsurus etc. et balliui non uenerunt etc. nec milites cum recordo nec Robertus etc. et uicecomes mandauit quod illud preceperat Matheo de Shepele senescallo Comitis et aliis balliuis de curia de Cuningeburgo et quod Robertus summonitus fuit et summonicio testata est et ideo consideratum est quod uicecomes attachiet balliuos predicte curie quod sint a die S. Joh. in tres septimanas etc. et ibi habeant recordum de loquela Ebor.

[1] Master Robert Neville is, I suppose, a baron of the Exchequer. Generally an assize of mort d'ancestor would be taken in the country as provided by the Great Charter.

etc. sicut deducta fuit etc. et ad audiendum[1] suum de hoc quod illud non habuerunt sicut etc. et uicecomes atthachiet Robertum quod sit etc. auditurus recordum etc. et Radulfus ponit loco suo Willelmum de Mortona etc.

De termino S. Mich. et Pasch. Ann. iij. incip. iiij to[2].

27. Norf. Hamon le *Quneyfe* et Matillis uxor eius atthachiati fuerunt ad ostendendum quare fecerunt uastum et exilium de bosco de Hethilla quod tenent in dotem ipsius Matillidis de hereditate Alberti de Neuilla ad exhereditacionem ipsius Alberti contra prohibicionem domini Regis etc. unde idem Albertus ostendit quod post pacem factam et iuratam etc. extirpauit ipse arbores circa domum et boscum uendidit et dedit et uastauit ita quod uastum fecit ad ualenciam l. marcarum et inde producit sectam etc.

Et ipsi uenerunt et petunt uisum de bosco unde fecerunt uastum. Et ideo consideratum est quod habeant uisum per xii. legales et discretos homines de uisneto illo et quod sint coram iusticiariis a die S. Joh. in tres septimanas ad testificandum quod uastum et quod exilium ipsi fecerunt de predicto bosco idem dies datus et partibus.

28. Suf. [3]Brianus filius Alani optulit se quarto die uersus Priorem de Buttele[4] qui se essoniauit de malo lecti uersus eum de aduocacione ecclesie de Biker' et Prior non uenit etc. nec milites qui fecerunt uisum de eo set se essoniauerunt et habent diem per essoniatores suos sicut patet in esson'[5] et Godefridus senescallus S. Aldrethe summonitus fuit ad
[5.] audiendum iudicium | de hoc quod non atthachiauit ipsos quatuor milites sicut ei preceptum sepius fuit, et ipse non uenit etc. et ideo in misericordia pro defalta et pro transgressione.

29. Buk. de Itinere. Assisa uenit recognitura si Gaufridus de Querendona auunculus Gaufridi de *Clemdona* fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et[6] dimidia hida terre cum pertinenciis

[1] Supply *iudicium*.

[2] This note is concerned with Case 27, which appears at a later stage on the roll of Mich. term A. R. 3—4; see below, Case 56. The defendant's name should be Hamo de l'Enveyse or the like. Bracton, f. 316, cites this case from Mich. A. R. 3—4.

[3] See above Case 20.

[4] Butley Abbey, founded by Ranulf Glanvill. Monast. vi. 380.

[5] *inter essonia* (?). As appears among the essoins, record of which is kept on a separate roll.

[6] Corr. *de*.

in Alesbiria die quo obiit et si obiit et si etc. per breue Regis ingressu[1] quam terram Joscelinus de la Warderoba tenet, qui uocat inde ad warantum Willelmum de Mandeuilla Comitem Essexie, habeat eum in oct. S. Mich. per auxilium curie. Idem datus est eis[2] dies octo recognitoribus qui uenerunt et ij. per essoniatores suos et alii atthachientur et loco Willelmi le Dun, Willelmi de Optona qui amouentur ponat uicecomes etc. Et sciendum quod breue originale amissum fuit[3] in guerra, set uisus factus fuit de terra et hoc testatum fuit per iuratores[4] et uicecomitem, et ideo procedat loquela.

30. Assisa uenit recognitura si Suanilla filia Walteri mater Simonis fuit seisita in dominico suo ut de feodo et[5] de dimidia uirgata terre cum pertinenciis in Fenddraytona die quo obiit etc. et si etc. quam terram Margareta que fuit uxor Petri filii Andree et Jacobus filius eius tenent. Et Margareta uenit et uocauit inde ad warantum predictum Jacobum eo quod nichil clamat inde nisi in dotem, et Jacobus est infra etatem et hoc idem cognouit, set quia Simon dicit quod mater sua tenuit de Andrea patre ipsius Jacobi et Andreas nullum ius habuit in terra illa nisi per intrusionem —.. post mortem matris sue sicut in illa terra quam cepit in custodiam, Consideratum est quod assisa procedat, non obstante eo quod Jacobus[6] est infra etatem. Et sciendum quod idem Jacobus uocauit coram iusticiariis itinerantibus —.. inde ad warantum Benedictum filium Benedicti ut idem Jacobus cognouit, et Simon similiter *eundem*[7] set non habuimus inde recordum nec warantum inde habere debebit eo quod Simon clamat tenere de eo[8] set ponitur assisa in respectum usque in oct. S. Mich. pro defectu recognitorum quia nullus uenit et ideo uicecomes habeat corpora omnium.

Cantbr. de Itinere.

Corbyn.

Nota ideo per intrusionem quia tenementum illud tenebatur in soccagio. capitalem dominum suum de quo ipse tenere debuit de inñbãr.eto patris sui[9].

Concordati sunt per licenciam iusticiariorum et est con-

[1] *gressu* interlined so as to turn *in* into *ingressu*.

[2] Omit *eis*.

[3] As to the loss of the original writ, see Br.f. 257 b.

[4] Or *iuratam*.

[5] Omit *et*.

[6] *Jacobus*, interlined by annotator.

[7] Interlined by annotator.

[8] "We (the Court) have not had the record and Simon will have no right to have Benedict as warrantor for Simon does not claim to hold of Benedict."

[9] Usually you cannot make an infant defendant who is in seisin

cordia talis quod Simon remisit et quietum clamauit eidem Jacobo etc. totum ius etc. quod habuit etc. pro xxiij. s. quos ei dedit.

31. Norht. Reginaldus filius Roberti tulit assisam de morte antecessoris uersus Ricardum Crok de dimidia uirgata et j. acra terre cum pertinenciis in Stauertona de qua terra de morte Ricardi filii auunculi sui Radulfus filius Alurici tulit assisam de morte eiusdem Ricardi fratris sui, et de qua terra Elias Albe tulit similiter assisam mortis antecessoris de morte Osberti patris sui. Et Radulfus quesitus si Reginaldus fuit filius primogenitus fratris sui, dicit quod reuera fuit, set ipse Reginaldus est bastardus ita scilicet quod ipse natus fuit antequam mater sua fuit desponsata, et Reginaldus hoc cognouit, et Elias quesitus, si Osbertus pater suus obiit ante predictum Ricardum dicit quod reuera obiit ante eum, et quod Osbertus tenuit terram illam et posuit se in religione apud Dauintre, set reuera Ricardus predictus fuit postea seisitus de terra illa et obiit inde seisitus set ipse ipse[2] uillanus fuit et emit libertatem suam et idem dicit de Reginaldo[3].

Nota Bastardus quia an̄[1].

q̄r super esson'. Et quia Reginaldus cognouit quod ipse fuit bastardus sicut predictum est[4] et preterea Radulfus cognouit quod Osbertus obiit antequam Ricardus frater suus, Consideratum est quod de illis duobus remaneat assisa et procedat pro Roberto de morte Osberti patris sui. Et Ricardus uenit et uocat ad warantum Priorem de Dauintre

answer touching land of which his ancestor died seised (Br. f. 422 b). The parol demurs until the defendant is of age. But this is not so if the ancestor was a disseisor or intruder. In the present case there is an intrusion. Swanill was Andrew's tenant; on Swanill's death Andrew entered as a lord claiming guardianship; but the land was socage; therefore Andrew was a mere intruder. (The terminology of the time does not distinguish *abatement* from *intrusion*.) This seems the point of the case and marginal note; but the latter I can not construe; it may be fragmentary. I can only expand *inū-bām̄to* into *incumbramento:* used of a church this means *incumbentcy;* perhaps it here means *tenancy*. Perhaps the note consists of two pieces, (1) an explanation of the *per intrusionem* in the text (*ideo per intrusionem quia tenementum illud tenebatur in soccagio*), and (2) an explanation of Jacob's vouching Benet fitz Benet (*capitalem dominum suum de quo ipse etc.*) In the original *soccagio* ends and *capitalem* begins a line. Compare Case 43.

[1] *Bastardus quia ante-natus*, born before the marriage of his parents.

[2] Sic.

[3] A line is left blank.

[4] *quia an̄*, interlined; *quia ante-natus*.

qui ei warantizat. Concordati sunt pro dimidia marca quam Prior dat per licenciam per plegium[1].

32. Assisa uenit recognitura si Radulfus Nore*nuit* frater Sarre fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de j. hida terre cum pertinenciis in Croftona die quo obiit etc. et si etc. quam terram Ricardus filius Milonis tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia Radulfus predictus fuit frater Milonis patris sui ex parte patris et matris et desicut ipse est filius fratris et ipsa est amita sua soror patris sui de uno stipite non uidetur ei quod assisa debeat procedere et ipsa hoc non potuit dedicere immo hoc cognouit et preterea ipsa habuit sorores cuius filii adhuc superstites sunt et ideo consideratum est quod assisa non iacet et ideo Ricardus inde quietus et Sarra in misericordia[2]. Norht. De Itinere.

33. Ida que fuit uxor Henrici de Claro becco petit uersus Sarram de Grettona custodiam terre et heredis Walteri de Grettona in Gretona que ad eam pertinet eo quod filius et heres eiusdem Walteri qui infra etatem est de ea tenere debet per seruicium militare et racione custodie heredis predicti Henrici uiri sui qui tenuit de domino Rege et unde ipsa Ida finem fecit cum domino Rege pro habenda custodia terre et heredis ipsius Henrici uiri sui unde ipsa ostendit quod in inicio guerre et semper antea tenuit idem Walterus de Gretona terram illam per seruicium militare de Henrico uiro suo reddendo inde per annum xij. d. et faciendo seruicium forinsecum, scilicet ad scutagium xx^{ti} sol. iij. d. et ad plus plus et ad minus minus et quod idem Henricus ita fuit seisitus de seruicio illo et quod terra illa tale seruicium debuit predicto Henrico offert ponere se super iuratam patrie. | Suf. [5 b.]

Et Sarra uenit et defendit quod predictus Walterus nunquam tenuit per seruicium militare de predicto Henrico set reuera ipse tenuit de eo quamdam terram in Gretona per liberum socagium reddendo per annum xij. d. pro omni seruicio et inde ponit se super iuratam et Ida similiter.

[1] Here on the roll would follow the name of the person who becomes pledge for the fine payable for leave to compromise the action.

[2] Sarah's claim seems very ill-founded, for, even were she a sister of the whole blood, would not the son of a brother be preferred?

Et quia testatum est super scaccarium et per Radulfum de Neouilla[1] quod Ida finem fecit cum domino Rege pro habenda custodia heredis Henrici[2] et cum undique ponunt se in iuratam de seruicio, Consideratum est quod iurata inde fiat et ueniat a die S. Mich. in xv. dies ad recognoscendum si predictus Walterus tenuit terram in Gretona per seruicium militare uel per seruicium socagii etc.

34. Cantbr. Prior de Mertona fecit summoneri Alanum de Bertona et Roesiam uxorem eius et Matillidem sororem ipsius Rohesie ad respondendum quare ipsi impediunt presentacionem suam ad ecclesiam de Bertona que uacat etc. et ipsi uenerunt et dixerunt quod aduocacio illius ecclesie fuit ius ipsarum Rohesie et Matillidis ut ipsa que eis descendit iure hereditario de antecessoribus suis et quod antecessores sui presentauerunt ultimam personam scilicet quemdam Sauaricum qui ultimo obiit persona etc. Et prior hoc defendit ita quod per assensum utriusque partis et per consilium curie summonita fuit quedam assisa inter eos ad recognoscendum quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam etc.[3] et capta fuit assisa inter eos de ultima presentacione et iusticiarii non potuerunt certificari per sacramentum iuratorum ad quem eorum pertineret ius presentandi et ideo tunc consideratum fuit quod xij. tam milites quam liberi homines de eodem uisneto et de antiquioribus et discretioribus summonerentur per quos melius possint certificari. Et ipsi uenerunt et dixerunt super sacramentum suum quod quidem Sauaricus tenuit ecclesiam illam tota uita sua ut persona set nesciunt nec inquirere potuerunt de cuius presentacione. Cum autem idem Sauaricus confestus[4] esset senio posuit se in custodia Eborardi filii sui et ecclesiam illam. Defuncto autem ipso Sauarico Eborardus filius eius remansit in ecclesia illa set nesciunt de cuius presentacione nec si admissus esset ad personatum ab episcopo, set ut audiuerunt cum episcopo loci placeret inquirere qua aduocacione ipse teneret se in ecclesia ad-

[1] The Vice-Chancellor.
[2] Quite true. Rot. Cl. p. 349.
[3] By consent of the parties the *Quare impedit* is turned into an *Assize of Darrein Presentment.*
[4] Corr. *confectus.*

uocauit priorem de Mertona set bene dixerunt quod nescierunt utrum idem prior uel aliquis predecessorum suorum uel Alanus predictus uel aliquis antecessorum suorum presentasset ad ecclesiam illam uel non. Et quia iusticiarii non potuerunt per primos uel secundos iuratores certificari ad quem eorum pertineret ius presentandi nec sciri potuit quis eorum esset in seisina de aduocacione illius ecclesie, Consideratum fuit quod unusquisque eorum ostenderet ius suum et datus fuit etc.[1]

Unde Prior uenit et dicit quod aduocacio illius[2] est ius ecclesie sue de Mertona ut illa quam Radulfus de Cahaum' pater Willelmi dedit ecclesie de Mertona per cartam suam quam profert et que testatur quod idem Radulfus dedit etc. deo et ecclesie S. Marie de Mertona et fratribus ibidem deo seruientibus omnes ecclesias tocius terre sue in perpetuam elemosinam post decessum Hugonis filii sui persone unde idem Prior dicit quod terra illa fuit ipsius Radulfi cum aduocacione ecclesie et quod dedit illam aduocacionem predicte ecclesie de Mertona. Profert eciam cartam Willelmi filii et heredis predicti Radulfi de Cahaum' que testatur quod ipse dedit et concessit deo et ecclesie S. Marie de Mertona etc. omnes ecclesias tocius terre sue inter quas nominat ecclesiam de Bertona et postea confirmat eis donacionem patris sui etc. Profert eciam cartam Gaufridi Eliensis episcopi in qua continetur quod ipse confirmat donacionem Radulfi de Cahaun' et Willelmi filii sui de ecclesia de Bertona. Profert et literas domini pape Alexandri donacionem illam eis confirmantes et dicit ideo Prior quod Willelmus de Chaun' debet ei illam aduocacionem warentizare. Et Willelmus presens est et cognoscit cartam patris sui et cartam suam et illam aduocacionem ei warentizat.

Et Alanus de Bertona et Roheisia uxor eius et Matillis soror ipsius Roheisie ueniunt et dicunt quod aduocacio illius ecclesie est ius ipsarum Roheisie et Matillidis sicut illa que eis descendit ab antecessoribus suis a conquestu Anglie quia quidem Fulky Warwel uenit ad conquestum Anglie

[1] As the jurors know nothing of the seisin the parties have to plead about the right: see Br. f. 289 b.

[2] Supply *ecclesie*.

idem Fulky habuit medietatem uille de Bertona et fundauit illam ecclesiam super terram suam et habuit quemdam filium suum Hugonem nomine cui terra illa descendit post Fulky idem Hugo dedit ecclesiam illam cuidam clerico suo Hugoni qui illam ex dono suo tenuit per xl. annos; de ipso Willelmo[1] descendit terra illa cum aduocacione cuidam Willelmo filio et heredi suo qui ecclesiam illam dedit cuidam clerico suo Sauarico nomine qui illam tenuit per xl. annos et eo amplius per presentacionem suam; de illo Willelmo descendit terra illa cum aduocacione cuidam Elie filio suo et de ipso Elia predictis Roheisie et Matillidi filiabus suis et heredibus. Et quod ita descendit terra illa cum aduocacione ipsis Roheisie et Matillidi sicut predictum est et quod antecessores sui fuerunt ita seisiti sicut predictum est de aduocacione illa offert probare prout curia considerauerit et bene defendit quod predictus Radulfus de Chaun' uel Willelmus filius eius nunquam seisinam habuerunt de predicta aduocacione et hoc offert defendere sicut curia considerauerit et desicut ipsi nullam seisinam inde habuerunt uidetur ei quod donum eorum nullum fuit.

35. Dorset. Johannes Eskelling' filius Roberti summonitus fuit ad respondendum Henrico de Franckeiney et Johanni de Eproill' iuniori quo waranto ingressum habuit in manerio de Atford cum pertinenciis unde Henricus seisinam habuit per
[6.] preceptum domini Regis ut | dicit unde idem Henricus ostendit quod per breue domini Regis habuit ipse seisinam illius terre cum predicto Johanne racione custodie ipsius Johannis. Et uicecomes misit breue domini Regis per quod fecit ei habere seisinam in hec verba: H. dei gracia etc. uicecomiti Dors. salutem. Precipimus tibi quod in pace habere facias Henrico de Francheiney custodiam terre de Atford Oskelling' quam R. Dunhol. Episcopus eidem Henrico contulit ea occasione quod dominus Rex Johannes predictam custodiam eidem episcopo contulit unde idem Henricus queritur quod sicut ipse fuit in seisina illius custodie per preceptum domini Regis per breue suum uenit predictus Johannes et aramiauit assisam noue disseisine uersus ipsum

[1] Qu. *Hugone.*

Henricum de predicta custodia, ita quod per assisam illam captam super preceptum domini Regis amisit ipse seisinam suam et petit hoc sibi emendari.

Et Johannes filius Roberti[1] uenit et dicit quod ipse habet ingressum in terra illa sicut in iure et hereditate sua et ut in illa que ei descendit iure hereditario de antecessoribus suis; quia quidem Johannes[2] Eskeling' auus suus fuit seisitus de terra illa ut de feodo et iure et tenuit eam de domino Rege, idem Johannes habuit duos filios Robertum scilicet primogenitum et Johannem[3] postnatum patrem istius Johannis junioris[4], idem Robertus exiuit de terra tempore Johannis patris sui[5], defuncto autem Johanne auo[6] dominus Rex Johannes commisit custodiam illius terre Engelramo de Pratellis[7] in custodia cum predicto Johanne seniore[8], postea autem quando Gaufridus de Maundeuilla habuit Comitissam Gloucestrie in uxorem[9] uenit idem Johannes[10] sicut filius et heres predicti Roberti primogeniti fratris et optulit ei homagium suum et Comes cepit homagium suum et ei reddidit plenariam seisinam suam, postea uenit Henricus predictus cum ui sua et eum inde disseisiauit ita quod coram iusticiariis itinerantibus recuperauit ipse seisinam suam uersus eum per assisam noue disseisine inde inter eos captam et tale ingressum habet in terra illa et non uidetur ei quod de hereditate sua debeat ei alio modo respondere.

36. [11]Ricardus filius Godwini petit uersus Godwinum patrem suum quod teneat ei conuencionem factam inter eos de Surr. De terra alienata

[1] The pedigree is not very clear, but I think there are four Johns in the case; thus:—

John I.
Robert | John III.
John II. (Eskelling') the defendant. | John IV. (de Eproill') Henry's ward.

[2] John I.
[3] John III.
[4] John IV.
[5] John I.
[6] John I.
[7] Preaux.
[8] John III.
[9] Hawisa divorced wife of King John. The king's claim to wardship was probably in right of his wife.
[10] John II.; but over *Johannes* a word is interlined which has not been deciphered.
[11] This case may illustrate a stage in the evolution of settlements of land. By a deed between father and son the father retains the land during his life and restrains himself from alienation. This seems to be effectual even against purchasers from the father.

contra conuencionem.

xl. acris terre et vij. acris prati cum pertinenciis in Corteseye et de xliiij. acris terre cum pertinenciis in Ewesham etc. unde idem Ricardus profert cartam ipsius Godwini que testatur quod ipse reddidit plenarie Ricardo filio et heredi suo totam terram suam cum pertinenciis ita tamen quod ipse duas partes terre illius in manu sua teneret omnibus diebus uite sue ad se sustentandum ita quod terram illam nec aliquam partem terre illius dare uel uendere uel inuadiare uel aliquo modo alienare posset unde predictus Ricardus uel heredes sui in aliquo essent perdentes post obitum ipsius Godwini, unde idem Ricardus queritur quod contra cartam et conuencionem illam uendidit ipse Johanni Parmario j. messuagium et vij. acras terre in Corteseye et Warino de Cheleseya viij. acras et j. acram prati et Petro de Poddehale j. messuagium et iij. acras terre et j. acram prati et Ranulfo de Stonore iij. acras prati et Willelmo presbitero j. acram terre, et inuadiauit Radulfo clerico tres acras terre ad terminum x. annorum et inde producit sectam etc.

Godwinus uenit et cognoscit cartam et conuencionem illam, et quod terras illas uendidit et inuadiauit set hoc fecit ob paupertatem suam et quia putabat quod hoc bene facere posset.

Nota Si quis alienauerit contra conuencionem et contra cartam suam per[1] obligatus fuit quod non potuit alienare nec uendere.

Consideratum est quod predicti summoneantur quod sint a die S. Mich. in xv. dies ostensuri quomodo ingressi sunt terras predictas contra conuencionem factam inter ipsos Godwinum et Ricardum per cartam ipsius Godwini etc.

37. Ebor.

[2]Assisa uenit recognitura si Willelmus le Senescal auunculus Roheisie uxoris Simonis de Kim' fuit seisita[3] in dominico suo ut de feodo de xxj. bouatis terre cum pertinenciis in Appeltona die quo obiit etc. et si etc. per breue Johannis Regis unde Robertus de Munceaus tenet xj. bouatas et Hugo de Lelay x. bouatas terre et Robertus uenit et dicit quod non debet inde respondere quia ipse non tenet inde x. bouatas quia moniales de Appeltona tenent j. et tenuerunt antequam aliquid inde haberet, quia predictus

[1] Supply *quam*.

[2] Cited, Br. f. 113, as of Trinity A. R. 3. After a proprietary action, such as a writ of right, one cannot have recourse to a possessory assize.

[3] Corr. *seisitus*.

Willelmus illam dedit predictis monialibus cum corpore suo, et ipsi[1] dicunt quod die quo breue suum fuit inpetratum etc. tenuit ipse[2] totam terram illam et adhuc tenet et inde ponit[3] se super iuratam. Et Robertus dicit quod de eadem terra inplacitauerunt eum per breue de recto sicut patet inferius de Hugone.

Et Hugo uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia idem Simon et Roheisia dederunt terram illam predicto Willelmo Senescallo pro homagio et seruicio suo tenendam de eis per seruicium militare, et idem Willelmus tenuit illam de eis per xxx. annos et eo amplius et de illo Willelmo descendit terra illa ipsi Hugoni unde uidetur ei quod terra illa non debet reuerti ad ipsos qui donum illud fecerunt, et preterea dicit quod de eadem terra inplacitauerunt ipsi eundem Hugonem per breue domini Regis de recto in curia domini Regis Johannis et desicut post breue illud de recto et post placitum illud inpetrauerunt ipsi breue de assisa uersus eum non uidetur ei quod assisa debeat procedere uersus eum. Idem dicit Robertus de eodem placito uersus eum etc. Nota quod assisa mortis non habet locum post breue de recto.

38. Walterus de Kidewar' optulit se quarto die de placito audiendi inquisicionem de terra de Ketelbernestona unde idem Walterus questus fuit quod ipse disseitus[4] fuit occasione guerre etc. et recognitores illius iurate non uenerunt et preceptum fuit uicecomiti quod haberet corpora eorum et uicecomes mandauit quod illud preceperat senescallo S. Eadmundi et senescallus illos non habuit. Et ideo preceptum est uicecomiti quod in fide in qua tenetur domino Regi habeat corpora eorum in oct. S. Mich. etc. et non omittat propter libertatem Abbatis S. Eadmundi | cuius balliuis precipisti ut nobis mandasti quod illos haberent a die S. Joh. in xv. dies et illos non habuerunt, et quod summoneat predictum Abbatem etc. auditurus iudicium suum de hoc quod predictos iuratores non habuit etc. sicut preceptum fuit balliuis suis[5]. Suf. [6 b.]

39. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis Norf.

[1] The plaintiffs Simon and Rohesia.
[2] The defendant, Robert.
[3] Corr. *ponunt* (?).
[4] Corr. *disseisitus*.
[5] See Br. f. 442.

presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Kyneburle que uacat cuius aduocacionem Nicholaus de Stuteuilla per attornatum suum scilicet Johannem de Wantona clamat uersus Abbatem de Walemund qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ius quod idem Nicholaus habere deberet in aduocacione illius ecclesie debet ipse habere ex dono Nicholai de Stiteuilla patris ipsius Nicholai et Eidm' uxoris eius per cartam suam quam profert, et que testatur quod ipsi dederunt in perpetuam elemosinam deo et Abbacie S. Marie de Cualemunt ecclesiam de Kyneburle cum omnibus pertinenciis suis. Profert eciam cartam Johannis Norwicensis Episcopi que confirmat eis donacionem quam Nicholaus de Stiteuilla et Eid' uxor eius dederunt deo et ecclesie de Gualemunt et monachis etc. super patronatu ecclesie de Kyneburle sicut carta eorum quam habent inde racionabiliter testatur et ideo uidetur ei quod assisa super hoc non debet procedere.

Et Nicholaus uenit et dicit quod carte ille non debent ei nocere quin assisa procedat, quia si carte ille umquam facte fuerunt, postea presentauit dominus Johannes Rex clericum ad ecclesiam illam racione terre ipsius Nicholai que tunc fuit in custodia sua et inde profert cartam domini Regis Johannis que testatur quod ipse pro deo dedit Willelmo de Kyneburle vicariam ecclesie de Kineburle que est de donacione sua racione custodie terre Nicholai de Sturteuilla que est in manu sua, eo quod ipse est contra dominum Regem cum inimicis suis. Profert eciam cartam J. Norwicensis Episcopi que testatur quod cum terra Nicholai predicti esset in manu domini Johannis Regis eo quod ipse Nicholaus fuit in Normannia cum Rege Francie, ipse ad presentacionem eiusdem Regis concessit et dedit Johanni Archidiacono Wigorniensi ecclesiam de Kyneburle cum pertinenciis, et ipsum in ea canonice personam instituit, salua perpetua uicaria Willelmi de Kyneburle clerici etc. Profert eciam cartam eiusdem episcopi confirmantem eidem W. clerico uicariam etc. ad presentacionem domini Regis etc. sicut predictum est, et desicut dominus Rex Johannes ultimo presentauit racione ipsius Nicholai, petit seisinam illam quam dominus Rex habuit.

Et Abbas cognouit quod reuera Rex Johannes presentauit ultimam personam sicut predictum est et post cartas illas set ipse hoc fecit iniuste et per uoluntatem suam, et petit quod Nicholaus warentizet cartam patris sui.

Et quia Abbas cognouit quod Rex Johannes presentauit ultimam personam racione terre ipsius Nicholai, Consideratum est quod Nicholaus habeat seisinam suam et Abbas in misericordia pro iniusta detencione et perquirat se alio modo si uoluerit habeat breue quod non obstante reclam' etc.[1]

40. [2]Preceptum fuit uicecomiti Surreie quod sine dilacione recordari faceret loquelam que fuit in eodem comitatu inter Gilebertum de Albingeswurthe petentem et Reginaldum de Breusa tenentem de feodo dimidii militis cum pertinenciis in Padedene unde idem Reginaldus queritur quod iniuste et contra consuetudinem regni est diseisitus, et recordum illud haberet coram iusticiariis apud Westmonasterium etc. per quatuor milites de comitatu qui recordo illi interfuerunt, et quod summoneret predictum Gilebertum quod esset inde responsurus, et iudicium suum auditurus et interim caperet predictum feodum cum pertinenciis in manum domini Regis et saluo eum *etc.* custodiret donec aliud inde haberet preceptum. Die S. Joh. Babt.[3] uenerunt isti iiij. milites Rollandus de Ayffede, Reginaldus de Cruce, Gilebertus de Puddindene et Petrus de Pyre*frict* missi per comitatum cum recordo qui recordantur, quod Gilebertus de Albingeswurthe tulit breue domini Regis de recto die[4] Mercurii proxima post festum S. Math. anno Henrici secundo in comitatu Surreie de feodo j. militis cum pertinenciis in Padedene quod Reginaldus de Breusa ei deforciat et questus fuit quod

Surr.

Recordum in breui de Recto.

[1] The Abbot may purchase for himself another writ e.g. a writ of right of advowson but in the darrein presentment Nicholas must succeed. He has a writ directing the bishop to admit his clerk notwithstanding the Abbot's claim.

[2] Cited, Br. f. 330, as of Easter and Trinity terms A.R. 3. The point to illustrate which Bracton quotes this long record is just the point noticed by the annotator, namely, that proof of a default in the court baron entitling you to remove your writ of right from that court to the county court, can only be made in the presence of the lord, or at least after he has been summoned to witness the proof. This case gives us a valuable glimpse of the county court as a living and still flourishing institution.

[3] 24th June, 1219.

[4] 26th Sept., 1218.

Margeria de Sumery domina feodi ei de iure defecerat, et inde produxit sectam sufficientem scilicet quendam Gilebertum et quendam Willelmum qui hoc testificant. Et comitatus considerauit quod predictus Gilebertus una cum Adam Balle seruiente domini Regis iret ad curiam ipsius Margerie et in presencia proborum hominum ibi probaret defaltam. Ad proximum uero comitatum scilicet die[1] Mercurii proxima post festum Annunc. S. Marie uenit predictus Gilebertus et tulit breue suum et predictus Adam seruiens quesitus utrum predictus Gilebertus defaltam probasset, dicit quod eciam coram eo et coram Aunfrido de la Mare et Mauricio de Colestrode Willelmo de Herteshurste et Willelmo de Pestelega qui uenerunt et hoc testati fuerunt. Et comitatus considerauit quod Reginaldus de Breusa summoneretur per sectam sufficientem quod esset ad proximum comitatum scilicet festo[2] S. Marci Ewang. predicto Gileberto responsurus de predicto feodo secundum preceptum domini Regis. Ad illum comitatum scilicet ad diem predictum tulit predictus Gilebertus breue suum et optulit se, et Adam seruiens quesitus utrum predictus Reginaldus summoneretur, dicit quod eciam per Anfridum de Mora et Mauricium de Colestrode qui presentes hoc testati sunt, et idem Reginaldus interrogatus fuit semel, secundo et tercio et non uenit nec se essoniauit, et summonicio testata fuit unde consideratum fuit quod terra illa caperetur in manum domini Regis per uisum etc. et dies capcionis mandaretur et uicecomes mandauit diem capcionis et idem Reginaldus
[7.] | resum' per sectam sufficientem quod esset ad proximum comitatum auditurus recordum et racionabile iudicium suum de defalta et capitali placito. Ad proximum uero comitatum scilicet die[3] Mercurii vigiliis Ascensionis Domini tulit dictus Gilebertus breue suum et Adam seruiens quesitus utrum terram illam cepisset in manum domini Regis dicit quod eciam et quod capta fuit in crastino[4] comitatus proximo preteriti scilicet die Jouis per uisum Anfridi de la Mare et Willelmi de Hertesherste et Willelmi de Pestelega et

[1] 27th March, 1219.
[2] 25th April, 1219.
[3] 15th May.
[4] 26th April.

Mauricii de Golestrode qui uenerunt et hoc testati fuerunt, testantur eciam quod Reginaldus summonitus fuit per predictos Anfridum et Willelmum de Herteshurste qui presentes hoc testati fuerunt. Et Reginaldus interrogatus semel, secundo et tercio non uenit, nec se essoniauit, unde consideratum fuit quod quia predictus Reginaldus non uenit nec se essoniauit nec terram illam ad horam et terminum peciit per pleuinam, predictus Gilebertus haberet seisinam suam per defaltam ipsius Reginaldi et idem Reginaldus haberet tale recuperare quale habere deberet.

Et Reginaldus per Otewicum le Poher attornatum suum dicit, quod ipsi in una parte recordantur parum et in una parte nimium, quia de hoc quod ipsi recordantur quod dominus suus summonitus fuit et fecit defaltam dicit quod iniuste hoc dicunt, quia ipse nunquam summonitus fuit nec unquam fecit defaltam, et bene defendit-summoniciones et defaltas et omnes supersisas, set uerum uult dicere. Idem Otewicus sicut fuit in comitatu Sussexie ad terras domini sui custodiendas sicut senescallus suus, audiuit dici quod terra predicta debuit capi in manum domini Regis et ipse statim accessit ad uicecomitem Surreie et quia dictum fuit ei quod terra iam capta fuit in manum domini Regis ipse peciit statim terram domini sui per pleuinam et accessit ad proximum comitatum qui fuit a die Mercurii proxima post Ascens. Dom. in tres septimanas ante[1] quia duo comitatus sederunt infra sex septimanas et ad comitatum illum essoniauit dominum suum per duos essoniatores scilicet per quendam Gilebertum et quendam Willelmum de seruicio domini Regis scilicet quod iuit ad conducendum Walenses per preceptum domini Regis, et datus fuit dies essoniatoribus suis ad comitatum proximum scilicet die Merc. proxima post Ascens. ita quod ipse Otewicus fuit plegius essoniatorum de habendo warantum suum ad illum comitatum. Hoc autem fecit ipse Otewicus statim mandauit illud domino suo in Wallia ut inde sibi prouideret. Ad predictum uero comitatum scilicet post Ascens. misit dominus suus[2] breue domini

[1] *three weeks before the Wednesday next after Ascension day* (?) i.e. 1st May.

[2] *suus* substituted for *Rex*.

Regis de warentia et ipse Otewicus illud tulit ad comitatum, et in pleno comitatu illud tradidit uicecomiti, et uicecomes illud legere fecit in publico, et comitatus non omisit propter hoc quin super illud breue domini Regis de warentia adiudicauit seisinam predicte terre prefato Gileberto, desicut terra petita fuit ad horam per pleuinam et dies datus fuit domino suo per essoniatores suos, et quod ita peciit terram domini sui per pleuinam sicut predictum est, et quod ita datus fuit dies domino suo per essoniatores suos, et quod dominus Rex ita warentizauit domino suo predictum diem, offert diracionare uersus comitatum prout curia considerauerit per corpus cuiusdam liberi hominis sui Roberti de Cloptona qui hoc offert probare per corpus suum sicut ille qui interfuit ad comitatum et uidit et audiuit ubi predictus Otewicus commisit uicecomiti in comitatu pleno breue domini Regis de warentia, et ubi datus fuit dies essoniatoribus sicut predictum est etc. et si de eo male contigerit per alium qui hoc facere possit et debeat.

Et predicti iiij. milites pro comitatu dicunt quod tale est recordum sicut ipsi prius recordati sunt, et quod tale est offerunt diracionare uersus ipsum Reginaldum prout curia considerauerit per corpus cuiusdam liberi hominis de eodem comitatu Stephani Anglici qui hoc offert diracionare per corpus suum sicut ille qui interfuit ad omnes predictos comitatus et uidit et audiuit totum recordum sicut predictum est, uel ad defendendum per corpus suum sicut curia considerauerit quod ita non est sicut predictus Reginaldus dicit et si de eo[1] male contigerit per alium qui hoc facere possit et debeat.

Et Reginaldus offert probare per corpus predicti Roberti quod ita fuit sicut ipse dicit uel defendere quod ita non fuit sicut predicti milites recordantur, sicut curia considerauerit quod probare uel defendere debeat.

Et quia conuictum est quod assederunt comitatus infra tres septimanas contra consuetudinem regni, Consideratum est quod comitatus in misericordia pro illa transgressione et Reginaldus habeat seisinam suam, et quia uicecomes

[1] Stephen English, the county champion.

assedit comitatum infra tres septimanas in misericordia. Et preterea comitatus recordatur quod defectus probatus fuit in curia dicte Margerie ipsa absente et ideo in misericordia quia debuit summoneri ad audiendam probacionem defectus. Nota, probacio defectus Curie et quod Capitalis dominus adminus summoneri debet ad audiendam probacionem defectus Curie.

41. Albreda que fuit uxor Gileberti filii Gileberti per Gaufridum de Teyl attornatum suum petit uersus Henricum de Buelers quod capiat homagium et racionabile releuium suum de libero tenemento suo quod tenet et de eo tenere clamat in Rekesdona. Bed.

Et Henricus uenit et dicit quod si uideret Albredam presentem monstraret sufficienter quod non deberet homagium suum recipere. Et Gaufridus dicit se fuisse attornatum coram iusticiariis itinerantibus. Et quia attornatus non potest huiusmodi placitum sequi, datus est eis dies a die S. Mich. in xv. dies, et tunc ueniat Albreda ad sequendum placitum si uoluerit et sciendum quod curia decepta fuit de attornato recipiendo si attornatum receperit. | Nota, quod non est attornatus faciendus in placito homagii.

42. Assisa uenit recognitura si Simon filius Thome pater Ricardi filii Simonis qui infra etatem est fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dimidia uirgata terre cum pertinenciis in Brintona die quo obiit etc. et si etc., quam terram Gunnora de Brintona tenuit, que uenit et uocauit inde ad warantum Ricardum de Brintona, qui uenit et ei warentizauit et dicit quod ipse non tenet omnes pertinencias illius dimidie uirgate terre quia ei deficit j. acra terre et dimidia in uno campo et due acre et dimidia in alio campo[2]. Et quia Ricardus est infra etatem, Consideratum est quod non potest ad hoc respondere et ideo procedat assisa. [7 b.] Norht. Nota, quod assisa non remansit pro non tenura licet totum non tenuit, propter fauorem minoris etatis[1].

Juratores dicunt quod predictus Simon ita obiit seisitus sicut breue dicit et quod Ricardus est propinquior heres eiusdem terra illa quam[3] Gunnora tenuit unde ipsa uocauit ad warantum ipsum Ricardum siue ibi fuerit plusquam dimidia uirgata siue minus.

43. Assisa uenit recognitura si Robertus Faber pater Roberti fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de iiij. uirgatis terre Norht.

[1] The general doctrine that plea of non-tenure will abate the writ is found in Br. f. 266 without this exception in favour of infants.

[2] The yardland, virgate, is scattered about in several fields.

[3] Corr. *eiusdem Simonis de terra illa quam* (?).

cum pertinenciis in Wakerlega die etc. et si etc., quam terram Matillis de Lanmale[1] tenuit, que uenit et uocauit ad warantum inde Hawisiam filiam et heredem Willelmi de Lanmale filii Willelmi. Et Hubertus de Burgo iusticiarius custos eiusdem Hawisie[2] uenit cum ea et dicit quod Willelmus de Lanmaley auus ipsius Hawisie obiit seisitus de terra illa, et Willelmus pater suus post eum habuit terram illam et inde obiit seisitus et ipsa petit etatem suam.

Et Robertus dicit quod non debet etatem exspectare, quia Robertus pater suus de cuius morte tulit assisam, obiit inde seisitus ut de terra illa quam Willelmus auus suus ei dedit pro homagio et seruicio suo, tenendam de eo et de heredibus suis. Defuncto autem ipso Roberto, predictus Willelmus terram illam cepit in manum suam racione custodie, et eam in custodia tenuit et obiit seisitus ut de custodia, et post eum intrauit Willelmus filius suus in terram illam eodem modo racione custodie, et obiit seisitus ut de custodia et ideo uidetur ei quod non debet etatem exspectare quia clamat tenere de ea.

Nota, Mirum propter soccagium quod assisa mortis antecessoris remanere debeat usque etatem capitalis domini qui inde non habuit nisi custodiam racione seruicii militaris uel racione socagii quam petit iniuste racione minoris etatis capitalis domini uel ipsius heredis quorum uter-

Et Hubertus dicit quod ipse iniuste dicit quod Willelmus auus habuit terram illam racione custodie, quia terra illa nullam debet custodiam eo quod fuit socagium. Et Robertus dicit quod debet tenere terram illam de ipsa Hawisia et profert quandam cartam predicti Willelmi aui per quam iusticiarii certificantur quod terra illa fuit socagium. Et ideo consideratum est quod Hawisia habeat etatem suam et ideo Robertus sine die usque ad etatem suam et tunc ueniat si uoluerit etc.

[3] Assisa uenit recognitura si Radulfus de la Roche auunculus Rogeri de Kinelingeswrthe fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xl. acris terre cum pertinenciis in Obintinges et de j. hida terre cum pertinenciis in Eyltona et

[1] It should I think be *Lanvaley*.

[2] Rot. Cl. 341 b.

[3] Cited by Bracton, f. 65, as of Trinity term A.R. 3, and again at length, f. 279 b, 280. The citation is not very correct for it supposes that the controversy was between the daughter (not son) of a whole sister and the son of a half-brother. It is also disfigured by a stupid blunder: in Rec. Ed. vol. 4, p. 322, line 15, *neptis* should of course be *nepotis*.

44. de j. uirgata terre cum pertinenciis in Nererock et de j. uirgata terre cum pertinenciis in Farlegha et de xiij. uirgatis terre cum pertinenciis in Stokingtham et de xx. solidis redditus cum pertinenciis in Beneringetona die quo obiit etc. et si etc., quam terram Gilebertus de Aquila tenet, qui uenit et dicit quod reuera predictus Radulfus obiit seisitus ut de feodo de tota predicta terra exceptis xl. acris terre et j. hida predicta et exceptis predictis xx. solidis redditus, set quia contencio est inter predictum Rogerum et quendam Radulfum de Wedona uter eorum sit heres predicti Radulfi, tenet ipse terras illas in manu sua ut capitalis dominus, quousque discussum fuerit quis eorum sit propinquior heres, et si curia considerauerit quod Rogerus sit heres libenter ei reddet terras illas. De aliis terris quas excipit dicit quod ipse non est certus si obiit seisitus ut de feodo necne, et petit diem ut interim inde possit certificari et habet diem etc. eo quod dicit libenter ei reddet si fuerit heres et possit certificari si obiit seisitus ut de feodo etc.

que obiit seisitus infra etatem ut de custodia[1].

Sussex.

Et super hoc uenit Radulfus de Wedona et dicit quod ipse est propinquior heres, quia ipse fuit filius fratris ipsius Radulfi et Rogerus est filius sororis ipsius Radulfi de la Roche unde uidetur ei quod masculus filius masculi, debet esse propinquior heres.

Et Rogerus dicit quod hoc non debet ei nocere, quia reuera ipse Radulfus fuit filius fratris Radulfi de la Roche, set pater suus et Radulfus de la Roche non fuerunt fratres de uno patre et una matre, nisi tantum de uno patre et

[1] The words *Nota Mirum propter soccagium* are in the annotator's ordinary careful writing. What follows has been more hastily and cursively written and I doubt whether it comes from the same hand. As to the words *quam petit iniuste racione* I am very uncertain. The point of the case seems to be this:—X tenant in socage dies leaving Y an infant heir; A the lord enters wrongfully claiming a wardship and dies seised leaving B his heir who dies seised leaving C an infant his heir; Y brings the assize against C; shall the parol demur until C is of full age? Yes. This is *mirum* because (see Case 30) the lord entering on socage land claiming wardship is an intruder and an intruder's heir must answer though still an infant. Here however C is not immediately the heir of the intruding A, for there has been an intermediate descent. The annotator however extracts a wider rule from the case. I am not very certain of his meaning and perhaps have misread the passage. Note that Hubert de Burgh the defendant's guardian is chief justiciar; has this anything to do with the *mirum*?

mater sua et idem Radulfus de la Roche fuerunt de j. patre et una uxore et terra illa non fuit de hereditate matris nec de hereditate patris immo fuit perquisitum ipsius Radulfi de la Roche et Radulfus de Wedona hoc cognouit. Et quia idem Radulfus hoc cognouit quod terra illa fuit perquisitum Radulfi de la Roche, et non hereditas eis descendens de patre Radulfi de la Roche et filiorum suorum, Consideratum est quod Rogerus est propinquior heres ut ille qui fuit filius sororis ex parte patris et matris.

Nota, quod ille propinquior heres qui ex uno et una[1] quam ille qui ex diuerso patre, quia de perquisito fratris.

[8.] PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO SANCTI MICHAELIS ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII JOHANNIS REGIS TERCIO IN OCTABIS S. MICHAELIS ET INCIPIENTE QUARTO CORAM M. DE PATESHULLA ET SOCIIS SUIS.

45. Assisa uenit recognitura si Rogerus de Tuzseinz auunculus Mabilie uxoris Jordani de Callon et Matillidis sororis ipsius Mabilie fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de j. carucata terre et dimidia cum pertinenciis in Thopesfeld et in Gedham die etc. et si etc., quam terram Willelmus de Tuzseinz tenet, qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia terram illam habet ipse ex dono predicti Rogeri qui illam ei dedit pro homagio et seruicio suo per duos annos ante obitum suum per cartam suam quam profert et que testatur quod idem Rogerus dedit et concessit Willelmo de Omnibus Sanctis pro homagio et seruicio suo totam

[2] Essex.

[1] A word, seemingly *matre*, has here been written, but I think that it is cancelled. The extraordinary thing about this case is that it should have been brought into court. According to "the common law" Ralph of Wedon being of the half-blood could not possibly have inherited even though there had been no other kinsmen of Ralph de la Roche and even though the land had descended to Ralph de la Roche from one who was ancestor of both Ralphs. But "common law" is often pretty new, and Bracton thinks it doubtful whether a brother of the half-blood on the father's side will not *exclude a sister of the whole blood* when the land has descended to the dead man from his father. See Britton, ed. Nichols, vol. 2, p. 317 note.

[2] A. m. 1 d; B. m. 1 d.

terram illam cum omnibus pertinenciis suis quam tenuit de feodo Walteri filii Unfridi in Thoppesfeld per seruicium dimidii militis, habendam et tenendam etc. Profert eciam cartam[1] Regis J. que hoc donum racionabiliter ei factum confirmat. Dicit eciam quod Stephanus pater ipsarum Mabilie et Matillidis et frater predicti Rogeri post mortem ipsius Rogeri inde cepit homagium ipsius Willelmi in curia comitis de Clara et inde producit sectam que hoc testatur.

Et Jordanus et Matillis et Mabilia per attornatum suum dicunt quod carta illa non debet eis nocere quin assisa procedat; quia idem Willelmus per cartam illam numquam habuit seisinam nec in seisina fuit, quia predictus Rogerus semper fuit in seisina et in seisina obiit, ita quod de bladis et de aliis exitibus terre fecit testamentum suum quod plenius executum fuit, et inde ponit se super iuratam. De hoc quod dicit quod Stephanus cepit homagium suum, dicunt quod numquam homagium suum cepit nec capere potuit quia ipse numquam seisinam inde habuit nec Willelmus seisinam habuit in uita sua[2] per hoc quod intrusit se in terram illam post mortem predicti Rogeri. S. de omibs scis, et Jord' Chaylło.

Consideratum est quod nichil dixerunt quare assisa remaneat set ponitur in respectum usque in crastinum animarum pro defectu recognitorum quia tantum octo uenerunt quibus etc. et uicecomes habeat corpora aliorum et ponat tot etc. scilicet Walteri de Hanekshale Walteri Stracy Simonis de Alneto et Reginaldi filii Baldewini.

46. [3]Johannes de Breiusa petit uersus Rogerum[4] de Breiusa castrum de Brembre cum pertinenciis ut ius et hereditatem suam et ut illud unde Willelmus de Breiusa auus suus fuit seisitus de feodo et iure tempore[5] Regis Henrici aui domini Regis capiendo inde expleta ad ualenciam centum librarum etc. et de ipso Willelmo descendit ius terre illius Willelmo filio suo et heredi et patri ipsius Johannis, qui fuit seisitus de dominicis de homagiis et de releuiis et seruicio militum et Sussex.

[1] Rot. Cart. p. 187. Charter dated 27 July 1212.
[2] Supply *nisi*, A, B.
[3] A. m. 2; B. m. 2.
[4] *Reginaldum* in both rolls.
[5] *et in dominico* here interlined; but not in either roll.

libere tenencium qui tenent tenementa pertinencia ad idem castrum tempore J. Regis, capiendo inde expleta ad ualenciam lx. librarum ita quod dominus J. Rex cepit inde homagium ipsius Willelmi iunioris et hoc offert diracionare sicut curia considerauerit.

Et Reginaldus uenit et defendit ius suum et dicit quod non debet ei respondere, quia uidetur ei quod est infra etatem et si curia considerauerit quod habeat etatem libenter ei respondebit.

Nota. Etas. Et Johannes dicit quod habet etatem quia ipse est xxij. annorum uel prope xxij. annorum et quod habeat etatem ponit se super uisum et consideracionem iusticiariorum et si iusticiarii inde dubitent probabit etatem suam uel per matrem suam et parentes suos uel alio modo sicut curia considerauerit[1].

47. Essex. [2]Assisa uenit recognitura si Brianus pater Henrici fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xxiiij.[3] acris terre cum pertinenciis in *Loures* die quo obiit et si etc. per breue Regis J., quam terram Henricus Crane tenet qui uocauit inde ad warantum Willelmum Torel qui uenit et dicit quod nescit si debet terram illam warentizare necne et petit quod ostendat ei munimenta sua si que habet.

Et Henricus[4] dicit quod Willelmus Torel pater ipsius Willelmi dedit terram illam Jordano Crane auo suo pro homagio suo et per cartam suam, tenendam de eo et heredibus suis. Idem Jordanus tenuit tota uita sua de ipso Willelmo et post eum tenuit predictus Brianus filius suus et pater ipsius Henrici et fecit ei inde homagium suum, et post eum idem Henricus tenuit de ipso Willelmo et fecit ei homagium suum et tenet illam de eo per xx. sol. reddendos per annum, et dicit quod habuit bonas cartas set tempore

[1] Both rolls add—*Et quia iusticiarii et preterea magnates dubitant de etate sua consideratum est quod probet etatem suam per xij. legales homines et ueniat cum probacione sua in crastinum animarum.* Bracton cites this case f. 424 b; he gives the judgment, which is not in the note-book but not quite correctly—'et ideo consideratum fuit quod fieret probatio per patriam *et per parentes*.' Had he to trust to his memory?

[2] A. m. 2 d; B. m. 2.

[3] B has iiij., in A this is corrected into xxiiij.

[4] Henry is the name of plaintiff and defendant. The former is below called Henry Cokin. This is the defendant.

guerre fuit domus sua robata et conbusta, et bene credit quod illas adhuc recuperabit, et si hoc non sufficit ei habet sectam sufficientem que testatur quod habuit cartas et quod ipse fecit homagium suum isti Willelmo sicut predictum est.

Nota Quod Warantus uocatus in assisa mortis antecessor's non dedixit warantiam et ideo processit assisa tali modo, quod si tenens amitteret quod procederet placitum de warantia, si autem non, non[1].

Post uenit Willelmus Torel et dicit quod non debet nec uult ei terram illam warentizare et penitus ei defecit de warentia et ideo Consideratum est quod assisa procedat et si terra remaneat petenti tunc procedat placitum de warenticia inter Willelmum et Henricum. | [8 b.]

Juratores dicunt quod predictus Brianus obiit ita seisitus ut de feodo et in dominico et quod post terminum[2] et quod idem Henricus est proximus heres, et ideo consideratum est quod Henricus Cokin recuperauit seisinam suam et Henricus in misericordia et pauper est[3] et recuperet uersus Willelmum de warentia. Et dicit omnia predicta et inde producit sectam sufficientem et preterea offert probare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Briani de Be*in*flet qui fuit unus ex testibus nominatis in carta de confirmacione quam Willelmus Torel pater istius Willelmi fecit Willelmo[4] Briano patri suo sicut ille qui interfuit ubi carta facta fuit et ubi fecit homagium suum. Post uenit Henricus et protulit cartam Willelmi Torel filii Willelmi Torel fratris istius Willelmi que testatur quod ipse dedit etc. Briano filio Jordani Crane et heredibus suis totam terram suam de Hildezar' in feodo et hereditate habendam et tenendam etc. pro xx. sol. de firma. Dicit eciam carta quod Jordanus pater Briani dedit dimidiam marcam argenti Roberto Torel cognato suo per quam[5] cartam suam ei reddidit et omni iuri suo et clamacioni eiusdem predicte terre omnino abrenunciauit et ideo petit quod ei warentizet[6]. Post uenit Willelmus et ei warentiam concedit per licenciam iusticiariorum et ideo Henricus habeat breue quod uicecomes per sacramentum legalium hominum de uisneto illo qui non sint

[1] Bracton, f. 258 b, cites this case to illustrate this point.

[2] *assisam*, A, B.

[3] *pauper est*, not in B, but interlined in A. This means that the amercement is remitted.

[4] Omit *Willelmo*; the mistake is due to a slip in A.

[5] *pro qua*, A, B.

[6] What follows is not in B.

de ballia Roberti de Sanctona appreciari faciant[1] predictam terram et habere ei faciat escambium ad ualenciam predicte terre etc., conputatis in ualencia xx. sol. quos idem Willelmus inde percipere consueuit, per quos etc.

48. Norf. [2]Walterus de Euermue athachiatus fuit quod esset responsurus quare contra prohibicionem domini Regis secutus est placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt de testamento etc. Hugonis de Clipesby unde idem Hugo ostendit quod contra prohibicionem etc. secutus est placitum et eum uexauit ita quod dampnum habet ad ualenciam centum sol. et inde producit sectam que hoc testatur.

Et Walterus uenit et defendit quod nunquam contra prohibicionem domini Regis secutus est placitum in curia cristianitatis etc. set uerum uult dicere, ipse traxit eum in placitum de catallis suis propriis que capta fuerunt in ecclesia et in cimiterio ita quod ipse probauit in curia cristiana sacrilegium et data fuit sentencia contra ipsum Hugonem ante prohibicionem ei factam, et quia noluit stare iudicio iudicum excommunicatus fuit et inde producit sectam, et bene defendit quod nunquam post prohibicionem secutus fuit placitum etc.

Nota quod non tenet prohibicio de sacrilegio[3]. Et Hugo dicit quod post prohibicionem secutus fuit placitum et quod homines Lodouici[4] et ille fecerunt illud sacrilegium etc.

Consideratum est quod Walterus inde sine die et sequatur placitum in curia cristianitatis si uoluerit quia est de sacrilegio[5].

49. Norf. [6]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Fretham que uacat, cuius aduocacionem Thomas Bardulf clamat uersus Rogerum le Daur'[7], qui uenit et nichil dixit quare assisa remaneret. Dicit tamen quod tenet terram de Fretham ex dono Regis Johannis et quod Thomas nullam terram habet in illa uilla ubi ecclesia sita est, unde non uidetur ei quod assisa debeat procedere.

[1] Corr. *faciat*.
[2] A. m. 4 d; B. m. 4.
[3] See Br. 407.
[4] Son of the king of France.
[5] The judgment is not in B.
[6] A. m. 8; B. m. 6 d.
[7] Sic A; *le Pour'* B; the latter is right; see Rot. Cl. 399 b.

Et Thomas cognoscit quod reuera nullam terram habet in illa uilla, set antecessores sui fuerunt in seisina illius terre et clericum presentauerunt ad ecclesiam illam, quorum seisinam petit per hoc breue. Et quesitus quomodo antecessores sui amiserunt inde seisinam, dicit quod dominus Rex Henricus auus domini Regis eos disseisiuit per uoluntatem suam ita tamen quod concessit eis duo maneria in escambium, scilicet Ormesby et quoddam aliud manerium set nunquam habuerunt escambium.

Et quia cognoscit quod nullam terram habet in manerio illo et quod antecessores sui uel ipse nunquam postquam antecessores sui amiserunt seisinam clericum presentauerunt ad ecclesiam illam, et preterea dominus Rex cepit manerium illud cum omnibus pertinenciis suis et aduocacio est de pertinenciis, Consideratum est quod assisa non iacet, set perquirat primo manerium, et postea aduocacionem et ideo inde sine die et Thomas in misericordia. Nota quod non procedit assisa ultime presentationis de ecclesia ubi petens nullum habet tenementum in uilla ubi ecclesia sita est[1].

50. [2]Alicia Hathemus athachiata fuit quod esset coram iusticiariis etc. ostensura quare traxit Rogerum filium Ade in placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Rogeri in Wintonia contra prohibicionem etc. Sutht.

Et Alicia uenit et cognouit quod traxit eum in placitum de fide sua lesa, et non de laico feodo, et quesita unde fides illa emerserat, dicit quod post mortem uiri sui inuadiauit ipsa quandam partem dotis sue ipsi Rogero ad terminum x. annorum et idem Rogerus affidauit quod in fine decem annorum redderet ei terram illam, | elapsis autem decem [9.] annis noluit ei reddere terram illam sicut affidauit, et ideo traxit eum in placitum de lesione fidei. Consideratum est quod Rogerus inde sine die et Alicia arestetur[3]. Nota quod prohibicio locum tenet de fidei lesione propter laicum feodum.

51. [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Wyletona que uacat cuius aduocacionem Nicholaus de Wiletona clamat uersus Priorem de Rappendona[5] qui uenit Dereb.

[1] This case is cited by Bracton f. 243 b, who remarks that the decision would have been different if Thomas could have proved that the advowson was not appurtenant to the manor of which he had been disseised.

[2] A. m. 8 d; B. m. 7.

[3] No judgment in B.

[4] A. m. 8 d; B. m. 7.

[5] Repton or Repingdon; see charters in Monast. vol. vi. p. 430.

et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ecclesia non uacat, immo Radulfus le Petit est inde persona, ad presentacionem suam et ideo uidetur ei quod non debet ad hoc breue respondere.

Et Nicholaus dicit quod si Radulfus est inde persona hoc èst iniuste et contra apellacionem suam et admissus fuit tempore guerre, et desicut breue loquitur de tempore pacis non uidetur ei quod assisa debeat remanere.

Et Prior non potuit hoc dedicere et ideo procedat assisa etc.

Et Prior dicit quod assisa non debet inde fieri quia bene concedit quod idem Nicholaus presentauit Hugonem filium Philippi Mark qui ultimo obiit persona in ecclesia illa, set post presentacionem illam dedit idem Nicholaus aduocacionem illius ecclesie eidem priori et ecclesie sue de Rappedona per cartam suam quam profert et que hoc testatur[1].

Et Prior ponit se super testes et super alia sigilla ipsius Nicholai et super patriam prout curia considerauerit et Nicholaus similiter. Fiat inde iurata per Willelmum de Muscaumpo Archidiaconum Derebiensem, Aluredum de Sulenny, Edwinum de Meautona, Galfridum de Meautona, Hugonem de Findere, Johannem filium suum testes, et per Nicholaum de Chambres Radulfum de Tann, Hugonem de Fenderne, Willelmum de Bentlega, Rogerum de Carleolo, Simonem de S. Mauro, Eustachium de Mortum, Henricum de Codintona Robertum de Bernardcote et ueniat in oct. S. Mart. etc. ad recognoscendum si aduocacionem illam eis dedit et cartam suam inde eis fecit etc.

52. Hertford. [2]Philippus de Hertfordia et Beatricia uxor eius petunt uersus Gilebertum Comitem de Clara centum marcas quas eis debet ut dicunt et iniuste detinet. Quia Ricardus de Clara Comes Hertfordie dedit eidem Beatricie x. libr. recipiendas per annum de camera sua[3] donec ei prouideret de x. libr. terre in loco conpetenti, et inde proferunt cartam ipsius Ricardi que hoc testatur, unde dicunt quod de tempore

[1] Both rolls here add—*Et Nicholaus uenit et defendit cartam et donum et sigillum, et quod nunquam cartam illam fecit et hoc offert defendere prout curia considerauerit.*

[2] A. m. 9 d; B. m. 8.

[3] *sua* interlined in the text, not in A, B.

Ricardi patris sui eis aretro sunt lxx. marce et residuum de tempore suo et inde producit sectam etc., profert autem cartam in hec uerba Ricardus de Clara Comes Hertfordie omnibus etc. salutem. Sciatis me dedisse etc. Beatricie de Langelega pro seruicio suo x. libr. redditus habendas et recipiendas de me et heredibus meis de camera quamdiu uixerit uel de chasil'[1] uel de molendinis meis de Middletona donec ei assignate fuerunt x. libr. terre alibi in loco competenti etc.[2]

Et Comes uenit et cognoscit cartam patris sui set uidetur quod non debet ei respondere de hoc debito, quia pater suus non potuit denarios annuos dare de camera ipsius Gileberti sicut ei uidetur per quod ipse teneretur reddere permissum[3] eius et super hoc ponit se super iudicium curie.

Et ipsi petunt quod warentizet eis cartam suam desicut illam cognoscit, et bene ponit se super iudicium si pater suus potuit hoc facere necne, si ita esset debitum quod pater suus debuit, debet ipse reddere sine contradiccione, et de alio petit iudicium.

Et Comes dicit de debito patris sui quod ipse habuit executores, et nescit si mencio facta fuit in testamento patris sui de hoc debito nec ne[4], nec si pater suus aliquid debuit nec ne, et ideo petit diem certificandi se et inquirendi super hoc ueritatem etc. habet diem prece petentis etc.

53. [5]Willelmus de Cundstan petit uersus Rogerum de la Suche quod capiat homagium et racionabile releuium suum Deuon. de libero tenemento suo quod tenet et de eo tenere clamat in Ellerige.

Et Rogerus uenit et dicit quod non debet homagium suum inde capere, quia nunquam antecessores ipsius Willelmi homagium fecerunt antecessoribus suis, uel releuium dederunt,

[1] Neither in notebook nor in rolls can I read this as aught but *chasil'* or *chasis*.

[2] These rents issuing from a chamber are very curious things. About them see Br. f. 180. An assize will not lie for such a rent, cum huiusmodi redditus non sit tenementum. They seem to be just unsecured annuities.

[3] Corr. *promissum*.

[4] It is still the duty of the heir, not the executor, to pay the debts. But semble it is otherwise if the debt be mentioned in the will. Br. f. 407 b. 'dantur actiones creditoribus contra heredes et non contra executores.'

[5] A. m. 10; B. m. 9.

nec facere debuerunt, quia terra illa est ius suum et non ipsius Willelmi, immo eam habere debet in uilenagio suo et in dominico suo, nec antecessores ipsius Willelmi alium ingressum habuerunt in terram illam nisi per intrusionem et quod terra illa est ius suum offert diracionare uersus eum prout curia considerauerit, uel defendere si curia considerauerit quod ipse Willelmus nullum ius habet in terra illa.

Et Willelmus uenit et ponit se in magnam assisam domini Regis etc. et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipso Rogero scilicet j. uirgatam terre et dimidiam cum pertinenciis an ipse Rogerus tenere

[9 b.] eam in dominico. |

54. Deuon. [1]Robertus filius Briani, Oliuerus Auenel, Gaufridus Talebot et Adam de Dornapetona iiij. milites de comitatu Suthantonie missi ad Reginaldum de Albemarla qui se essoniauit de malo lecti uersus Matheum filium Hereberti et Johannam uxorem eius de placito terre unde idem Matheus et Johannes[2] dicunt quod ipse Reginaldus fecit defaltam eo quod non uenit ad diem sibi datum per eosdem milites, ueniunt et dicunt quod ipsi Adam et Robertus fuerunt ad eundem Reginaldum die

De essonio de malo lecti. Merc. prox. ante fest. Nat. S. Joh. Babt. et dederunt ei diem a die Jouis scil. a crastino in xv. dies apud Westmonasterium et alii duo uenerunt ad eum eadem die Jouis et dederunt ei eundem diem, et quesiti quod warantum inde habuerunt dicunt quod uicecomes eis precepit set nullum habuerunt breue nec uicecomes aliquem diem nominauit et ideo sunt in misericordia.

Et Reginaldus dicit super hoc[3] quod uidetur ei quod Matheus fecit defaltam quia milites dederunt ei diem ad quem ipse uenit et Matheus non uenit nec se essoniauit et petit hoc sibi allocari.

55. Norf. [4]Assisa uenit recognitura utrum una *particula*[5] terre et dimidia cum pertinenciis in Holkham quas Ricardus filius Adgari tenet et[6] sex acre terre cum pertinenciis in eadem

[1] A. m. 10; B. m. 9.
[2] It should be *Johanna*, and is so in B.
[3] B stops here.
[4] A. m. 10 d.; B. m. 9.
[5] *pertica*, A. *perticata*, B.
[6] The text has here some case of *medietas*, and omits *medietatem* before *ecclesie*. This is a blunder due to a correction made in A, where *medietatem* has been interlined.

uilla quas Radulfus de Holcham tenet sunt libera elemosina pertinens ad medietatem ecclesie[1] Abbatis de S. Martino de Holcham an laicum feodum ipsorum Ricardi et Radulfi etc.

Et ipsi ueniunt et dicunt quod non debent ad hoc breue respondere quia breue loquitur si terra illa sit libera elemosina pertinens ad medietatem ecclesie illius Abbatis de Holcham et desicut Abbas non habet nisi medietatem ecclesie de Holcham et dicit in breui quod ecclesia sua est non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit et quia breue loquitur de medietate tocius ecclesie sue et tota ecclesia non est sua, Consideratum est quod non respondeant ad hoc breue et ideo ipsi inde sine die et Abbas in misericordia. Nota de errore inpetracionis nominauit totam ecclesiam ubi nominasse debuit medietatem.

56. [2]Hamon le Enueyse[3] et Matillis uxor eius athachiati fuerunt ad ostendendum quare fecerunt uastum et exilium de bosco de Hethulla quem[4] tenent in dotem ipsius Matillidis de hereditate Alberti de Neouilla ad exhereditacionem ipsius Alberti contra prohibicionem domini Regis etc. unde idem Albertus ostendit quod post pacem factam et iuratam etc. extirpauerunt ipsi arbores circa domum et boscum uendidit et dedit et uastauit[5], ita quod uastum fecit ad ualenciam l. marcarum et inde produxit sectam etc. et ipsi uenerunt et pecierunt inde uisum scilicet de bosco unde fecerunt uastum et ideo consideratum fuit quod haberent uisum per xij. liberos et legales homines de uisneto de Hethulla ita quod per eos fieri faceret uisum de bosco de Hethulla cum pertinenciis quem ipsi tenent in dotem ipsius Matillidis de hereditate predicti Alberti, unde idem Albertus queritur quod ipsi Hamon et Matillis contra consuetudinem regni fecerunt uastum et exilium ad exhereditacionem predicti Alberti et illos xij. haberet[6] ad certificandum iusticiarios si ipsi Hamon et Matillis uastum et exilium inde fecerunt et cuiusmodi uastum et exilium inde fecerunt. Norf.

A die S. Mich. in tres septimanas uenerunt xij. et

[1] The text has *pertinens ad ecclesiam*; see last note.
[2] Rot. A. m. 10 d.; Rot. B. m. 9 d.
[3] *Lonueyse*, B.
[4] *quod*, A, B, and originally so in the text.
[5] Sic A; *uendiderunt et dederunt et uastauerunt*, B.
[6] Supply *uicecomes*.

Nota de uasto facto in bosco qui tenetur in dotem quod fiat forestarius[1]. dixerunt[2] super sacramentum suum quod fecerunt [uastum et] quod ipsi Hamon et Matillis post pacem iuratam et factam inter dominum Regem et barones suos uendiderunt et dederunt de bosco predicto et edificauerunt in alterius feodo ita quod per uendicionem illam et donacionem et edificacionem fecerunt uastum ad ualenciam xl. marcarum, et post pacem etc.

Consideratum est quod Albertus habeat forestarium suum et ipsi Hamon et Matillis nichil capiant nisi per uisum forestarii ipsius Alberti, scilicet, haibote et usbote[3] et sint in misericordia quia contra prohibicionem etc. uastum inde fecerunt.

57. Cantebr. [4]Leprosi S. Marie Magd. de Cantebrigia per attornatum suum petunt uersus Eborardum de Trumpitona unum messuagium et xx. acras terre cum pertinenciis in Howes etc. ut ius suum et ut illas in quas non habet ingressum nisi per Willelmum patrem suum cui terram illam commiserunt ad terminum qui preteriit etc.

Et Eborardus uenit et defendit ius suum et dicit quo habet terram[5] ut ius et hereditatem suam et pater suus illam tenuit in feodo et hereditate per xl. annos et bene defendit ingressum ad terminum etc.

Et ipsi nullam sectam producunt nec cartam nec aliquid ostendunt contra eum nisi tantum quod offerunt ponere se super patriam et ideo consideratum est quod Eborardus inde quietus et ipsi in misericordia et perquirant aliud breue de recto si uoluerint.

58. Essex. [6]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Langedona que uacat etc. cuius aduocacionem Walterus de Wordum[7] clamat uersus Abbatem de Meaudona[8], qui uenit

[1] This case is cited by Bracton f. 316, *de consilio curie propter uastum appositus fuit forestarius*. A forester is appointed to prevent the dowress and her husband from committing waste by taking more from the wood than haybote and housebote. See above Case 27.

[2] *dixerunt super sacramentum suum quod ipsi Hamon*, B; *dixerunt super sacramentum suum quod fecerunt quod ipsi Hamon*, A. The annotator has made a conjectural emendation; an *et* having crept into his text between *fecerunt* and *quod*, he by interlineation inserted *uastum* before the *et*.

[3] *aibot. et usbot.*, A, *haybot et husbot*, B.

[4] A. m. 11; B. m. 10.

[5] Supply *illam*, A, B.

[6] A. m. 11; B. m. 10.

[7] *Verdun* B, *Vordum* A.

[8] *Meudon* B, *Maldon?*

per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ecclesia non uacat, immo idem Abbas est inde persona et institutus ad presentacionem | Roberti de Suttona et [10.] inde profert cartam Willelmi Londoniensis episcopi que hoc testatur, et dicit quod fuit inde persona iam per septem annos etc.

Et Walterus hoc cognouit et quod predictus Robertus ecclesiam illam dedit sicut predictum est, et quod hoc fecit antequam ipse habuit terram in qua ecclesia sita est, et ideo inde sine die et assisa remaneat et Walterus perquirat breue aliud etc.[1]

59. [2]Assisa uenit recognitura si Aluredus de Esse[3] pater Midd. Beatricie uxoris Radulfi le Taillur fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dimidia uirgáta terre cum pertinenciis in Icham[4] die etc. et si etc. quam terram Matillis de Albo Monasterio tenet, que uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ipsa nichil clamat in terra illa nisi dotem ex dono Willelmi filii Rannulfi quondam uiri sui et inde uocat ad warantum Willelmum filium et heredem predicti Willelmi qui iter in terram Jerusalem[5] et petit quod habeat terminum suum crucesignatorum.

Et Radulfus et uxor eius defendunt quod non tenent[6] terram illam in dotem quia predictus Willelmus uir suus non tenuit terram illam die qua eam desponsauit, quia diu post ea cepit terram illam de quodam Willelmo filio Reinbaldi et alium ingressum non habet in terram illam.

Et quia ipsa nichil clamat nisi dotem nec potest sine waranto suo de dote respondere, Consideratum est quod pacem habeat crucesignatorum, et Radulfus et uxor eius inde sine die usque ad aduentum Willelmi, et tunc resummoneatur etc. et idem dictum est iuratoribus.

60. [7]Walterus de Percy petit uersus Priorem S. Leonardi de Ebor. Eboraco j. carucatam terre cum pertinenciis in Martona ut ius suum et ut illam unde Agnes mater sua fuit seisita ut de

[1] See Case 89, in which Walter brings a writ of right of advowson against the Abbot and again fails.
[2] A. m. 11; B. m. 10.
[3] *Hese*, A, B.
[4] *Ikham*, B.
[5] Supply *arripuit*.
[6] *tenet*, A, B.
[7] Rot. A. m. 11.

feodo et iure tempore J. Regis patris etc. capiendo inde expleta etc. et in quam idem Prior non habet ingressum nisi per Johannem le[1] Birkyn quondam uirum ipsius Agnetis cui ipsa contradicere non potuit et inde producit sectam que hoc testatur.

Et Prior uenit et defendit ius suum et quod nunquam ingressum habuit per predictum Johannem sicut curia considerauerit quod defendere debeat. Concord etc.[2]

[3]Ricardus le Harre[4] et Antigania uxor eius petunt uersus
61. Bed. Ricardum de Tyuilla j. uirgatam terre cum pertinenciis in Bestona ut ius ipsius Antigonie et ut illam unde Ricardus de Budenho pater ipsius Antigonie fuit seisitus in dominico suo ut de feodo tempore J. Regis capiendo etc. quia idem Ricardus terram illam dedit cuidam Ricardo Blundo in maritagium cum Matillide sorore eius tenendam per seruicium xvj. d. qui habuerunt quendam filium nomine Heremannum qui de terra illa obiit seisitus sine herede de corpore suo, unde dicunt quod terra illa debet reuerti ad ipsam Antigoniam ut ad heredem predicti Ricardi de Budenho donatoris. Dicunt eciam quod idem Ricardus non habet ingressum nisi per intrusionem post mortem predicti Heremanni et tempore guerre et inde producunt sectam etc.

Et Ricardus defendit ius ipsius Antigonie et dicit quod non debet eis respondere, quia ipsa Antigonia habet fratres, qui si ipsa ius haberet, ipsi maius ius haberent et ideo non uult respondere nisi curia considerauerit.

Et ipsi dicunt quod ipsa nullum habet fratrem set reuera habuit fratrem qui habuit filios qui superstites sunt, et hoc non debet eis nocere, quia ipsa clamat tenere terram illam de eis ut de heredibus donatoris quia non possunt esse heres et dominus[5], eo quod maritagium debuit seruicium xij. d.[6]

[1] *de* not *le*, A.

[2] *Concordati sunt per licenciam iusticiariorum habeant cirographum*, A. See above Case 22 for an earlier stage of this action.

[3] A. m. 11; B. m. 10.

[4] *Herre*, B.

[5] Sic A, *heredes et domini*, B.

[6] This case (cited by Bracton, f. 23) turns on the queer rule 'nemo potest esse dominus et heres.' Suppose (e.g.) *A* has three sons whom in order of birth we call *B, C, D; A* enfeoffs *C* to hold of him (*A*); *A* dies and the seignory descends to *B*; then *C* dies without issue; *D* not *B*

Et Ricardus dicit quod si curia considerauerit quod debeat eis respondere desicut cognoscunt terram illam datam fuisse in maritagium dicet aliud.

Et quia ipsi Ricardus et Antigonia cognoscunt quod ipsa habet nepotes filios fratris sui primogeniti qui sunt heredes predicti Ricardi de Budenho donatoris, et maritagium debet reuerti ad heredes donatoris, Consideratum est quod ipsa nichil clamare potest dum filii fratris sui uixerint et ideo Ricardus de Tiuilla inde sine die et Ricardus le Harre in misericordia. Nota quod maritagium reuerti debet ad donatorem uel eius heredes et ibi remanere pro defectu heredum, et non descendere ad alios.

62. [1]Prior de Lentona athachiatus fuit ad esse etc. responsurus Radulfo de Wileghby quare tenuit placitum in curia cristianitatis de aduocacione ecclesie de Pleseleye contra prohibicionem domini Regis etc. unde idem Radulfus ostendit quod cum Willelmus frater suus teneat ecclesiam ex dono suo et Johannis de Aeyncanc[2] quidam Rogerus trahit eum in placitum de ecclesia illa et petit eam ex dono Regis J. etc. Notingh.

Et Prior uenit et defendit quod non tenet placitum de aduocacione immo de intrusione quia Rex J. tempore guerre quando ecclesia uacans fuit presentauit predictum Rogerum ad ecclesiam illam racione terre ipsorum Radulfi et Johannis que tunc fuit in manum domini Regis eo quod fuerunt contra dominum Regem et quia clericus ille non fuit admissus inplacitat ille | clericum suum per breue domini pape de [10 b.] intrusione quia eorum clericus admissus fuit postea ad eorum presentacionem et ideo si curia considerauerit quod non debeat tenere placitum libenter cessabit et ideo prohibitum est ei ne teneat aliquod placitum in quo fiat mencio de aduocacione et ideo Radulfus recedat uersus alios iudices. quietus[3].

63. [4]Recognitores assise noue disseisine que capta fuit coram Norht.

will inherit the land, for *B* can not be both lord and heir. But, as this case shows and Bracton explains, this is not so when land is given in marriage. Failing issue of the marriage, it reverts to the donor *et cum donatore remanebit*. The donor (or his heir) does not come to the land as heir of the donee, so there can be no talk of his being dominus et heres. Bracton and the annotator both use the word *remaneo*, 'debet ibi remanere,' 'cum donatore remanebit.'

[1] A. m. 11 d.; B. m. 10. For Lenton priory see Monast. vol. 5, p. 108.

[2] Corr. *Aeyncurt*.

[3] *quietus* added seemingly by the annotator; not in A, B.

[4] A. m. 11 d.; B. m. 10.

iusticiariis itinerantibus inter Willelmum filium Walteri querentem et Alanum filium Johannis tenentem de tenemento in Forhod[1] summoniti ad certificandum iusticiarios de sacramento suo quod fecerunt unde idem Willelmus questus fuit quod falsum fecerunt sacramentum, ueniunt et dicunt quod idem Willelmus nullum habuit liberum tenementum quia ipse uillanus fuit et fecit omnimoda uilenenagia quia non potuit filiam suam maritare nec bouem suum uendere et ideo Willelmus nichil capiat per hanc certificacionem et iuratores inde sine die.

Nota de certificacione sicut de falso sacramento[2].

64. Norf. [3]Prior del Acra athaciatus fuit ad esse responsurus Waltero de Grauncurt[4] quare secutus est placitum in curia cristianitatis de aduocacione ecclesiarum de Folmodestona et de Crokestona contra prohibicionem Regis etc. unde idem Walterus ostendit quod per ipsum Priorem habet dampnum ad ualenciam x. m. etc. et inde producit sectam.

Et Prior uenit et defendit quod nunquam post prohibicionem illam traxit eum in placitum etc. et inde protulit literas iudicum suorum testificantes quod ipsi detulerunt mandatum domini Regis nec aliquid inde facient sine precepto domini Regis.

65. Sussex. [5]Willelmus de Waledona et campio' suus optulerunt se quarto die uersus milites comitatus Sussexie de placito quod essent audituri iudicium suum de duello uadiato utrum deberet procedere necne etc. et milites non uenerunt etc. et habuerunt diem in banco a die S. Joh. in tres septimanas etc. et ideo datus est eisdem Willelmo et campioni suo de audiendo [*iudicio suo*][6] de illa defalta in crastino S. Martini[7].

66. Suff. [8]Willelmus de Butter' et Lucia uxor eius que fuit uxor

[1] *Forho*, A.

[2] The process of *certificatio* is here used to charge the recognitors of an assize with a false oath. The annotator thinks this note-worthy because the *certificatio* is generally but a means of compelling recognitors to explain a dubious verdict; if they are to be charged with a false oath the regular process is attaint, *conuictio*.

[3] A. m. 11 d.; B. m. 10 d. For more of this dispute see Case 111.

[4] *Grancort*, B.

[5] A. m. 12; B. m. 10.

[6] A, B.

[7] Add, *idem dies datus est campioni comitatus in banco*, A, B. Both Rolls have a marginal note which is, I think, *quere recordum de itinere.*

[8] A. m. 12; B. m. 10. This page of the note book, which is now the outside of the first quire, is badly damaged. The words within [ ] are supplied from Rot. A.

Ricardi per attornatum suum petunt uersus [Robertum de Hulm.' custodem Thome] filii Benedicti et Mariam uxorem eius medietatem uille de Chelewude ut dotem ipsius Lucie etc.

Et Robertus et Maria uxor eius dicunt quod non debent inde dotem habere, quia ipsa Lucia habet [dotem et diu habuit] scilicet in Stanfend'[1] et in Blakeham unde tenuit se pacatam et ideo uidetur eis quod non debent [eis dotem facere] quia habet ad ualenciam tercie partis tocius terre que fuit uiri sui.

Et Willelmus et Lucia dicunt quod ipsa dotata fuit nominatim de predicta [medietate uille de Cheleswud' et de terra] in Stanefend' et ideo petunt terram illam et bene defendunt quod nullam terram habent in Blackam nec [umquam tenuerunt] se pacatos nec umquam tenuerunt terram illam nomine dotis [set reuera Thomas pater Lucie habuit] seisinam tempore guerre. Et Robertus et Maria uxor eius dicunt quod in curia S. Eadmundi[2] recuperauit ipsa [dotem suam in Blakeham] et in Stanefend' et tenuit se pacatam ita quod in guerra et post guerram per unum [annum fuit ipsa seisita de dote] illa set per defectum ipsorum Willelmi et Lucie eo quod non reddiderunt firmam [que pertinet ad terram amiserunt seisinam] et uellent recuperare ad terram suam que bene attornata est.

Post uenerunt Willelmus et Lucia et cognouerunt quod ipsa fuit seisita de terra de [Blacham] tempore pacis [et post guerram] et quod H. de Burgo eos inde disseisiuit per uoluntatem suam occasione [cuiusdam albe firme quam terra illa] debuit domino Regi.

Et alii hoc cognoscunt.

Et quia ipsi cognoscunt quod fuerunt in seisina tempore pacis et per defectum [eorum disseisiti sunt, consideratum] est quod perquirant se etc.[3], de prima seisina sua rehabenda quia ad aliam . . . .

[1] *Stanefeld*, B.

[2] The monastery of Bury S. Edmunds; see Monast., vol. iii. p. 121 for Stanfield and Chelsworth.

[3] What follows seems added by the annotator, and is not taken from the roll; the end of the phrase is illegible. The record ends thus:—*perquirant se uersus iusticiarium etc. et ideo Robertus inde sine die et Willelmus in misericordia.* The *iusticiarius* is Hubert de Burgh.

67. [1] Deuon. Preceptum fuit iusticiariis itinerantibus quod facerent recordum quomodo et ob quam causam Petrus de Aurre et Johannes filius eius suspensi fuerunt, unde heredes ipsorum Petri et Johannis questi fuerunt quod iniuste et contra consuetudinem regni suspensi fuerunt. Et Johannes de Briwes et Osbertus filius Willelmi recordantur quod quidam mercator robatus fuit in comitatu Sumersetie de quodam fardello burellorum et secutus fuit mercator usque ad Suhamtonam et ibi cum seruiente domini Regis quesiuit in tantum quod inuenit quatuor ulnas de panno suo quem bene agnouit, in domo cuiusdam burgensis. Burgensis ille uocauit inde ad warantum quendam scissorem qui bene warentizauit quod pannum illum ei commiserat, et uocauit inde ad warantum Radulfum de Aure filium predicti Petri, ita quod accesserunt ad domum ipsius Petri et inuenerunt ipsum Radulfum, et mercator locutus fuit uersus eum et dixit quod nesciuit alium malefactorem de pannis suis nisi ipsum Radulfum, et seruiens domini Regis cepit ipsum Radulfum et commisit eum in custodia predictis Petro et Johanni[2] ut eum haberent standi recto. Postea uero uenerunt idem Petrus et Johannes apud Exoniam et duxerunt secum ipsum Radulfum qui cum deberet comparere coram iusticiariis euasit in ecclesiam et tenuit se ibi, et coram militibus ad eum missis per iusticiarios cognouit illam roberiam, et dixit quod nullum habuit receptorem nisi patrem suum et Johannem fratrem suum, et dixit quod noluit exire immo uoluit facere assisam regni, et ita abiurauit regnum. Et Petrus et Johannes quesiti coram iusticiariis si receptassent ipsum Radulfum cum roberia, idem Petrus respondit quod receptauit eum sicut filium suum. Idem dixit Johannes quod receptauit eum sicut fratrem suum. Set non cognouerunt receptamentum roberie nec bene negauerunt. Et quia xij. iuratores de hundredo illo testati fuerunt quod ipsi Petrus et Johannes fuerunt de malo retto, et preterea audiuerunt dici quod roberia illa partita

[1] A. m. 12 d.; Semble not in B. The whole of this case is supplied from A. The note book has about half of it in a damaged state, and then follows the hiatus caused by the loss of the outside sheet of the first quire.

[2] Here or hereabouts began what was written on the lost sheet of the note book.

fuit in grangia ipsius Petri, et ipsi non cognouerunt receptamentum roberie uel negauerunt, et bene cognouerunt quod receptauerunt ipsum Radulfum ut filium Petri et fratrem Johannis cônsiderauit comitatus quod ipsi suspenderentur et tali modo fuerunt suspensi.

Et quia uidetur consilio domini Regis et iusticiariis de banco, quod male et iniuste suspensi fuerunt eo quod non fuerunt seisiti de aliquo furto uel roberia, nec aliquam roberiam cognouerunt, nec per dictum iuratorum potuerunt de iure dampnari[1], consideratum est quod heredes eorum non exheredentur, et ideo preceptum uicecomiti quod eis terram suam habere faciat etc., et iusticiarii in misericordia. Dominus Bathoniensis non interfuit ubi iudicium factum fuit quia tunc temporis non fuit in partibus Deuonie ut predicti cognoscunt et comitatus summoneatur[2] etc.

68. [3][Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Harpedena, que uacat etc. cuius aduocacionem Robertus de Harpedena clamat uersus Reginaldum de Albo Monasterio et Aliciam filiam Nicolai de Buleha[4]. Et Reginaldus custos ipsius Alicie que est infra etatem uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia bene cognoscit quod idem Robertus presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam illam set hoc fecit per quandam conuencionem factam inter ipsum Robertum et Nicholaum de Sedham auunculum predicti Nicholai de Buleha cuius heres idem Nicholaus de Buleha fuit per quam idem Robertus debuit semel illam dare et Nicholaus . . . . [5]et inde profert cartam cuiusdam Thome Hay que testatur quod ipse dedit etc. Nicholao de Buleha pro homagio suo medietatem tocius uille de Harpendena scilicet in hominibus, redditibus et in aduocacione ecclesiarum etc. et in omnibus rebus etc. habendam et tenendam de eo et de heredibus suis sibi et heredibus suis faciendo inde Oxon.

[1] I suppose because they had not voluntarily put themselves upon the country.

[2] *sum̄.* Joscelin Bp. of Bath was at the head of the justices commissioned to hold the Devonshire eyre of 1218—9.

[3] A. m. 15 d.; B. m. 11. So much of this case as is within [ ] must have been on the lost sheet and is supplied from Rot. A.

[4] *Buleheya*, B.

[5] Possibly *iterum;* this and 10 previous words not in B.

seruicium feodi dimidii militis etc. Profert eciam cartam Roberti de Harpedona predicti, que testatur quod concessit et confirmauit Nicholao de Buleheie et heredibus suis donacionem et concessionem quam Thomas Hay ei fecit pro homagio et seruicio suo de medietate tocius uille de Harpendena etc. in aduocacione ecclesiarum etc. sicut carta predicti Thome quam inde habet testatur. Profert eciam literas patentes ipsius Roberti de Harpendena in quibus continetur quod ipse concessit et dimisit Reginaldo de Albo Monasterio totam terram de Harpendena cum omnibus pertinenciis suis que fuit Nicholai de Buleha usque ad legitimam etatem heredum predicti Nicholai pro decem marcis quas ipse ei dedit sicut Nicholaus predictus illam tenuit, et quod ita conuencio fuit facta inter eos sicut predictum est scilicet quod Robertus debuit semel ecclesiam illam dare et Nicholaus alias et ita alternatim, offert ponere se super patriam[1].]

[11.] [2]Et Robertus dicit quod carte ille non debent ei nocere quin habeat seisinam suam quam ei cognouit, quia si umquam facte fuerunt postea predicti Thomas et Nicholaus remiserunt ei totum ius et clamium quod habuerunt in aduocacione illius ecclesie et inde profert cartam Thome Hay que testatur, quod ipse relaxauit et inperpetuum quietum clamauit Roberto de S. Johanne de Harpedena cognato suo feodum unius militis quod habuit de dono ipsius Roberti de Harpedena etc. Profert eciam cartam Nicholai de Sedham de Buleha que testatur quod relaxauit et quietum clamauit inperpetuum de se et de heredibus suis Roberto de Harpedena et heredibus suis omne ius quod clamauit habere per cartam siue per alia munimenta in patronatu ecclesie de Harpendena et pro hac relaxacione et quieta clamacione predictus Robertus dedit ei dimidium seruicium unius fordinke[3] terre quam Rogerus filius Milonis tenuit in Harpedena et unam acram terre quam Radulfus auunculus suus tenuit in dominico de Harpendena, ita quod ipse nec heredes sui in predicto patronatu eiusdem ecclesie a predicto Roberto

[1] *super iuratam*, B.
[2] Here begins the second quire of the note book.
[3] ferdinke, B; a farthing-land.

uel heredibus suis aliquid iuste clamare uel exigere potuerint[1] etc. Profert eciam cartam Nicholai filii Ma*in*fel de Buleha que testatur quod concessit et confirmauit pro se et heredibus suis predicto Roberto et heredibus suis totam quietam clamacionem aduocacionis ecclesiė de Harpedena quam Nicholaus de Buleha auunculus suus clamauit habere et quam eidem Roberto et heredibus suis relaxauit et quietam clamauit, ita quod nec ipse nec heredes sui a predicto Roberto uel heredibus suis in predicta aduocacione eiusdem ecclesie aliquid inperpetuum exigere pot*uerint* per cartam uel per alia munimenta quamuis ea habeat ex conquestu ipsius Nicholai uel antecessorum suorum etc., unde idem Robertus dicit quod si ipsi aliquid iuris inde habuerunt, ipse illud habet per cartas illas, et petit seisinam suam quam cognoscit ei. Consideratum est quod assisa remaneat.

Et quia Reginaldus cognouit quod Robertus presentauit ultimam personam que mortua est et nichil ostendit de conuencione facta inter ipsum Robertum et predictum Nicholaum uel scriptum uel aliud nisi quod ponit se super patriam, nec sectam inde sufficientem profert, Consideratum est quod Robertus habeat seisinam suam et habeat breue ad Episcopum quod non obstante etc. et Reginaldus in misericordia pro iniusto inpedimento[2].

69. [3]Henricus Foliot optulit se quarto die uersus Hugonem de Whithulla et Isabellam uxorem eius de placito feodi dimidii militis cum pertinenciis in Andebiria, quod clamat uersus eos ut ius suum etc. et ipsi non uenerunt etc. et habuerunt diem in banco etc. coram iusticiariis itinerantibus ut ipsi recordantur ita quod coram eis apud Oxoniam pecierunt uisum et habuerunt diem in octabas S. Hylarii et tunc se essoniauerunt et habuerunt diem per essoniatores suos a die illo in xv. dies etc. tunc uenerunt et uocauerunt inde ad warantum Rogerum

Oxon. de Itinere.

[1] *per cartam uel per alia munimenta quamuis ea habeat de conquestu ipsius Nicholai uel antecessorum suorum* A, B.

[2] Bracton, f. 249, cites this case. When an assize of darrein presentment is tried in modo assisae it is improper to insert in the writ to the bishop the clause 'notwithstanding the claim of the defendant,' for the judgment is in rem. Not so when the case is not tried in such a manner that the judgment establishes a right good against all; here one ought to insert the 'non obstante.'

[3] A. m. 17; B. m. 13.

Foliot et habuerunt auxilium curie sum' eum quod esset ad mediam quadragesimam. Ad diem illum uenit Rogerus et eis warentizauit etc. et habuit diem a die Pasche in unum mensem prece parcium et datus fuit idem dies partibus, ad diem illum essoniauit se Rogerus de malo ueniendi et postea de malo lecti in comitatu Eboraci, et Henricus habuit breue de faciendo uisu[1], et datus fuit dies Hugoni et Isabelle a die S. Trin. in tres septimanas. Ad diem illum non uenit Rogerus nec milites qui fecerunt uisum de eo, et ideo consideratum fuit quod milites athachiarentur quod essent a die S. Joh. in xv. dies, idem dies datus fuit partibus et tunc resummonita fuit loquela quod esset de Wiltona apud Westmonasterium a die S. Mich. in xv. dies in eodem statu etc., et ad diem illum uenit Rogerus et datus fuit ei dies in crastinum Animarum prece parcium et tunc non uenerunt Hugo et Isabella nec Rogerus nec se esson'[2] etc., et Henricus optulit se per plures dies, et ideo Consideratum est quod feodum illud capiatur in manum domini Regis etc. et Rogerus summoneatur quod sit in octabis S. Hilarii auditurus inde iudicium suum etc., quia Rogerus ut warantus ipsius Isabelle de dote sua warentizauit eidem terram illam et dictum fuit Hugoni et Isabelle quod remanerent sicut iusticiarii recordantur.

70. Sussex. [3]Dies datus est Johanni de Monte Acuto et Martino de Bestenora[4] de audiendo iudicio de uilenagio ipsius Martini in octabas S. Hilarii etc. Et sciendum quod coram iusticiariis itinerantibus fuit loquela deducta ita scilicet ut[5] ipsi recordantur quod idem Johannes uocauit ad warantum curiam domini Regis quod in curia Regis Johannis diracionauit ipsum Martinum ut uillanum suum per iuratam inde inter eos captam, et quesiti sunt rotuli et inuentum est in rotulo de thesauro quod iurata capta fuit ex consensu parcium inter eos ad recognoscendum quod seruicium et quas consuetudines Alur' pater ipsius Martini fecit eidem Johanni die et anno quo obiit, et iuratores dixerunt quod idem Alur' tenuit centum acras terre cum l. ouibus de eodem Johanne pro xx. solidis

Nota quod liber homo potest facere uillanas consuetudines racione tenementi uillani set propter

[1] *de fac' visu'.*
[2] Probably *essoniauerunt.*
[3] A. m. 17 d.; B. m. 13 d.
[4] *Bestener'*, B; *Bestonor'*, A.
[5] *quod* not *ut*, B.

annuis et quod talliauit eum mensurabiliter quando talliauit alios homines suos, et quod non potuit filiam suam maritare sine licencia domini sui. hoc non erit uillanus, quia potest relinquere tenementum[1].

[2]Idem et per eadem uerba inuenitur in rotulo Ricardi de Heriet[3] et non plus. Et quia recordatum est quod iurata ex consensu parcium inter eos capta fuit sicut predictum est, Consideratum est quod terra illa est uilenagium ipsius Hugonis[4], et quod si Martinus uoluerit terram tenere faciat consuetudines[5] quas pater suus fecit, sin autem[6] capiat terram suam in manum suam, et quod[7] non recuperauit[8] eum ad willanum et ideo in misericordia. Joh.[9]

71. [10][Matillis que fuit uxor Roberti comitis de Moullent petit uersus] Walterum Mar'.[11] qui infra etatem est manerium de Sturminstre cum pertinenciis ut dotem suam etc. unde predictus Robertus eam dotauit etc. quia ipse dotauit eam nominatim de manerio illo si sufficeret ad terciam partem tocius terre etc. et inde producit sectam que hoc testatur. | Dorset. [11 b.]

Et Walterus uenit et non uult ei respondere sine waranto suo de dote sua nisi curia considerauerit.

Et Matillis dicit quod heres domini sui et warantus suus[12] est in transmarinis partibus in potestate Regis Francie et non potest eum habere.

Et Walterus petit iudicium si debeat ei respondere sine Nota quod sine waranto de dote sua.

[1] More of this important case will be found below, No. 88. It is cited by Bracton f. 199 b. Observe that the record has nothing as to Martin's power of quitting the land, and then compare with the marginal note the following words of Bracton:—item esto quod opponatur libero exceptio uillenagii, quia tenet per seruitia uillana, non nocebit ei exceptio quantum ad statum nocebit tamen quantum ad tenementum recuperandum; non quantum ad statum *quia poterit relinquere uillenagium et ut liber homo recedere*, ut de term. S. Mich. a. r. r. H. 3° incip. 4° in com. Sussex. de Johanne de Monte Acuto et Martino de Bestenouere. Traces of the litigation in John's reign will be found in *Placit. Abbrev.*, pp. 25, 29 and *Rot. Cur. Reg.*, vol. ii. p. 192.

[2] In both rolls what follows is postscript.

[3] *Heryet*, B. Heriet was a justice early in John's reign.

[4] *Johannis*, A, B, and rightly.

[5] *seruicia* not *consuetudines*, B.

[6] *Johannes*, B supplies.

[7] *Johannes*, B supplies.

[8] *conuicit*, A, B.

[9] *Joh.* added seemingly by the annotator. Both rolls add: *Dies datus est eis a die Pasch. in tres septim. ut tunc producat Martinus probacionem suam ad probandum libertatem suam si uoluerit et Johanni ad probandum uilenagium suum si uoluerit.*

[10] A. m. 18; B. m. 13 d. The words within [] have been deliberately erased in the note book and are supplied from the rolls.

[11] *Walterum filium Willelmi Mariscalli*, B.

[12] *de dote sua*, B; *de dote*, A.

waranto desicut cognoscit quod habet warantum et ipsa similiter[1].

72. Norht. Assisa ultime presentationis. [2]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Ayndona que uacat etc., cuius aduocacionem Ricardus filius Wale clamat uersus Abbatem Leicestrie qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia bene concedit quod antecessor suus scilicet Ricardus auus ipsius Ricardi presentauit ultimam personam scilicet Philippum, set postea dedit idem Ricardus auus ecclesie S. Marie Leicestrie et canonicis ibidem deo seruientibus ecclesiam de Eyndona cum duabus uirgatis terre et cum omnibus pertinenciis suis in puram et perpetuam elemosinam etc. et inde profert cartam suam que hoc idem testatur, unde dicit quod per presentacionem illius Ricardi fuit Abbas antecessor suus admissus ad ecclesiam illam ita quod predictus Philippus demisit se de ecclesia illa et recepit uicariam et inde profert cartam Sauarici Archidiaconi Norhamtonie que testatur quod ad instanciam et peticionem Ricardi filii Walonis instituit Abbatem et canonicos Leicestrie in ecclesiam de Eyndona etc.

Et Ricardus uenit et dicit quod carta illa non debet ei nocere quin assisa procedat, quia si umquam facta fuit postea presentauit predictus Ricardus auus clericum ad ecclesiam illam qui admissus fuit etc. scilicet predictum Philippum qui ultimo persona obiit etc.

Nota quod per donum presentauit donator[3]. Post cognouit Ricardus cartam illam et dicit quod postquam facta fuit presentauit Ricardus predictum Philippum et inde ponit se super iuratam, et Abbas similiter, et ideo procedat assisa ad recognoscendum si predictus Ricardus post cartam illam presentauit clericum etc. necne, set ponitur in respectum usque a crastino S. Martini in xv. dies pro defectu recognitorum quia tantum duo se essoniauerunt etc. et alii athachientur et loco Willelmi de Colewrthe, Ricardi Basset, Hugonis filii Prepositi, Philippi de Briffeldia, Gaufridi de

[1] A day in Hilary term is given for judgment, A, B.

[2] A. m. 18.

[3] The Abbot's plea is that he both received a grant of the advowson and at the same time was presented to the church, Philip the then incumbent becoming his vicar; the same act was *donum* and *presentatio*.

Traffordia, Martini le Bret, Radulfi de Veronny et Henrici filii Hugonis qui amouentur etc. ponat uicecomes alios legales et discretos etc. per quos melius etc.

73. [1]Maria que fuit uxor Nicholai Duket athachiata fuit ad respondendum Ricardo de Wimbeldona et Cristine uxori eius quare contra prohibicionem domini Regis secuta est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsorum Ricardi et Cristine in Londonia, unde ipsi Ricardus et Cristina ostendunt quod per hoc quod ipsa traxit eos in placitum in prefata curia contra etc. deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam xxx. m. et inde producunt sectam sufficientem que hoc testatur. London. Midd.

Et Maria uenit et defendit contra eos et contra sectam suam quod nunquam contra prohibicionem nec post prohibicionem ei factam secuta fuit placitum in curia cristianitatis de laico feodo etc. sicut curia considerauerit quod defendere debeat, set reuera bene cognoscit quod secuta est placitum in prefata curia de testamento Nicholai quondam uiri sui scilicet de catallis legatis et non de laico feodo.

Et Ricardus et Cristina dicunt quod ipsa iniuste defendit quod non secuta est placitum contra prohibicionem domini Regis, quia aliquando fuerunt iudices conuicti de hoc quod tenuerunt placitum in curia cristianitatis de laico feodo coram consilio domini Regis et quia non potuerunt tunc tenere placitum de terra, nec ipsa sequi, fecerunt ipsi quamdam estimacionem de terra illa sicut precise posset uendi, et de illa estimacione illius terre secuta est ipsa placitum contra prohibicionem et inde producit sectam sufficientem.

Nota de causa prohibicionis de laico feodo in Lond. ubi tenementum legatum fuit sicut catallum, et ad cautelam estimatum fuit tenementum ad denar' et sic catallum[2].

Concordati sunt per licenciam consilii domini Regis[3] et est concordia talis quod ipsa Maria remisit eis totum ius quod habuit in uilla de Mordona et in molendino cum pertinenciis, et xiiij. acre prati in Hauering' cum pertinenciis remanent ipsi

[1] A. m. 18; B. m. 14.

[2] This seems to be a most interesting attempt of the Court Christian to extend its jurisdiction and in effect to sanction devises of land by a 'notional conversion' of land into money. Probably when at this day we say that a term of years is a chattel we are alluding to a fiction of the ecclesiastical courts of the thirteenth century. For testamentary purposes a term is quasi catallum, not laicum feodum.

[3] Sic, A; *per licenciam iusticiariorum*, B.

Marie usque ad terminum ad quem Nicholaus uir suus illud habuit. Et preterea ipsi Ricardus et Cristina perficient ei quod habebit xij. marcas redditus habendas tota uita sua nomine dotis unde ipse prius non habuit nisi ix. marcas redditus, pro se et Matillide uxore eius et preterea dabunt ei c. solid. et ipsa reddet omnes cartas quas habuit per se sub nomine Nicholai uiri sui et quieti sint de c. solidis etc.[1]

74. Norht. [2]Ricardus de Roffa summonitus fuit ad respondendum Roberto *Morin* et Agneti uxori eius et Thome le Sauuage et Auicie uxori[3] et Roberto de la Legha et Flandr'[4] uxori eius quare non permisit eos presentare ydoneam personam ad ecclesiam de Andrintona que uacat etc. unde ipsi per Robertum de la Legha attornatum suum dicunt quod ipse iniuste inpedit eos presentare etc. quia Johannes Maudut[5] pater ipsarum Agnetis, Auicie, et Flandr' cuius heredes recuperauerunt[6] seisinam illius aduocacionis in curia domini Regis Johannis per assisam ultime presentacionis captam uersus Gerrardum de Manquency ita quod postea ad presentacionem ipsius Johannis admissus fuit Willelmus de Runeray qui ultimo obiit persona etc. et inde producit sectam et posuit
[12.] se super curiam | quod ita recuperauit seisinam et petunt seisinam antecessoris sui etc.

Nota de clerico persona quare impedit, qui nichil clamat in aduocacione.

Et Ricardus uenit et dicit quod iuste inpedit presentacionem suam quia ipse persona illius ecclesie est et admissus ab episcopo ad ecclesiam illam.

Et Robertus pro se et aliis dicit quod ecclesia uacat et est in manu episcopi pro inpedimento ipsius Ricardi et inde producunt sectam etc.

Et Ricardus dicit quod ipse persona ecclesie de Stokes est ad quam pertinet dicta ecclesia de Andrintona ut capella et ipse est in seisina de spiritualitate et bene concedit quod est in manu archidiaconi et quod nichil clamat in aduocacione

[1] A is cramped and obscure and has led the copyist astray; B has,—*tota uita sua nomine dotis unde ipsa Matillis prius non habuit nisi x. m. redditus sub nomine dotis per Nicholaum uirum suum. quieti sunt de c. sol.* In both rolls this compromise is postscript.

[2] A. m. 18 d; B. m. 14.

[3] *eius*, B.

[4] *Flandrin'*, B.

[5] *Mauduit*, B.

[6] *cuius heredes ipse sunt recuperauit* seems the true reading. A, B.

illius ecclesie, et preterea intelligit quod Thomas le Sauuage fecit defaltam.

[1]Consideratum est quod ipsi habeant breue ad episcopum quod non obstante reclamacione ipsius Ricardi ydoneam personam admittat etc. et Ricardus in misericordia pro iniusto inpedimento. Hugo Capellanus fuit persona de cuius morte aramiata fuit assisa. Et sciendum quod curia recordatur quod Johannes Maudut pater predictarum recuperauit aduocacionem ipsius ecclesie uersus Gerardum de Manquency per assisam ultime presentacionis captam in curia domini Regis Johannis scilicet anno primo regni sui et hoc [per attornatum suum[2]] idem inuentum est in rotulis et ideo fiat mencio in breui de illa assisa[3].

75. [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Eure que uacat etc. cuius aduocacionem Johannes filius Roberti clamat uersus Abbatem de Langelega qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia Robertus filius Rogeri, pater ipsius Johannis cuius heres ipse est ecclesiam illam dedit Abbati de Langeleha per cartam suam quam profert et que testatur, quod ipse[5] anime Regis Johannis et pro salute anime sue etc. dedit et concessit in quantum ad laicam spectat donacionem dedit[6] deo et ecclesie S. Marie de Langelega[7] et canonicis ibidem deo seruientibus ecclesiam de Eure cum omnibus pertinenciis suis in puram liberam et perpetuam elemosinam etc. Profert eciam cartam Regis Ricardi in qua continetur quod ipse dedit et concessit Roberto filio Rogeri pro homagio et seruicio suo manerium de Eure integre sine ullo retenemento cum omnibus pertinenciis suis tenendum de eo et heredibus suis sibi et heredibus suis per seruicium feodi unius militis pro omni seruicio quare uult et precipit quod idem Robertus et heredes

Buck.

Assisa ultime presentationis.

[1] This judgment is not in B.

[2] In A the words *per attornatum suum* belong to another case, but they project into this case and have misled the copyist; disregard them.

[3] A huge *Error* has been scribbled in the margin of A, apparently by the person who had the note-book made. For the earlier litigation see Rot. Cur. Reg. vol. 2, p. 18.

[4] A. m. 20; B. m. 14 d.

[5] *pro salute* A, B supply.

[6] Omit *dedit* A, B.

[7] Abbey of Langley in Norfolk; Monast. vol. vi. p. 929.

sui post eum habeant et teneant predictum manerium de Eure bene et in pace etc. cum donacione ecclesie eiusdem manerii et cum omnibus pertinenciis suis et in omnibus rebus et sigillata est carta secundo sigillo Regis Ricardi[1].

Et Johannes per attornatum suum dicit quod non uidetur ei quod carta illa ei debeat nocere, quia priusquam Robertus filius Rogeri habuit seisinam de predicto manerio ex dono domini Regis, fuit Robertus de Burnham qui ultimo obiit persona in ecclesia illa, admissus ad ecclesiam illam ad presentacionem Riolfi de Sexan'[2] qui terram illam habuit ex dono Regis ita quod quando Robertus habuit manerium illud fuit Robertus persona et uixit usque post obitum predicti Roberti ita quod idem Robertus nunquam habuit seisinam de aduocacione ecclesie illius unde uidetur ei quod donum suum non debet ei nocere.

Nota quod ille qui dedit aduocacionem non fuit in seisina[3].

Et Abbas cognoscit bene quod predictus Riolfus presentauit Robertum sicut predictum est et quod postea fecit idem Robertus ei donum illud. Et ideo consideratum est quod assisa remaneat et ipsi habeant iudicium suum[4].

76. Norht. [5]Prior fratrum hospitalis Jerusalem in Anglia per attornatum suum petit uersus Adam de Bereuilla fratrem et heredem Ricardi de Bereuilla unum molendinum et duas uirgatas terre cum pertinenciis in Thurneby, in que idem Adam non habet ingressum nisi per predictum Ricardum qui iniuste et sine iudicio post ultimum reditum domini Johannis Regis de Hibernia in Angliam, disseisiuit inde predictum Priorem ita quod assisa noue disseisine inde summonita fuit coram iusticiariis ultimo itinerantibus in partibus illis inter predictum Ricardum et ipsum Priorem et qui Ricardus obiit ante capcionem eiusdem assise ut idem Prior dicit.

[1] Richard had a new seal made in 1194; see Hoveden (ed. Stubbs) vol. 3, p. 267; fecit sibi novum sigillum fieri, et mandavit per singulas terras suas, quod nihil ratum foret, quod fuerat per vetus sigillum suum.

[2] *Sessons*, B.

[3] Bracton in two different places cites many cases to prove that one cannot effectually give an advowson if one has not had seisin of the advowson by presenting a clerk. See f. 54 b, f. 246.

[4] A gives an adjournment and then (in postscript) judgment for the Abbot. This was not copied into the notebook because the marginal scoring did not go quite as far.

[5] A. m. 20 d; B. m. 15.

Et Adam dicit quod non uidetur ei quod debeat ad hoc breue respondere, quia reuera assisa noue disseisine summonita fuit coram iusticiariis itinerantibus ultimo in partibus illis inter Priorem et fratrem suum, ita quod frater suus respondit contra assisam quod non debuit procedere quia ipse habuit seisinam inde per preceptum domini Regis per breue suum quod protulit et inde uocauit ad warantum uicecomitem Norhamtonie qui protulit breue domini Regis in hec uerba[1], H. dei gracia etc. uicecomiti salutem, Mandamus tibi quod sine dilacione talem seisinam habere facias Ricardo de Bereuilla de terris et redditibus et wardis qualem Simon pater suus habuit ante guerram motam inter Johannem dominum Regem patrem nostrum et barones, quia *uero* etc. et uicecomes hoc ei warentizauit. Et Willelmus de Eltindona seruiens hundredi qui presens fuit coram iusticiariis hoc idem ei warentizauit, et inde uocat iusticiarios ad warantum unde non uidetur ei quod debeat inde respondere.

Nota. Responsio contra assisam noue disseisine quod ille de quo queritur habuit seisinam per dominum Regem et ideo nullam fecit disseisinam et posuit se super uicecomitem et balliuos[2].

Iusticiarii recordantur quod tale breue protulit uicecomes etc. sicut predictum est. | [12 b.]

Et Prior dicit quod uidetur ei quod hoc non debet ei nocere quia non credit quod breue unquam emanauit[3], et si emanauerit illud factum fuit contra legem terre et consuetudinem Anglie[4], et petit quod hoc sibi emendetur.

77. [5]Assisa uenit recognitura si Johannes Mautrauers pater Johannis Mautrauers fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de j. carucata[6] terre cum pertinenciis in Melecumba die qua obiit etc. et si etc. per breue Regis J., quam terram Walterus de Turberuilla et Alicia uxor eius tenent[7] et uocant inde ad warantum Willelmum Mautrauers filium predicti Johannis etc. Et Johannes dicit quod ipse Willelmus non debet ei

Dorset. de Itinere.

[1] For a writ of similar import see Rot. Cl. 319.

[2] Bracton's learning about disseisins done by the king is that there is no assize against the king, unless the disseisin be plain (nisi manifesta fuerit disseisina), and even then remedy is of grace, voluntas domini regis erit expectanda (f. 168 b). Also if the disseising king has transferred the land to another, there is no assize against the latter, for he cannot be sued without the king (f. 204).

[3] *de Cancellaria*, A; *a Cancellaria domini Regis*, B.

[4] *Regni*, B.

[5] A. m. 21; B. m. 15 d.

[6] *hida*, B.

[7] *qui ueniunt*, B; *qui ueniunt per atornatum Alicie*, A.

terram illam warentizare quia ipse nunquam seisinam habuit etc. nec est heres patris sui.

Assisa mortis antecessoris. Et ipsi quesiti qua racione uocant ipsum ad warantum, ostendunt quamdam cartam sub nomine ipsius Johannis patris, que testatur quod ipse dedit Alicie de Bendeuilla uxori sue et heredibus suis de ea exeuntibus terram de Melecumba cum pertinenciis etc., et quesiti si idem Johannes pater obiit inde seisitus, dicunt quod non, immo Thomas Mautrauers filius ipsius Alicie fuit inde seisitus die quo Johannes obiit.

Et Johannes dicit quod Johannes pater suus obiit inde seisitus et non predictus Thomas, quia idem Thomas nunquam fuit inde seisitus. Et quia ipsi dicunt quod Thomas fuit seisitus inde die quo obiit Johannes, et Johannes dicit quod pater suus obiit inde seisitus et non Thomas, nec ipsi Thome potuit terra illa descendere iure hereditario, eo quod donum factum fuit Alicie que adhuc uiuit, et quod donum nullum fuit, Consideratum est quod assisa procedat. Set ponitur in respectum usque a die S. Hil. in xv. dies pro defectu recognitorum, quia tantum duo uenerunt scilicet Willelmus *Brun* et Willelmus de Duntona et ideo uicecomes habeat corpora omnium aliorum.

78. Essex. [1]Decanus S. Pauli de Londonia queritur quod Abbas de Watham[2] iniuste cepit aueria sua et ea detinuit contra uadium et plegios unde dampnum habet ad ualenciam xl. s. et inde producit sectam etc.

Et Abbas per attornatum suum uenit et defendit iniustam capcionem et detencionem contra uadium et plegios et De uetito namii. dampnum xl. sol., set bene cognoscit quod aueria sua cepit, quia ipse habet medietatem hundredi de Watham[3] ex dono Regis Ricardi per x. lib. reddendas ad scaccarium, et idem Decanus habet unam uillam que uocatur Chinkeford que debet sectam ad illud hundredum quod ipse habet, et semper fecit sectam illam usque ad diem de Hockeday[4] proximo transactum, et tunc non uenerunt homines illi sicut solebant, nec reddiderunt x. den. quos solebant reddere per consuetudi-

[1] A. m. 23 d; B. m. 19.
[2] *Waltham*, B.
[3] *Wautham*, B.
[4] The second Tuesday after Easter.

nem, et ideo consideratum fuit in hundredo quod ipsi homines summonerentur etc. et quia non uenerunt ad summonicionem, consideratum fuit quod distringerentur, et ita capta fuerunt aueria sua et dimissa per plegios, et ita de die in diem quousque uenirent[1] stare recto, et ita detenta fuerunt aueria et inde producit sectam sufficientem etc., et bene defendit detencionem contra uadium et plegios. Dicit eciam Abbas quod ipse et predecessores sui semper fuerunt in seisina de secta predicte uille et consuetudine x. den. per quam sectam idem homines de Chagingeford quieti sunt de omnibus sectis per totum comitatum.

79. [2]Abbas de Osueluestona et Johannes Whitheued athachiati fuerunt ad respondendum Roberto le Butiller de placito quare secuti sunt placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Roberti in Standefordia contra prohibicionem domini Regis etc., unde idem Robertus queritur quod ipse Johannes et Abbas traxerunt eum in placitum contra prohibicionem et eum uexauerunt et dampnum ei *fecerunt* ad ualenciam decem marcarum et inde producit sectam sufficientem que hoc testatur, et preterea profert *factam*[3] *editam* iudicibus in qua expresse fit mencio de quadam terra in Scandefordia. Leic.

Et Abbas et Johannes ueniunt et defendunt quod non secuti sunt placitum contra prohibicionem etc. et quod dampnum non habet ad ualenciam x. mar. etc. set uolunt uerum dicere, et ipsi dicunt quod ad instanciam et peticionem ipsius Roberti fuit quoddam placitum coram Episcopo Lincolniensi de quadam terra in Scandefordia que legata fuit domui de Oseluestona et hoc quod inde factum fuit, fuit factum per ipsum Robertum. prohibicio de quadam domo legata.

Et Robertus defendit quod nunquam per peticionem suam fuit placitum coram Episcopo nec alibi. Et quia Robertus defendit hoc et Abbas et Johannes nichil ostendunt nisi simplex dictum suum, nec cartam[4] proferunt, Consideratum est quod Abbas in misericordia et Johannes arestetur. Nota, unus in misericordia, et alius ad prisonam de eodem facto set hoc propter dignitatem persone.

[1] Substituted for *uoluerint* by the annotator; *uoluerint*, A, B.
[2] A. m. 25 d; B. m. 20 d.
[3] Originally *cartam* but altered, seemingly into *factam*; *citaciones iudicum in quibus*, B.
[4] *citacionem*, B.

Et iudices optulerunt se quarto die uersus eundem Robertum de eodem placito et Robertus[1] uenit quarto die et iudices pecierunt sibi allocari defaltam et Robertus non potuit sanare defaltam et ideo in misericordia et iudices inde sine die et prohibitum est eis ne decetero teneant placitum. |

[13.] PLACITA APUD WESTMONASTERIUM IN OCTABIS S. HILARII ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS QUARTO.

80. Rotel. [2]Assisa uenit recognitura si Abbas S. Georgii de Baskereuilla[3] iniuste et sine iudicio disseisiuit Osbertum filium Thurstini, Ricardum filium Alwini et *Reinerum* le Waleys de comuna pasture in Wichehulla[4] que pertinet ad liberum tenementum suum in Northluffenham[5] infra assisam etc.

Nota[6] contra assisam de communa pasture, ubi dicunt Rex concessit quod ille de quo queritur potuit assartare et conuertere ad terram arabilem et si Osbertus et alii prius ius haberent in communa illa ita quod Abbas terram illam excolere non posset, quomodo poterit adquirere per Regem qui nichil iuris habuit in solo nisi

Et Abbas uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia pasturam illam ei dedit dominus Rex H. auus domini Regis per cartam suam quam profert et que testatur quod ipse dedit licenciam et potestatem monachis S. Georgii de Baskereuilla quod terram suam de Hukelay et quantum ibi habent brulii possunt excolere et conuertere ad terram arabilem ad opus Abbacie, et dat eis quietanciam bonam de rewardo[7] et uasto in illo brullio, et in brullio de Catecumbie et in omnibus que pertinent ad idem nemus sine inpedimento alicuius. Et ideo Consideratum est quod assisa non iacet et ideo Abbas inde sine die et alii in misericordia pro falso clamore.

[81. Sussex.] [8]Assisa uenit recognitura si S. Cantuariensis Archiepiscopus[9] iniuste et sine iudicio disseisiuit Willelmum de

[1] Supply *non*.

[2] A. m. 2 d; B. m. 2 d.

[3] This monastery had a cell at Edith Weston or Edyweston in Rutland.

[4] Corrected into *Wichele* in both rolls.

[5] *Northlufham*, B.

[6] I am not very certain about the first part of this note. The annotator infers that the king had merely forestal rights over this land. How then could a release of these rights authorize the abbot to enclose a tract over which Osbert and his fellows had common of pasture? We can only repeat the annotator's query.

[7] *regardo*, B.

[8] A. m. 3.

[9] Stephen Langton.

Faleisa et Willelmum de Lauittona de libero tenemento suo in Lauintona etc. et Willelmus de Lauintona retraxit se sicut patet superius[1] et Willelmus de Faleisa sequitur. Et Archiepiscopus per attornatum suum petit iudicium si debeat ei respondere sine socio suo desicut tenementum non est partitum in breui.

forestam suam. Et si hoc uerum sit, ita poterit quis adquirere per alium quod per se adquirere non potest.

Et Willelmus de Lafaleisa dicit, quod tenementum fuit partitum inter eum et Willelmum de Lauintona et si ipse non uult sequi, hoc ei non debet nocere quin assisa procedat.

Post uenit Willelmus[3] et retraxit se et consilium domini Regis perdonauit ei misericordiam.

Et si non fieret particio, unde ....[2] particeps procedere sine participe suo tenendi in communi usque ad particionem, ut si particeps suus eum disseisiuisset.

82. [4]Prior de Elretona[5] et Willelmus filius Petri per attornatum suum optulerunt se quarto die uersus Robertum de Ros et homines suos de placito quare deforciant eis comunam pasture sue in Latheun[6], que eis adiudicata fuit coram iusticiariis ultimo itinerantibus apud Eboracum per assisam noue disseisine captam uersus ipsum Robertum etc. Robertus non uenit etc. et preceptum fuit uicecomiti quod si quos inueniret resistentes illos atachiaret quod essent etc. et uicecomes mandauit quod homines ipsius Roberti cum multitudine armatorum et cum arcubus et sagittis uenerunt et fugauerunt balliuos suos et eos uulnerauerunt[7].

Ebor.

Consideratum est quod uicecomes sicut prius faciat eis plenariam seisinam de pastura sua, et illos in seisina sua manuteneat et si quos inuenerit resistentes illos capiat et habeat coram iusticiariis etc. a die Pasche in unum mensem et si se subtraxerint et nolint stare recto, faciat illos exigi et in comitatu utlagari secundum legem terre, et quod habere

Nota quod interrogandi sunt et utlagandi qui fecerint contra iudicium factum in curia Regis si se subtraxerint cum deliquerint[8]. et idem supra[9] de eis qui roberiam fecerunt contra pacem de hominibus H. fil' Com' in Deuon' et qui se tenuerunt in castell' et noluerunt uenire ad pacem.

[1] Yes, just above in A.

[2] Perhaps *posset*. I do not fully understand this note, which I probably have misread, but according to Bracton one of several parceners if ejected either by a co-parcener or by a stranger can bring the assize without joining his fellows (f. 167). In the above case however two parceners have joined in one writ, the one withdraws from the suit and it is held that the other cannot proceed alone.

[3] *Willelmus* interlined, perhaps by the annotator.

[4] A. m. 3; B. m. 2 d.

[5] *Ellerton'*, B. Allerton, Monast. vol. vi. p. 975.

[6] *Lathum*, A, B Latham.

[7] Here B stops.

[8] The two halves of this note seem to have been written at different times.

[9] This refers to case 85; *supra* should be *infra*; *interrogandi sunt*, they are to be exacted in the county court.

faciat predicto priori[1] xx. sol. de dampno quod habuit per disseisinam illam etc.

83. Norf. [2]Isolda que fuit uxor Willelmi Petit, petit[3] uersus Johannem de *Dunham*[4] quem Prior de Westacre uocauit ad warantum et qui ei warentizauit redditum xviij. den. et j. cumbā sal̄[5] cum pertinenciis in Suthlenn[6] ut dotem suam, unde predictus Willelmus eam dotauit nominatim etc.

Exceptio contra mulierem petentem dotem, quod habet, et unde nichil etc[7].

Et Johannes uenit et dicit, quod non debet ad hoc breue respondere, quia ipsa habet dotem in eadem uilla et desicut breue dicit de tenemento unde nichil habet, et ipsa plenarie habet dotem suam, non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit. Dicit eciam quod capitalis dominus feodi fecit ei dotem suam plenarie, unde ipsa fuit in seisina per v. annos et tenuit se inde pacatam et inde producit sectam etc.

Et Isolda defendit contra eum et sectam suam quod nullam dotem habuit, nec habet nec unquam tenuit se pacatam et hoc offert defendere prout curia considerauerit set reuera ipsa manet cum filio suo, nec aliquid inde clamat nomine dotis.

Consideratum est quod uicecomes per legales homines de proximo uisneto diligenter inquirat si ipsa aliquam terram teneat in dotem de tenemento quod fuit predicti W., et si unquam habuit dotem, et si dotem habuit quid inde fecerit, et inquisicionem quam inde fecerit scire faciat a die Pasch. in xv. dies per literas suas sigillatas[8]. Postea concordati sunt pro x. sol. quos ipse debet dare etc.

84. Surr. [9]Henricus Aurifaber petit uersus Edwardum de Hamme, et Auelinam uxorem eius dimidiam uirgatam terre cum

[1] *de predicto Roberto*, A adds.

[2] A. m. 3 d; B. m. 3.

[3] *que fuit uxor Willelmi petit*, A; *que fuit uxor Willelmi clerici petit*, B; the repetition of *petit* is a blunder.

[4] *Dunham*, A, B. The name in the note-book *may* be Dunham.

[5] A, B. I suppose that this is *cumbam salis*, a salt combe, salt bed. That there were salt beds at South Lynn I gather from Blomefield, *Hist. Norfolk*, vol. 5, p. 624.

[6] South Lynn; Monast. vol. vi. p. 575.

[7] This is a writ of dower *unde nihil habet*, and it would be a fatal objection to the plaintiff's suit that she has already been in possession of some part of her dower. Bracton, f. 312, cites this case to show that the question whether the plaintiff has had any dower can be sent for trial by inquisition before the sheriff.

[8] Here B stops.

[9] A. m. 3 d; B. m. 3.

pertinenciis in Kingestona ut ius suum etc. unde Aldrichus auus suus fuit seisitus in dominico etc. tempore H. Regis aui domini Regis capiendo etc. lx. sol. etc. | et de Aldricho [13 b.] descendit ius terre illius Gileberto filio suo et patri Henrici et de Gileberto huic Henrico filio et heredi suo et hoc offert diracionare prout curia considerauerit.

Et Edwardus pro se et Auelina cuius loco ponitur uenit et defendit ius suum et ponit se in magnam assisam domini Regis et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in terra illa. Et quia balliui de Kingestona[1] presentes fuerunt et testantur quod magna assisa iacet in uilla sua[2], Consideratum est quod assisa fiat nisi aliud superueniat etc.

85. [3]Preceptum fuit uicecomiti quod si Ricardus de Baggetorr' Deuon. fecerit etc.[5] tunc haberet coram iusticiariis etc. Matheum Supra de eodem[4]. Morel, Thomam de Ferrariis, Robertum Grosseteste, Almerum Prepositum, Rogerum Prepositum, Willelmum Bedellum et Ricardum Bedel ad respondendum predicto Ricardo quare contra pacem domini Regis ui et armis intruserunt se in domos suas et terram suam de Baggetorr' et catalla sua asportauerunt et eum inde eiecerunt et blada sua flagellauerunt. Et uicecomes mandauit quod tenent se in castris Totton' et nolunt uenire ad pacem etc. et quod fecit inquisicionem et illam misit sigillatam pluribus sigillis, que talis est quod bene sciunt quod homines Henrici filii Comitis uenerunt apud Aure predicti Ricardi de Baggetorr' et bladum suum et fenum suum asportauerunt et quod nichil ibi *remansuerunt*[6] etc. Nota quod utlagandi sunt qui nolunt uenire ad pacem et stare recto.

Et datus est dies et habeat breue quod uicecomes habeat corpora eorum et si se subtraxerint et noluerint uenire ad pacem etc. interrogentur et utlagentur[7] in comitatu secundum legem terre et diligenter inquirat quod dampnum

[1] *balliui domini regis*, B.

[2] *illa*, B. This certainly suggests that there were towns in which the grand assize would not lie, more antiquated forms of litigation having been preserved to the townsfolk by royal charter. See e.g. a Winchester charter of 1215, Rot. Cart. p. 217.

[3] A. m. 4; B. m. 3 d.

[4] Referring to Case 82.

[5] The writ would run:—*If R. de B. finds security* (*fecerit te securum*) *for prosecuting his suit.*

[6] *remanserunt*, A; *dimiserunt*, B.

[7] Here B stops.

et in quibus rebus idem Ricardus habuit per intrusionem illam[1].

86. Sumerset. [2]Vitalis Engaun'[3] et Rogerus Gernet per attornatum ipsius Rogeri petunt uersus Willelmum de Cantelupo et Maziliam uxorem ejus j. carucatam terre et dimidiam cum pertinenciis in Wurle ut ius eorum etc.

Et Willelmus et Mazilia ueniunt et defendunt ius suum et petunt inde uisum, habeant. Datus est eis etc.

De Vitali Engainne et Willelmo de Cantilupo.

Idem eodem modo petunt uersus Eliam de Bello Campo j. carucatam terre et dimidiam cum pertinenciis in Wurle ut ius suum etc., quia Ricardus filius Ursy antecessor eorum tenuit terram illam ut ius et hereditatem suam. Idem Ricardus habuit unum filium nomine Reginaldum et duas filias Margeriam et Mabiliam. Idem Reginaldus tenuit terram illam et habuit unam filiam, nomine Matillidem, que post eum tenuit terram illam, et habuit unum filium Willelmum de Curtenay qui obiit inde seisitus tempore Regis J. capiendo inde expleta etc. et quia idem Willelmus obiit sine herede de corpore suo, descendit ius illius terre predictis Margerie auie ipsius Vitalis, et Mabilie matri ipsius Rogeri ut proximis heredibus ipsius Willelmi, unde dicunt quod idem Elias alium ingressum non habet in terram illam, nisi per Willelmum de Cantelupo qui intrusit se in terram illam tempore guerre que fuit inter dominum J. Regem et barones suos, et offerunt domino Regi xx. sol. pro habenda inquisicione, si idem Elias alium ingressum habet etc. et si hoc non sufficit offert diracionare sicut curia considerauerit quod tale ius habet sicut predictum est et quod talem ingressum habet etc.

Et Elias uenit et defendit ius eorum et dicit quod ipsis

[1] This is a rare early example of trespass vi et armis. This was by no means a common remedy in the first half of the thirteenth century. A writ of this kind seems to have been only used when there had been a real and serious breach of the peace. This Henry Fitz Count, for example, had a claim to hold the county of Cornwall in fee and had been in what we should call open rebellion. The point that interests the annotator is that with such a writ as this one can proceed to outlawry against a recalcitrant defendant. It was just this fact which turned the writ of trespass into a desirable, and in course of time most common, remedy for private wrongs.

[2] A. m. 5; B. 4 d.

[3] *Engaine*, B.

Vitali et Rogero non debet terra illa descendere iure hereditario, quia quidam Gaufridus de Limesia tenuit terram illam ut ius suum. Idem Gaufridus habuit unum filium Walterum nomine et duas filias, Beatriciam et Matillidem. Idem Gaufridus dedit terram illam in maritagium cum predicta Beatricia predicto Reginaldo filio Ursy tali conuencione, quod si ipsa Beatricia obieret sine herede de corpore suo uel si heredes sui mortui essent sine herede de corporibus suis, terra illa reuerteretur ad predictam Matillidem sororem Beatricie et ad heredes suos[1], et quia Beatricia mortua est sine heredibus de corpore suo, reuersa est terra illa ad ipsum Eliam sicut ad filium et heredem ipsius Matillidis, et quod talis fuit conuencio offert diracionare prout curia considerauerit, et si hoc non sufficit, offert ponere se super magnam assisam domini regis quis eorum maius ius habet in terra illa.

Et Elias quesitus quis sit heres Gaufridi predicti, dicit quod quidam Walterus qui iuit in Normanniam et nescit si filios habet nec ne.

Et ipsi ueniunt et dicunt quod reuera Reginaldus duxit in uxorem predictam Beatriciam, set terra illa nunquam data fuit in maritagium cum ipsa Beatricia, quia Ricardus filius Ursi, pater ipsius Reginaldi tenuit terram illam iure hereditario tota uita sua, et post eum tenuit idem Reginaldus terram illam ut hereditatem suam per multum tempus antequam duxit in uxorem ipsam Beatriciam, et si ita esset quod talis conuencio facta esset de maritagio, et ita data esset terra, non ideo ipsi Elie debet terra illa descendere quia idem Elias habuit fratrem primogenitum scilicet Andream qui heredes habet.

Et Elias sicut prius adhuc dicit quod terra illa ita data fuit in maritagium et quod talis fuit conuencio scilicet reuera Matillis mater sua plures habuit filios[2] scilicet Willelmum primogenitum et Johannem et Andream, set quod[3] idem Elias fuit iuuenis | sine terra ipsi Willelmus, Johannes et [14.]

[1] Observe this limitation of an estate in remainder, for such in effect it is.

[2] *primogenitos*, A, B add; the same word has been erased in the note-book.

[3] *quia*, B.

Andreas concesserunt ei totum ius et clamium quod habuerunt in terra illa et hac racione debet terra illa ei descendere de ipsa Matillide et de omnibus predictis offert[1] diracionare prout curia considerauerit.

Et ipsi ueniunt et petunt sibi allocari quod Elias primo dixit quod ei descendit de Matillide matre sua ut heredi suo, et postea dixit quod conuencio facta fuit inter eum et fratres suos, et de hoc quod Ricardus fuit seisitus anno[2] et diebus et obiit seisitus ut de hereditate et post eum Reginaldus filius suus terram illam tenuit priusquam duxit eam in uxorem, offert ponere se super inquisicionem patrie [4]unde Vitalis dicit quod ipse est de sorore primogenita et petit aesnesciam[4].

Nota quod non admittitur uariatio[3].

Et quia Elias cognoscit in narracione sua quod ei non potuit terra descendere de predicto[5] Matillide licet conuencio predicta talis esset et preterea nichil ostendit de conuencione illa quod talis esset, nec dedicit parentelam ipsorum Rogeri et Vitalis, Consideratum est quod Rogerus et Vitalis habeant seisinam suam sicut illi qui maius ius habent et Elias in misericordia[6].

87. Suht. [7]Assisa uenit recognitura si Hamon Cabus auunculus Lucie uxoris Willelmi le Taillur et Alicie et Agathe sororum ipsius Lucie fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de j. hida terre cum pertinenciis in Stulbe die etc. quam terram Cristina Wac' tenuit que uocauit inde ad warantum Reginaldum Cabus, qui uenit et ei warentizat et dicit, quod assisa non debet inde fieri, quia quidam Johannes frater predicti Hamonis commisit terram illam ipsi Hamoni ad terminum et non in feodo, scilicet ad uitam suam tantum et inde ponunt se super iuratam et Alicia dicit quod obiit seisitus ut de feodo et non de ballia et ideo assisa remaneat.

[1] *offerunt*, A, B; in the note-book *offerunt* has been corrected into *offert*.

[2] What seems to have been *annis* has been altered into *anno; annis* in A, B.

[3] The defendant is guilty of a 'departure' as it would have been called in later times and loses the land.

[4–4] Not in B, which gives an adjournment and no judgment; A gives the adjournment and then judgment. Vitalis as representing the elder sister claims, I suppose, the capital messuage as his *aesnescia*.

[5] Sic; *predicta*, A.

[6] A adds, *et Radulfus de Bello Campo apponit clamium pro filiis Andree de Bello Campo.*

[7] A. m. 5 d; B. m. 4 d.

Et ex consensu parcium fiat iurata et ueniunt[1] a die Pasche in xv. dies ad recognoscendum si predictus Hamon die quo obiit fuit seisitus de terra illa ut de feodo ex dono predicti Johannis fratris sui, uel ut de ballia ipsius Johannis tenenda in uita sua tantum. Idem dies datus est recognitoribus qui uenerunt et dictum est eis quod interim se inde certificent et uicecomes apponat quatuor etc. et tot etc. et Cristina remaneat[2] et Walterus filius[3] se essoniauit et habet eundem diem. Nota quod remanet assisa mortis et uertitur in iuratam.

88. [4]Martinus de Bestenora tulit breue domini Regis de probanda libertate sua uersus Johannem de Monte Acuto coram B.[5] Roffensi Episcopo et sociis suis iusticiariis itinerantibus, ut ipsi recordantur ita quod idem Johannes uenit coram eis et in tantum processit loquela inter eos, quod Johannes uocauit curiam domini Regis ad warantum, quod in eadem[6] conuicerat eundem Martinum ad uillanum suum et ideo datus fuit eis dies apud Westmonasterium ad habendum ibi recordum curie. Tandem inuentum est in rotulis et curia domini Regis recordatur, quod idem Martinus in curia Regis Johannis aramiauit assisam mortis antecessoris uersus Beatriciam matrem ipsius Johannis de centum acris terre cum pertinenciis, ita quod ipsa uocauit Johannem predictum ad warantum uersus ipsum Martinum eo quod tenuit terram illam in dotem et Johannes uenit et ei warentizauit et dixit quod assisa non debuit inde fieri, quia idem Martinus uillanus fuit, tandem capta fuit quedam iurata ex consensu parcium et per uoluntatem ipsius Martini ad recognoscendum quod seruicium et quas consuetudines Aluredus pater ipsius Martini fecit eidem Johanni die et anno quo obiit, et dixerunt iuratores quod idem Aluredus tenuit centum acras terre cum pertinenciis[7] de eodem Johanne pro xx. sol. annuis Sussex.

[1] *ueniat*, A, B.
[2] B stops.
[3] In the note-book a space is left; A has, *filius Pagani unus recognitorum.*
[4] A. m. 5 d. See above, Case 70. It seems that Montacute brought a *de nativo habendo* against Martin, and the latter replied by bringing the *de libertate probanda.* Both cases are cited by Bracton f. 199 b, who uses them to enforce the distinction between villein status and villein tenure.
[5] Benedict.
[6] *eadem curia*, A.
[7] *cum l. ouibus*, A; in the note-book this has been erased and *cum pertinenciis* substituted; but wrongly.

et quod talliauit eum mensurabiliter quando tailliauit alios homines suos, et quod non potuit filiam suam maritare sine licencia domini sui. Et quia curia recordatur quod nullum erat placitum in curia domini Regis de uilenagio corporis ipsius Martini nisi tantum de uilenagio et consuetudinibus predicte terre, Consideratum est quod si idem Martinus uoluerit terram predictam tenere, tunc faciat predictas consuetudines quas pater suus fecit, sin autem faciat idem Johannes de terra illa sicut de uilenagio suo quod uoluerit, quia terra illa est uilenagium ipsius Johannis et de hoc quod Johannes uocauit curiam ad warantum quod dirracionauerat ipsum Martinum ad uillanum suum et curia ei defecit de warantia, idem Johannes est in misericordia. Et Martinus ueniat a die Pasche in tres septimanas cum probacione sua ad libertatem suam probandam si uoluerit.

De Johanne de Monte Acuto et Martino de Bastenouere qui liber fuit et tenuit terram in uillenagio.

89. Essex. [1]Walterus de Verdun petit uersus Abbatem de Meaudona aduocacionem ecclesie de Langedona ut ius suum et unde Robertus de Suttona qui quamdam terram tenuit[2] ad quam pertinet aduocacio illius ecclesie, dedit aduocacionem ecclesie illius cum quadam terra Wilelmo de[3] Bigod in maritagium cum filia sua et ille Wilelmus ei illam dedit, unde dicit quod predictus Robertus fuit seisitus de aduocacione illa tempore Regis J. ita quod presentauit quemdam Gilebertum etc.

Quod persona ecclesie non respondebit in placito aduocationis[4].

Et Abbas uenit et defendit ius suum et dicit quod non debet ei respondere de aduocacione illa, quia ipse persona est illius ecclesie ad presentacionem ipsius Roberti de Suttona, et de aduocacione nichil clamat. Et ideo Walterus perquirat se[5] si uoluerit uersus Robertum, et sit in misericordia et Abbas inde sine die.

90. Kent. [6]Emma de Wicham[7] per attornatum suum petit uersus Warinum Carbonel feodum dimidii militis cum pertinenciis in Craye, ut ius suum etc. quia quidam Warinus Carbonel tenuit terram illam in feodo et hereditate etc. Idem

[1] A. m. 6; B. m. 5.
[2] *in Langedona*, A, B add.
[3] *le*, A, B.
[4] This is a writ of right of advowson and cannot be brought against the parson who claims nothing in the advowson. Walter had already tried an assize of last presentation against the Abbot; see Case 58.
[5] Sic, A, B.
[6] A. m. 6 d; B. m. 5 d.
[7] *Wikham*, B.

Warinus habuit tres filios, Radulfum, Willelmum et Nicholaum. Radulfus primogenitus tenuit terram illam etc. et habuit unum filium Alexandrum nomine qui illam tenuit. | Idem Alexander obiit sine herede de corpore suo, [14 b.] unde terra illa debuit reuerti ad predictum Willelmum fratrem Radulfi et patrem ipsius Emme et ideo ipsa petit iudicium utrum ipsa maius ius habeat in terra illa, uel ipse Warinus desicut ipse est filius filie predicti Nicholai postnati filii etc.

Et Warinus uenit et defendit ius suum etc. et dicit quod nichil clamat hereditarie in terram illam de stipite illo quia bene cognoscit quod Radulfus fuit inde seisitus et post eum Alexander filius suus, set idem Alexander dedit terram illam Sabine matri sue et filie predicti Nicholai per cartam suam quam profert et que hoc testatur quod predictus Alexander dedit etc. Sabine Carbunel filie Nicholai auunculi sui et heredibus suis dimidium feodum unius militis cum pertinenciis in Craye pro homagio et seruicio suo habendum etc. reddendo inde annuatim sibi et heredibus suis unum par calcarium deauratorum ad Pascha etc. et faciendo domino feodi seruicium quod ad feodum illud pertinet et idem Alexander et heredes war' etc.

Et Emma per attornatum suum uenit et defendit cartam et donum Alexandri factum Sabine et offert domino Regi duas marcas pro habenda inquisicione si predictus Alexander cartam illam fecit et terram illam dedit Sabine sicut predictum est.

Et Warinus dicit quod Alexander cartam illam fecit Sabine et sigillum illud sigillum suum fuit et ipse donum illud fecerat[1] eidem Sabine et ponit se in magnam assisam domini Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat in terram illam ut ex dono Alexandri facto Sabine uel predicta Emma. Et ideo due marce recipiuntur, plegii Robertus filius Danielis et Johannes de Suwerc[2].

91 [3]Alexandria que fuit uxor Reginaldi per attornatum suum petit uersus Buchardum[4] Burdun terciam partem feodi Suff.

[1] *fecit*, B.
[2] Adjourned to Easter three weeks, A, B.
[3] A. m. 7 d; B. m. 6.
[4] *Burchardum*, A, B.

dimidii militis cum pertinenciis in Middeltona ut dotem suam unde idem Reginaldus per uoluntatem ipsius Buchardi patris sui eam dotauit eo quod idem Reginaldus nullam terram habuit et unde idem attornatus dicit quod ipsa dotata fuit[1] sicut ipsa dicit et ponit se super iuratam patrie et ipse similiter.

De Dote per assensum.

Et ideo consideratum est quod uicecomes diligenter inquirat qui fuerunt ubi ipse Reginaldus desponsauit eam et de illis et de aliis liberis hominibus etc. uenire faciat xij. a die Pasche in tres septimanas ad recognoscendum si idem Reginaldus die qua eam desponsauit dotauit eam per assensum etc. uel non.

92. Subt. [2]Assisa uenit recognitura si P. Wintoni'[3] iniuste et sine iudicio disseisiuit Cauleyam[4] uxorem Walteri filii Radulfi de libero tenemento suo in Widehaye et in Bedel infra assisam etc.

Et Episcopus uenit et dicit quod non debet ad hanc assisam respondere ante aduentum iusticiariorum in partes illas, quia iusticiarii ultimo itinerantes dederunt ei diem in aduentum iusticiariorum, eo quod breue de assisa uenit in recessu eorum de comitatu, et nunquam fuit coram eis loquela incepta et inde ponit se super recordum iusticiariorum et ipsi similiter. Dicit eciam Episcopus quod continetur in breui de Pone[5], quod loquela ponatur coram iusticiariis in banco que fuit coram iusticiariis itinerantibus [6]per eosdem iusticiarios[6] et que remansit capienda pro defectu originalis breuis, nulla assisa posita fuit in banco per iusticiarios itinerantes et ideo non uult respondere.

Dies datus est[7] etc. et interim queratur recordum et omnes recognitores athachientur quia nullus uenit et

[1] Supply *inde ad hostium ecclesie ipso Burchardo presente et concedente. Et Burchardus uenit et dicit quod non fuit ita dotata quia idem Reginaldus nullam terram habuit die quo ipsam desponsauit, nec per uoluntatem suam inde dotauit eam, set bene cognoscit quod presens fuit et quod nunquam ita fuit ipsa dotata* A, B.

[2] A. m. 8; B. m. 6.

[3] *Wintoniensis Episcopus*, A, B. Peter des Roches.

[4] *Gauleyan*, A, B.

[5] The writ of *Pone* for removing the suit from the eyre to the bench.

[6-6] not in B; A has some cramped words, I doubt they are these.

[7] *a die Pasche in tres septimanas*, A, B.

Gauleya ponit[1] etc. Ad diem illum recordantur iusticiarii itinerantes quod breue originale uenit in recessu eorum de comitatu illo et quia non potuerunt loquelam illam incipere preceperunt uicecomiti, quod eam ponerent[2] in aduentum iusticiariorum in partes illas, et ideo consideratum est quod assisa mittatur ad comitatum et comittit[3] breue originale Johanni de Heriet tunc clerico uicecomitis[4].

Remittitur assisa noue disseisine ad comitatum, quia continetur in Pone quod loquela que fuit coram iusticiariis ponatur in bancum et nulla fuit set posita ad primam assisam etc.

Sumerset.

93. [5]Assisa uenit recognitura si Radulfus de Deneband[6] auunculus Roberti Deneband fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de uilla de Mideltona cum pertinenciis die qua obiit etc. quam terram Aluredus de Bendeuilla tenet qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia finis factus fuit inter eos[7] Aluredum de Bendeuilla patrem ipsius Aluredi et Eudonem Deneband de eadem terra etc. et inde profert cirographum quod testatur quod idem Eudo tenens recognouit terram illam esse ius ipsius Aluredi et illam ei remisit et quietam clamauit de se et heredibus suis ipsi Aluredo etc. pro decem marcis, unde uidetur ei quod super hoc non debet assisa fieri.

Et Robertus dicit quod cirographum illud non debet ei nocere quin assisa procedat quia ipse tunc temporis fuit in Pictauia et preterea ipse nichil clamat ex parte Eudonis predicti, et quod fuit tunc in Pictauia scilicet apud Rocheasmoynes[8] producit sectam sufficientem etc.

Et Aluredus dicit quod predictus Radulfus auunculus suus non fuit seisitus die quo obiit et inde ponit se super iuratam et idem Robertus similiter et ideo iuratores resummoneantur quod sint a die Pasche in tres septimanas etc. |

94. [9]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore[10] presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Cliftona que uacat cuius aduocacionem Albreda Marmiun per attornatum suum clamat uersus Henricum de Aldithelega [15.]

Stafford.

[1] *loco suo Walterum uirum suum*, A, B.

[2] Corr. *poneret*.

[3] Corr. *committitur*.

[4] *et preceptum est quod faciat fieri uisum et summonicionem*, A.

[5] A. m. 6; B. m. 8.

[6] *Denebond*, B.

[7] Sic, A; B has *eis* but struck out; *eos* should be omitted.

[8] *Roche aimoines*, A; *Rupem monachorum*, B.

[9] A. m. 8; B. m. 6.

[10] Supply *pacis*, A, B.

qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ipsa Albreda nullam terram habet in uilla illa nec in dominico nec in seruicio[1] quod ipsa ullam[2] assisam habere potest.

Et Albreda per attornatum suum dicit quod hoc ei non debet nocere quin assisa procedat quia ipsa pro inpotencia sua et pro etate sua commisit totam terram suam custodiendam Gaufrido de Camuilla filio suo eo quod ipse potuit itinerare et terram illam defendere[3] ita quod ipse terram illam et omnes terras suas custodiuit omnibus diebus uite sue unde idem Henricus non habet ingressum in terram illam nisi per hoc quod intrusit se in terram illam post mortem ipsius Gaufridi et hoc patet quia de hoc inplacitat eum in curia domini Regis et ideo remanet assisa quousque aliud placitum terminetur sicut patet in dorso rotuli[4].

Nota quod non procedit assisa ultime presentationis in persona eius qui nullam terram habet in uilla licet ius habeat in terra aliqua.

95. Staff. [5]Henricus de Aldithelega summonitus fuit ad respondendum Albrede Marmiun quo waranto se tenet in manerio de Cliftona cum pertinenciis quod ipsa clamat ut ius et hereditatem suam et quod ipsa tradidit in custodiam Gaufridi de Camuilla filio suo quamdiu placeret ei qui mortuus est ut dicit.

Et Henricus uenit et defendit ius suum et dicit quod ipse tenet terram illam in custodia cum herede predicti Gaufridi de Camuilla qui tenuit terram illam in feodo et non[6] ballia ipsius Albrede, quia ipse fecerat inde homagium Comiti Cestrie domino suo, et obiit inde seisitus ut de feodo et non de ballia et ideo uidetur ei quod non debet inde respondere quia ipsa demisit se de terra illa in curia Comitis.

Et ipsa per attornatum suum dicit quod *idem* Gaufridus non habuit inde nisi custodiam per balliam suam, et inde producit sectam et si hoc non sufficit ponit se super iuratam patrie et ipse similiter fiat inde iurata et ueniat a die Pasche in xv. dies ad recognoscendum si Gaufridus predictus die quo obiit fuit seisitus de terra predicta ut de feodo uel de custodia de ballia predicte Albrede que eam ei commisit custodiendam

[1] Supply *unde uidetur ei*, A, B.
[2] Corr. *nullam*, but the first letter has been purposely erased.
[3] B stops here.
[4] The *aliud placitum* is the next case; the reference in A is from the front to the back of m. 8.
[5] A. m. 8 d; B. m. 6 d.
[6] *de*, A, B.

ad faciendum seruicium capitalibus dominis etc. et Johannes Baghot et Robertus de la More Robertus de Pendeford Radulfus de Whitamora Henricus de Hamerwic summoneantur[1] et assisa ultime presentacionis remaneat quousque hec iurata capta fuerit.

Et preterea decem tam milites quam alii liberi et legales homines de uisneto qui nec tangant Henricum nec ipsam Albredam affinitate attingant[2], et tales qui non[3] de feodo Comitis Cestrie uel ipsius Henrici.

96. [4]Theobaldus de Lasceles pro se et Ada uxore eius cuius loco ponitur petunt uersus Willelmum de Cantelupo septem carucatas terre cum pertinenciis in Bulewico ut dotem ipsius Ade unde Willelmus de Curtenay[5] quondam uir suus ei[6] dotauit etc. et inde producit sectam etc. Norht.

Et Willelmus uenit et dicit quod non debet dotem habere sicut ipsa petit, quia terra illa est capud baronie et ipsa petit totam uillam in dotem, unde uidetur ei quod non potuit inde dotari, set si uoluerit habere racionabilem dotem suam secundum legem terre, scilicet terciam partem, libenter ei faciet terciam partem. Nota si terra petatur in dotem que sit capud Baronie.

Et Theobaldus et Ada dicunt quod manerium illud non est capud baronie immo defendit se per[7] feodum unius militis per se et preterea Reginaldus filius Ursi antecessor Willelmi de Curtenay dotauit Beatriciam uxorem suam de eodem manerio, que post mortem ipsius Reginaldi tenuit manerium illud in dotem tota uita sua, et ipsa Ada fuit inde nominatim dotata unde uidetur ei quod bene potuit ita inde dotari.

Et Willelmus dicit quod manerium illud est capud baronie et primum feofamentum antecessorum Willelmi de Curtenay et tenet de domino Rege in capite, et petit iudicium si idem Willelmus de Curtenay potuit eam inde dotare desicut est capud baronie. Dicit eciam quod si Reginaldus

[1] The words '*et preterea decem... ipsius Henrici*' (see below) should come in here. The mistake is caused by a postscript in A which is dislocated.

[2] Omit *attingant*, B.

[3] Supply *teneant*, A, B.

[4] A. m. 9; B. m. 7.

[5] *Cortenay*, B.

[6] Corr. *eam*, A, B.

[7] A, B. It is not the head of a barony but is a knight's fee all by itself and is taxed as such.

uir Beatricie dotauit eam de terra illa, hoc non debet ei nocere quia hoc permissum fuit per uoluntatem heredis ipsius Reginaldi.

Et Theobaldus et Ada dicunt quod Willelmus de Curtenay et antecessores sui tenuerunt plures terras de domino Rege in capite et petunt similiter iudicium ex quo uir suus tenuit plures terras in capite de domino Rege de quibus nulla pertinet ad aliam si eam inde dotare potuit nec ne[1].

97. Ebor. [2]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Bertona que uacat etc. cuius aduocacionem Eustachius de Greinuilla clamat uersus Priorem S. Trinitatis Ebor', qui uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia idem Eustachius nullum ius habet in terra illa ubi ecclesia illa sita est, immo terra illa fuit ius Willelmi Paynel et heredum suorum ex quorum dono habet aduocacionem illius ecclesie, quia quidam Radulfus Paynel | qui fundauit ecclesiam suam dedit eis ecclesiam de Bertona in Ridale per cartam suam quam profert et que hoc testatur, profert eciam cartam Alexandri Painel filii et heredis ipsius Radulfi que donum illud eis confirmat, profert eciam cartam Willelmi filii Alexandri Paynel que similiter illud donum eis confirmat, profert eciam cartam Frechesante filie ipsius Willelmi que similiter donum illud confirmat, profert eciam cartam[3] cartas Regum Henrici [4]qui fuit auus aui[4] et Henrici aui domini Regis que donum illud racionabiliter confirmant, unde idem Prior dicit quod heredes ipsius Frechesante debent aduocacionem illam ei warentizare.

Exceptio quod nullam terram contra assisam ultime presentationis.

[15 b.]

Et Eustachius dicit quod carte ille non debent ei nocere quin assisa procedat, quia ipse nichil clamat per predictos Paganellos, immo terram illam habet ex dono domini Regis ut illam que fuit Hugonis[5] Paganelli unius Normannorum[6], qui Fulco presentauit ultimam personam que obiit in ecclesia

[1] Adjourned to Easter three weeks, A. Bracton, f. 93, cites this case as from Trin. A. R. 4. He does not show knowledge of anything that might not have been gathered from the pleadings.

[2] A. m. 9.

[3] Omit *cartam*, A.

[4–4] *senis*, A.

[5] *Fulconis*, A.

[6] The Normans whose English lands were forfeited when John lost Normandy.

illa, scilicet Hascuillum Paynel qui ultimo obiit etc. et de morte eius aramiauit assisam istam, et petit assisam suam.

Et Prior dicit quod idem Ascuillus nunquam fuit persona illius ecclesie, quia predictus Fulco, eo tempore quo guerra fuit inter Regem Anglie et Regem Scotie, uenit ad terram illam et inuenit ibi in ecclesia illa quendam[1] predecessorem suum et fregit hostia ecclesie et eundem Priorem et monachos suos ui eiecit et per uim suam posuit intus predictum Asculllum qui tenuit se in ecclesia illa set nunquam fuit admissus nec ab aliquo presentatus, set quidam prior predecessor suus presentauit quendam Willelmum precentorem ecclesie Ebor' ad ecclesiam illam qui ultimo obiit persona etc.

Et Eustachius dicit quod Ascuillus fuit persona et ad presentacionem Fulconis admissus. Et ideo consideratum est quod assisa procedat set ponitur in respectum usque a die Pasche in xv. dies pro defectu recognitorum, quia tantum tres se essoniauerunt etc. alii ponantur per meliores plegios etc. et primi etc.

98. [2]Alicia que fuit uxor Rogeri de Barneby petit uersus Ricardum filium Rogeri terciam partem feodi j. militis cum pertinenciis in Barneby ut dotem suam etc. unde predictus Rogerus eam dotauit etc. Ebor.

Et Ricardus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia ipsa petit terciam partem feodi j. militis et ipse non tenet nisi medietatem feodi j. militis, et de illa medietate tenet mater sua terciam partem in dotem, et ideo non uult respondere nisi curia considerauerit. Et preterea dicit quod Juliana mater sua fuit uxor patris sui per xxvj. annos postquam predicta Alicia ei debuit desponsari si desponsata esset.

Nota quod illa optinet in peticione dotis que fuit in possessione tempore mortis uiri sui[3].

Et ipsa Alicia cognouit quod ipsa Juliana fuit cum uiro

[1] Supply *Priorem*, A.

[2] A. m. 9 d; B. m. 7. In the note-book this case is preceded by an erasure. Seemingly there was a heading which announced the beginning of a new term; this has been very effectually erased.

[3] See Bracton, f. 306. The note I think means that when two women claim dower she succeeds who was seised of the husband at the time of his death. The intrusion of the notion of possession into the sphere of marriage is very curious, but well attested.

suo per xx. annos et nunquam dirracionauit eum ut uirum suum.

Et ideo consideratum est quod Ricardus inde sine die et ipsa similiter.

99. Surr. [1]Alicia que fuit uxor Dauid Burnel petit uersus Simonem de Waybrigia terciam partem trium uirgatarum terre cum pertinenciis in Waybrigia ut dotem suam etc. Et Simon uenit et dicit quod non debet dotem inde habere quia predictus Dauid uir suus nunquam fuit inde seisitus de terra illa, ita quod eam dotare posset, quia predictus Dauid habuit inde custodiam cum ipso Simone per capitalem dominum, ita quod quedam filia ipsius Dauid petit uersus eum terram illam et in tantum processum est quod ipse posuit se in iuratam ad recognoscendum utrum ipse fuit seisitus ut de feodo uel ut de custodia cum ipso Simone. Et ideo consideratum est quod ipsa Alicia exspectet quousque iurata capta fuerit et iurata ponitur in respectum usque a die Pasche[2] etc.

Quod expectandum est in placito donec constiterit cui terra remanebit in alio placito sicut in iurata.

100. Norf. [3]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Rucham que uacat cuius aduocacionem Ricardus le Bitaller clamat uersus Priorem de Westacra. Qui uenit et bene cognoscit quod quedam Juliana auia ipsius Ricardi presentauit ultimam personam scilicet quemdam Oliuerum qui ultimo obiit persona, set post presentacionem illam, dedit eadem Juliana eidem Priori et ecclesie sue ecclesiam illam, et inde profert cartam suam que testatur quod ipsa dedit deo et ecclesie S. Marie et omnium sanctorum de Westacra et canonicis etc. ecclesiam S. Marie de Rucham cum omnibus pertinenciis. Profert eciam cartam Johannis quondam Noruicensis Episcopi que confirmat eisdem canonicis aduocacionem ecclesie S. Marie de Rucham, quam Juliana filia Willelmi eis racionabiliter concessit etc. et petit iudicium curie desicut post presentacionem ipsius Juliane eis aduocacionem illam dedit si assisa debeat procedere.

Quod assisa ultime presentacionis remaneat capienda propter minorem etatem quia minor non potest respondere ad cartas.

Et Ricardus cognoscit quod de morte ipsius Oliueri

[1] A. m. 9 d.
[2] *in tres septimanas*, A.
[3] A. m. 10.

aramiauit assisam, set dicit quod infra etatem est et quod non potest contra cartas respondere set bene credit quod facta esset carta illa.

Et quia idem Ricardus est infra etatem et non potest respondere contra cartas consideratum est quod ex consensu parcium presentent clericum ad ecclesiam illam saluo iure. Hinc inde[1] cum Ricardus habuerit etatem ueniat ad curiam et respondeat ad cartas etc.[2] |

101. [3]Engelramus de Pratellis per attornatum suum et Sibilla uxor eius per attornatum ipsius Sibille petunt uersus Thomam Basset terciam partem[4] de Colintona cum pertinenciis ut dotem ipsius Sibille unde Walterus de Dunstanuilla quondam uir suus etc. dotauit eam etc.

[16.] Deuon.

Et Thomas uenit per attornatum suum et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia continetur in breui quod reddat ei racionabilem dotem suam de libero tenemento unde nichil habet etc. et ipsa habet alibi dotem etc. ideo non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit.

Exceptio contra dotem unde nichil habet etc., et Responsio quod nichil habet in tali uilla, non ualet, quia haberi debet respectus ad dotem et non ad uillam[5].

Et ipsi dicunt quod in illa uilla nichil habent et ideo petunt iudicium et quia talis usus est quod non respondeant ad huiusmodi breuia, Consideratum est quod non respondeat ad hoc breue et ideo sine die et perquirant breue de recto si uoluerint et sint in misericordia.

102. [6]Willelmus Marescallus Comes de Penbrocio petit uersus Falkesium de Breaute manerium de Liutona cum pertinenciis ut ius suum etc. et quod manerium ei commisit ad terminum de uoluntate sua ut dicit unde idem Comes dicit quod de

Bed.

[1] The punctuation is wrong; the passage should be :—*saluo iure hinc inde; et cum Ricardus, etc.*

[2] See Bracton, f. 241. The infant need not answer a charter, therefore the litigants must agree in presenting a clerk without prejudice to their rights; otherwise the presentation will lapse to the bishop.

[3] A. m. 11 d.

[4] Supply *uille*, A.

[5] Bracton, f. 311 b, 312, 'id quod dicitur (unde nihil habet) non debet referri ad villas, sed ad dotem.'

[6] A. m. 10; B. m. 7 d. The quarrels between the Marshalls and Fawkes of Breauté are of considerable importance in the general history of the time. This William Marshall is the eldest son of the regent who died 14 May 1219. Bracton cites this case f. 433 as illustrating the plea of non-tenure. He refers also to a record A. R. 3 concerning Fawkes and the regent (Willelmus senior), also to a record of Trin. A. R. 4. Neither of these are in the note-book nor can I find the rolls cited. But it appears from a subsequent roll that the present case was compromised. Coram Rege Roll, No. 9. m. 21 (Mich. A. R. 4—5).

manerio illo cum pertinenciis fuit ipse seisitus ut de feodo et iure tempore Regis J. capiendo inde expleta ad ualenciam centum marcarum unde dicit quod idem Falkesius alium ingressum non habet in manerio illo nisi per ipsum Willelmum qui illud ei commisit in ballia ad uoluntatem suam et uoluntas sua transiit et ideo petit manerium illud sicut ei commisit et quod manerium illud est ius suum et quod ita fuit seisitus sicut predictum est, et quod aliud ingressum non habet offert probare prout etc.

Et Falkesius per attornatum suum defendit ius suum et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia ipse petit manerium de Liutona cum pertinenciis et ipse non tenet manerium cum pertinenciis quia Abbas S. Albani tenet inde x. hidas et non tenet de eo nec de elemosina nec alio modo et ideo non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit. Et quesitus de cuius feodo ille x. hide sunt, dicit quod de feodo Comitis Gloucestrie et quod Abbas facit ei inde seruicium forinsecum.

Exceptio quod tenens non tenet totam terram.

Et Willelmus Marescallus dicit quod Rex Ricardus dedit manerium illud cum pertinenciis Baldewino de Bethune et inde profert cartam suam que testatur quod ipse dedit totum manerium de Liutona cum pertinenciis Baldewino predicto cum omnibus pertinenciis et omnibus aduocacionibus et sic carta domini Regis testatur et sic ipse illud manerium ei commisit ita illud petit scilicet in seruicio quod tenet in seruicio, et in dominico quod tenet in dominico, et in elemosina quod tenet[1] etc. Dicit eciam quod idem Abbas habet terram illam ex dono Willelmi Regis qui uenit ad conquestum per cartam suam et per cartas regum omnium de rege in regem ita quod ipse Abbas semper defendit se et uersus Falkesium et uersus alios per cartas regum et de regibus semper clamauit tenere ut in elemosina.

Et Falkesius dicit quod diversa sunt feoda et quod nunquam fuerunt simul nisi eo tempore quo dominus Rex J. fuit Comes Gloucestrie.

Et quia breue dicit quod reddat manerium quod ei com-

[1] *in elemosina*, A.

misit ad terminum de uoluntate sua etc. et preterea Comes Gloucestrie[1] presens est et dicit quod nichil scit si Abbas de eo teneat nec ne, et Marescallus sectam sufficientem producit quod terra illa est de elemosina domini Regis, Consideratum est quod Falkesius respondeat ad breue.

Et Falkesius per attornatos suos uenit et defendit ius suum et ingressum sicut ipse dicit, set uerum uult dicere, contigit quod manerium illud fuit Baldewini de Bethune et postea eiusdem Willelmi Marescalli, set occasione ipsius Baldewini de Bethume manerium illud postea incidit in manum domini Regis J. qui illud eidem Falkesio ad eum promouendum dedit sicut dare potuit eo tempore, scilicet in guerra. Postea uero quando pax facta fuit inter dominum Regem et Barones suos noluit idem Falkesius esse contra communem pacem, set libenter reddidit manerium illud eidem Comiti eo quod fuit in seisina in inicio guerre. Postea uero placuit eidem Comiti sui gracia promouere ipsum Falkesium et concessit et reddidit illud eidem Falkesio per cartam suam quam profert in hec uerba, Omnibus etc. Willelmus filius Willelmi Marescalli salutem, Nouerit uniuersitas uestra me reddidisse et de me et de heredibus meis in perpetuum quietum clamasse, Falkesio de Breaute et heredibus suis totum manerium de Liutona cum pertinenciis et totum ius quod in eodem manerio habui uel habere debui quod ut ratum sit etc.[2] super testes.

Idem Willelmus per eadem uerba et eodem modo quo prius petit uersus eundem Falkesium maneria de Braburne de Kemesby[3] et de Suttona cum pertinenciis ut ius suum sicut prius. Kent.

Et Falkesius per attornatum suum dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia Petrus de Alto Bosco tenet j. carucatam terre cum pertinenciis in Beytorp que est de pertinenciis de Suttona et preterea Rogerus de S. Marco tenet x. marcatas[4] terre in Suttona qui non tenent de eo nec in seruicio nec in dominico et ideo non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit. |

[1] Gilbert of Clare.

[2] The rolls add the witnesses' names and letters of attorney to deliver seisin.

[3] Corr. *Kemeshey*.

[4] *marc'*.

[16 b.] Et Willelmus dicit quod de terra in Beythorp nichil clamat quia non est de pertinenciis de Suttona, immo est quedam uilla per se, et de Rogero dicit quod Comes Baldewinus dedit terram illam ei pro homagio et seruicio suo, postea autem quando ipse habuit manerium illud uenit idem Rogerus ad eum et fecit ei homagium suum et seruicium suum de terra illa et seruicium eius commisit ipse eidem Falkesio in ballia cum alia terra, et si Falkesius noluit recipere seruicium suum, hoc non est ei inputandum, set bene credit quod idem Rogerus noluit facere homagium eidem Falkesio eo quod non habuit inde nisi balliam.

Et Falkesius per attornatum suum dicit quod nunquam habuit inde homagium uel seruicium et hoc bene patet quia aliquando uenit idem Rogerus in curiam, et questus fuit de eodem Falkesio quod distrinxit eum ad faciendum ei homagium suum et seruicium. Et preterea idem Falkesius dicit quod Abbas de *Ledes*[1] tenet xl. acras in Suttona qui in nullo acheuiat[2] ei de terra illa, immo illam tenet de Hamone Creuequeor.

Et Comes dicit quod terra illa quam Abbas tenet est elemosina et quod quando ipse manerium illud habuit in manu sua, tunc tenuit Abbas de eo ut in elemosina.

Et quia Comes cognoscit quod Rogerus non fecit homagium ipsi Falkesio, et preterea testatum est quod nullum fecit seruicium ipsi Falkesio, consideratum est quod non respondeat ad hoc breue de manerio de Suttona, set de aliis maneriis respondeat, et Comes in misericordia pro falso clamore, quia nichil dicit, nisi quod dedit ei illa maneria.

Et Falkesius eodem modo quo prius respondet de duobus maneriis et inde profert etc. in hec uerba, Sciant etc. quod ego W. Marescallus filius W. Marescalli Comitis Penbrocii dedi et concessi Falkesio de Breaute et reddidi sicut ius meum et quietum clamaui de me etc. ei etc. totam terram meam quam habui in Comitatu Kancie scilicet manerium de Brayburne, manerium de Suttona et manerium de Kemesinge

[1] *Ledes*, A, B. The word in the text is more like *Dewes*, but *Ledes* (the Leeds in Kent) is right.
[2] A, B.

cum omnibus pertinenciis libertatibus et iuribus que ad predicta maneria pertinent, ita quod de cetero etc.[1] hiis testibus.

Et Comes uenit et defendit concessionem et quietam clamanciam de manerio de Liutona in *primis*[2] et cartam et sigillum, et stilum et quod nullum ingressum habet per cartam illam in manerium illud nec alium ingressum habet in maneria illa, offert defendere per corpus suum uersus ipsum Falkesium sicut curia considerauerit et offert domino Regi mille marcas pro habenda defensione[3] sua uersus eum per corpus suum, uel ad probandum quod hoc nequiter fecit ad ipsum exheredandum et si hoc non sufficit, offert ponere se super testes nominatos in carta cum legalibus hominibus de uisneto.

Idem dicit de maneriis de Kent, adiecto hoc, [4]quod defendit quod nunquam homagium recepit[4] nec aliquem denarium nec equum et quod cartam ei non fecit nec sigillum suum est, nec per cartam illam unquam habuit ingressum offert diracionare sicut prius et defendit omnes literas patentes[5] et sigilla etc. et *eodem* modo quo cartas.

Et Falkesius per attornatos suos dicit quod cartas illas ei fecit, et quod sigillum suum est et quod per cartas illas habuit ingressum sicut predictum est et hoc offert probare uersus eum prout curia considerauerit per corpus cuiusdam liberi hominis si curia considerauerit, uel per testes [6]et alios[6] legales homines de uisneto et per collacionem sigillorum[7] sicut curia considerauerit, et dicit quod Rogerus de Cliffordia[8] et plures alii habent cartas de eodem sigillo signatas[9] etc. Nota collationem sigill'.

103. [10]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis Cantebr.

[1] A, B give clause of warranty and names of witnesses, and also letter of attorney for delivery of seisin.

[2] Apparently *primo* altered into *primis*.

[3] *diracionacione* B. Marshall offers the king a thousand marks (!) for the right to fight Fawkes. Observe *per corpus suum*, as in an appeal of felony; not *per corpus cuiusdam liberi hominis* as in a writ of right.

[4–4] *quod nunquam recepit de eo xxvj marcas* B; A illegible.

[5] The letters of attorney for livery of seisin.

[6–6] *vel per*, B.

[7] *aliorum sigillorum*, B.

[8] *Gaufridus de Neuilla, Fulco filius Warini, Willelmus de Albiniaco, et Willelmus de Harencort*, A, B.

[9] *et si opus fuerit petit auxilium curie ut ipsi summoneantur*, B and seemingly A which is rubbed. Adjourned to Easter fortnight. In A a modern hand has written, *In Mich. a° iiij° Rotulo* 21 *concordati sunt.*

[10] A. m. 15 d; B. m. 11 d.

presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam S. Johannis de Cantebrigia que uacat, cuius aduocacionem Johannes de Marenny clamat uersus Priorem de Bernewella, qui uenit etc. et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia Willelmus filius Absolonis presentauit ultimam personam que mortua est etc. et defuncto ipso Willelmo descendit ius illius aduocacionis Hugoni fratri suo, eo quod obiit seisitus de terra et aduocacione sine herede de se, et idem Hugo dedit eidem Priori et domui sue ecclesiam illam per cartam suam quam profert et que hoc testatur, et ideo uidetur ei quod assisa non debet inde fieri.

Assisa ultime presentacionis.

Et Johannes dicit quod ius aduocacionis illius ecclesie descendit Mabilie matri sue de predicto Hugone et ipsa demisit se de terra sua, et hac racione petit ipse aduocacionem illam, sicut heres matris sue. Et quia ipse cognoscit quod mater sua adhuc uiuit, et ipsa non presens est, nec nominatur in breui, Consideratum est quod Prior inde sine die et Johannes in misericordia eo quod non potest sequi sine matre sua etc.[1]

Quod assisa non procedit quia mater que se demisit de hereditate uiuit et non nominatur in breui.

104. Cantebr.

[2]Mabilia de Marenny summonita fuit ad ostendendum quare non permittit Priorem de Bernewella presentare ydoneam personam ad ecclesiam S. Johannis de Cantebrigia que uacat etc. et ad suam etc.

De eodem quare mater non permittit presentare et [3]Ada similiter.

Adam filius Philippi eodem modo et per eadem uerba summonitus ad ostendendum de eadem ecclesia, unde idem dicit quod Hugo filius Absolonis dedit ecclesiam illam eidem Priori per cartam suam quam profert etc. |

[17.] Et ipsi ueniunt et dicunt quod iuste impediunt presentacionem suam quia Willelmus filius Absolonis frater ipsius Mabilie et auunculus ipsius Ade ex parte matris sue presentauit clericum qui ultimo obiit persona in ecclesia illa et de illo Willelmo descendit ius illius aduocacionis Hugoni predicto fratri suo, et de ipso Hugone eidem[4] Mabilie et matri ipsius Ade ut sororibus suis pro defectu heredis de corpore suo et hac racione petunt seisinam suam.

[1] *perdonum pro Rege*, A; *perdonatur pro Rege*, B. See next case.

[2] A. m. 15 d; B. m. 11 d. We here pass from Hilary to Easter, but the note-book leaves this unnoticed.

[3] *idem* expuncted.

[4] *eisdem*, A.

Et Prior bene cognouit quod Willelmus predictus presentauit personam sicut predictum est et quod ius aduocacionis illius descendit Hugoni fratri suo set idem Hugo dedit ei aduocacionem illam per cartam suam sicut predictum est[1].

Et ipsi dicunt quod carta illa non debet eis nocere, quia ipse Hugo fecit ei cartam illam in egritudine unde obiit et in lecto mortali, et tali tempore quo non potuit uidere, et ideo uidetur ei quod donum illud non debet eis nocere.

Et Prior dicit quod in ligia potestate sua priusquam reddidisset se domui sue in religionem dedit ei ecclesiam illam et diu postea uixit et donum illud et cartam eis fecit, in uilla de Cantebrigia coram multis hominibus uille illius[2]. ad iudicium.

105. [3]Henricus de Oylly petit uersus Mauricium de Gaunt v. carucatas terre cum pertinenciis in Westona ut ius suum etc. et unde idem Mauricius non habet ingressum, nisi per Matillidem uxorem eius que fuit filia ipsius Henrici cum qua dedit terram illam in maritagium et quia ipsa defuncta est sine herede de se petit terram illam ut illam que ei reuerti debet ut donatori. Oxon.

Et Mauricius uenit et defendit ius suum, nunc etc. et dicit, quod non debet ad hoc breue respondere quia breue loquitur de manerio de Westona cum pertinenciis et ipse petit v. carucatas terre in narracione sua, et desicut separat de breui suo, non uult respondere ad hoc breue nisi curia considerauerit.

Et Henricus cognoscit quod petit v. carucatas terre, et ille v. carucate terre sunt tota uilla. Et ideo consideratum est quod respondeat quia non separat de breui.

Et Mauricius uenit et petit uisum, habeat.

Nota quod non separat quis de breui suo si petat in breui v. carucatas et in narracione manerium, quia facit quod tantumdem ualet.

106. [4]Rosamunda que fuit uxor Philippi de Girunde petit uersus Robertum Passelewe manerium de Dodingtona ut dotem suam, unde predictus Philippus uir suus eam nominatim dotauit die etc. et inde producit sectam etc.

Et Robertus uenit et cognoscit bene quod manerium illud

[1] See Case 103.

[2] *Concordati sunt per licenciam iusticiariorum et habent cirographum*, A, B.

[3] A. m. 16 d; B. m. 12 d.

[4] A. m. 17; B. m. 13. The County should be Buckingham.

fuit hereditas Philippi, et est hereditas heredis sui et quod non clamat hereditatem in terra illa, set dicit quod idem Philippus dimisit manerium illud ei ad firmam ad terminum xvij. annorum, reddendo annuatim ei et heredibus suis xvj. lib. sterlingorum, tenendum a festo S. Mich. anno domini Regis H. secundo usque in octodecim annos sequentes etc. et inde profert quoddam cirographum sigillatum, quod idem testatur. Continetur eciam quod idem Philippus et heredes sui warentizabunt manerium illud cum pertinenciis predicto Roberto et cui assignare uoluerit usque ad terminum suum completum, et si forte contingat [1]quod de Roberto per mortem[1] ipsius Philippi et per custodiam heredis sui ante legitimam etatem uel aliquo alio modo per defectum warentizacionis aliquid perdiderit, heres ipsius Philippi cum ad legitimam etatem peruenerit, omnia dampna pro defectu suo habita, ei restaurabit etc. et hac racione petit Robertus quod heres ei warentizet.

Et ipsa petit iudicium si debeat ea racione dotem perdere.

Et sciendum quod idem Robertus alias noluit ei respondere sine waranto suo de dote sua, et ipsa ad diem illum[2] produxit warantum suum filium et heredem Philippi qui est infra etatem, et in custodia et Hugo de Wyndesores custos eius petit iudicium si infans qui infra etatem est debeat respondere ad warantiam ante etatem suam.

Concordati sunt per licenciam iusticiariorum et est concordia talis quod idem Robertus ei concessit et reddidit ei manerium illud in dotem, salua eidem Roberto uestura sua de blado in autumpno futuro, et ne heres possit uexari in posterum de termino illo idem Robertus custodi reddidit cyrographum inter eos confectum[3], et Robertus habeat omnia opera in autumpno quousque bladum colligatur.

107. Linc. per breue. [4]Abbas de Watham petit uersus Simonem le Bret, Henricum de Gardino Ricardum filium Brini, et Magnum filium Thurgoti seruicia et consuetudines quas ei facere

[1–1] *quod Robertus per mortem*, A, B.
[2] *istum*, A, B.
[3] B stops here.
[4] A. m. 18 d; B. m. 14 d. For a later stage of this dispute see Case 122.

debent, de libero tenemento suo quod de eo tenent in Wrengle, unde idem Abbas petit uersus Simonem redditum xx. sol. de decem bouatis terre et de reragio decem libr. et uersus Henricum xij. den. redditus de ij. bouatis terre, et uersus Ricardum xij. den. de j. bouata, et uersus Magnum xxxij. denar. seruicii de tribus bouatis terre etc. unde idem Abbas queritur quod ipsi Henricus, Ricardus et Magnus iniuste deuenerunt homines ipsius Simonis de omnibus predictis tenementis coram iusticiariis ultimo itinerantibus apud Lincolniam sine hoc quod idem Abbas nunquam uocatus esset ad warantum, sicut ille qui fuit in seisina illius seruicii ex dono patris predicti Simonis et inde producit sectam sufficientem.

Et Simon uenit et dicit quod habet plures terras in Wrengle, et petit de tenemento uisum unde petit seruicium etc. habeat. |

Et Henricus, Ricardus et Magnus ueniunt et cognoscunt [17 b.] quod idem Simon inplacitauit eos per breue de recto in curia Comitis Brittannie et postea in comitatu et postea apud Westmonasterium et tunc posite fuerunt loquele coram iusticiariis apud Lincolniam, et tunc quia non potuerunt habere consilium de respondendo, posuerunt se in magnam assisam uersus ipsum Simonem et tandem concordati fuerunt ita quod recognouerunt terras illas esse ius ipsius Simonis, et ipse Simon concessit eis tenere de eo et bene cognoscunt quod tenuerunt de Abbate sicut predictum est, et quod male et stulte fecerunt et ponunt se in misericordiam domini Regis etc.

Et quia finis factus fuit inter Simonem et predictos, et finis non potest defieri sine Simone, Consideratum est quod Simon summoneatur quod sit ad predictum terminum ostensurus, si quid clamat in seruicio predictorum de tenemento quod aliquando tenuerunt de Abbate de Wautham. et unde finis factus fuit inter eos coram iusticiariis etc. Et a die S. Joh. in tres septimanas uenit Simon et cognouit quicquid predicti Henricus Ricardus et Magnus cognouerant, et quod cirographum inde factum fuit. Et quum idem Simon non clamat tenere de ipso Abbate et si finis predictus staret,

Nota quod finis factus in curia Regis defactus est.

idem Abbas esset perdens de seruicio suo et de feodo, Consideratum est quod finis predictus cassetur et quod ipse de cetero faciat de feodo quod ipsi tenuerunt placitum[1] suum, et ipsi sint in misericordia et Simon reddidit cyrographa sua et ipsi habent diem reddendi cirographa sua a die S. Mich.[2] etc.

108. Essex. [3]Roeisia que fuit uxor Thome de Erdintona per attornatum suum petit uersus Comitem Willelmum Marescallum terciam partem unius carucate terre cum pertinenciis in Burstede ut dotem suam etc. unde predictus Thomas etc.

Exceptio contra dotem quod nichil. Et Comes uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia breue dicit de tenemento unde nichil habet et ipsa habet dotem presertim in Erdintona, et desicut breue dicit quod nichil habet non uult ad hoc breue etc. nisi curia etc.

Responsio quod habuit, set heres disseisiuit eam quando recepit hereditatem suam. cadit actio propter seisinam. Et Roeisia uenit et defendit quod nullam terram habet in dotem, set reuera quando Marescallus habuit custodiam terre que fuit domini sui ipse fecit ei dotem in Erdintona, set quando heres domini sui recuperauit terram suam ipse disseisiuit eam ita quod nichil habet et ideo petit dotem suam.

Et Marescallus dicit quod Willelmus Crassus fecit ei seisinam de dote sua, et in seisina fuit, et si postea fecit inde uoluntatem suam uidetur ei quod hoc non debet ei nocere ad respondendum.

Et post uenit Roeisia et petit licenciam recedendi de breui et habet et ideo Marescallus sine die.

109. Warr. [4]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Pultona, que uacat etc. cuius aduocacionem Wenteliena de Boullers[5] clamat uersus Abbatem de Lilleshulla, qui uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia bene cognoscit quod Robertus de Boullers presentauit ultimam personam etc. et idem Robertus dedit post presentacionem suam eidem Abbati et ecclesie S. Marie

Assisa ultime presentationis.

[1] *placitum* A, *uoluntatem* B.
[2] *in v. septim.* A, B.
[3] A. m. 20; B. m. 17.
[4] A. m. 23; B. m. 18 d.
[5] *Bulers*, B.

de Lilleshulla et canonicis etc. ecclesiam de Pultona in puram et perpetuam etc. et profert cartam suam que hoc idem testatur, profert eciam cartam Willelmi de Curtenay[1] heredis Baldewini de Boullers qui duxit in uxorem predictam Wentelianam et per quem ipsa clamat aduocacionem illam nomine dotis, que donum illud eis confirmat, profert eciam cartam Hereberti quondam Sarrisbiriensis Episcopi que aduocacionem etc. ex dono Roberti de Boullers eis confirmat etc.

Et ipsa per attornatum suum cognoscit bene quod Robertus predictus presentauit ultimam personam et dicit quod Robertus fecit cartam illam, si illam fecit, in languore unde obiit etc. Et quia ipsa nichil clamat nisi in dotem in terra illa ad quam aduocacio pertinet, et non potest sine waranto suo placitare, et preterea ambo cognoscunt quod Robertus presentauit ultimam personam etc., Consideratum est quod assisa remaneat et Abbas sine die, et cum warantus suus etc. inplacitet etc. respondeat[2].

Quod mulier que tenet nomine dotis non potest assisam portare sine waranto de dote sua propter responsionem tenentis cum loquitur de dono.

110. [3]Alicia que fuit uxor Walteri de Bernham per Thomam Carbonel attornatum suum petit uersus Rogerum de Cressy terciam partem tocius uille de Alflentona ut dotem suam etc. unde predictus Walterus eam dotauit etc. Suf.

Et Rogerus uenit et dicit quod non debet ei respondere, quia ipsa Alicia est de potestate Regis Francie et residens in Francia, et prouisum est a consilio domini Regis[4] quod nullus de potestate Regis Francie respondeat[5] in Anglia, antequam Anglici respondeantur de iure suo in terra Regis Francie et ipsa nullam mananciam[6] habet in partibus istis. Et attornatus Alicie non potuit hoc dedicere et ideo sine die et eodem modo recedit uersus Aliciam de Bernham etc. de eodem.

Exceptio contra dotem, quia mulier que dotem petit, fuit de potestate Regis Francie. cadit actio[7].

111. [8]Prior de Castelacra petit uersus Walterum de Grauncurt quod permittat eum presentare ydoneam personam ad ec- Norff.

[1] *Cortenay*, B.

[2] *et cum warantus suus recuperauerit hereditatem suam, inplacitet eum si uoluerit*, A, B.

[3] A. m. 23.

[4] *et tocius regni*, A.

[5] *respondeatur*, A, and rightly.

[6] *manantiam*, A.

[7] See Br. f. 298.

[8] A. m. 23; B. m. 18 d. For an earlier stage in this dispute see above Case 64.

clesiam de Fulmodestona que uacat ut dicitur, unde idem Prior queritur quod eum iniuste inpedit eo quod donacio illius ecclesie ad eum spectat. |

[18.] Et Walterus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia breue dicit ad ecclesiam que uacat etc. et ecclesia non uacat immo Gaufridus de Hasting' est inde persona et fuit iam sex annis transactis et ideo non uult respondere nisi curia considerauerit.

Nota quod mandatum est[1] .... quod rescribat si ecclesia sit uacans ad Quare impedit.

Et Prior dicit quod uacat et si aliquis illam tenet, hoc non est per aliquem aduocatum, nec per episcopum loci et ideo datus est eis dies etc. de audiendo iudicio suo et interim perquirat Walterus uel persona literas episcopi patentes ad testificandum utrum uacat nec ne.

112. Sussex. [2]Abbas de Theokesburia[3] per attornatum suum petit uersus R. Episcopum Cicestrie aduocationem capelle de Kingestona ut ius ecclesie sue etc. et ut illam unde Abbas Fromundus predecessor suus fuit seisitus ut de iure ecclesie sue tempore Henrici Regis aui domini Regis, ita quod presentauit quemdam Rogerum clericum qui ad presentacionem suam fuit admissus, capiendo inde expleta ad ualenciam dimid. m. ut ex oblacionibus et huiusmodi et hoc offert diracionare etc.

Et Episcopus per attornatum suum uenit et defendit ius suum et dicit, quod ecclesia illa est capella pertinens ad ecclesiam de Feringes que est prebenda ecclesie sue de Cicestria de donacione sua, unde uidetur ei quod non debet ei respondere, eo quod uocat eam capellam in breui suo et si hoc non sufficit, ponit se in magnam assisam domini Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat in aduocacione illius capelle ut pertinentis ad ecclesiam de Feringes uel idem Abbas.

Et Abbas per attornatum suum dicit quod die quo Fromundus Abbas fuit seisitus de aduocacione illa sicut predictum est, fuit capella illa ecclesia habens quicquid matrix ecclesia habere debuit, et si Episcopus postea illam

[1] A word (doubtless *episcopo*) has faded away.

[2] A. m. 24 d; B. m. 19 d. As to bringing an assize for a chapel see Br. f. 241 b.

[3] *Tyhokesbir'*, B.

assignauerit ad ecclesiam de Feringes hoc non debet ei nocere, ad aduocacionem suam amittendam.

Nota. Magna assisa de aduocacione ecclesie simpliciter.

Consideratum est quod assisa iacet de aduocacione ecclesie simpliciter.

113. [1]Ricardus de Cumba petit uersus Nicholaum de Purle unam hidam terre cum pertinenciis in Sandestede ut ius suum etc. Surr.

Et Nicholaus uenit et uocauit inde ad warantum Abbatem de Hida per auxilium curie, et Abbas summonitus fuit etc. Ad diem illum[2] uenit frater Walterus de Sancto Dauid monachus et dicit quod est attornatus Abbatis per breue domini Regis per quatuor milites, scilicet per Adam de Combbamptona et alios[3] et quia idem Walterus loco Abbatis warentizat eidem Nicholao terram illam, per consilium curie respondeat pro Abbate, et milites quia non uenerunt athachientur etc.

De attornato facto per quatuor milites si uenerit et milites non, admittatur de consilio curie, et milites attachientur, set si tenens se posuerit in assisam magnam ponatur loquela in respectum quousque milites testificati fuerint.

Ricardus petit uersus eundem Abbatem j. hidam terre cum pertinenciis in Sanstede ut ius suum et ut illam unde Osbertus auus suus fuit seisitus etc. tempore Henrici Regis aui domini Regis et de ipso Osberto etc. descendit ius terre illius.

Et Abbas per predictum attornatum suum uenit et defendit ius suum et ponit se in magnam assisam domini Regis et petit recognicionem fieri utrum idem Abbas maius ius habeat tenendi terram illam in dominico uel Ricardus de eo, set quia incertum est utrum sit attornatus nec ne, preceptum est uicecomiti quod habeat corpora militum a die etc. et quod partes intersint et tunc habeant iudicium suum de assisa[4]. Ad diem illum uenerunt quatuor milites predicti et dixerunt quod Abbas posuit loco suo Walterum monachum et ideo milites sine die etc.

114. [5]Ricardus de Chabaum'[6] petit uersus R. Episcopum Cicestrie aduocacionem ecclesie de Syelmestona ut ius suum etc. et ut illam unde Ricardus auus suus fuit seisitus tempore Henrici Regis aui domini Regis, ita quod presen- Sussex.

[1] A. m. 24 d; B. m. 18 d.
[2] *istum*, A.
[3] Names in A.
[4] Here B stops.
[5] A. m. 25; B. m. 20 (in bad condition).
[6] *Cāhaum'*, A.

tauit quemdam clericum Warinum nomine ad ecclesiam illam qui ad presentacionem suam fuit admissus, capiendo inde expleta ad ualenciam dimid. m. ut in oblacionibus etc. et de illo Ricardo descendit ius illius aduocacionis Ricardo filio suo et patri istius Ricardi et de ipso Ricardo huic Ricardo ut filio suo etc. et hoc offert etc.

Et Episcopus per attornatum suum defendit ius suum nunc et alias quando defendere debebit et dicit quod aduocacionem illam habet ipse ex dono antecessorum ipsius Ricardi per cartam suam quam profert et que hoc testatur quod Ricardus de Kabaum' auus ipsius Ricardi pro salute etc. dedit et concessit etc. ecclesie S. Trinitatis Cicestrie in perpetuam prebendam ecclesiam de Syelmestona cum capellis terris decimis etc. et eam in manum domini Johannis Cicestrensis Episcopi resignauit in quamcumque ei placuerit personam ecclesiasticam nomine prebende libere transferendam, hanc autem concessionem fecit assensu Osmundi filii et heredis sui. Profert eciam literas R. Episcopi Sarrisbiriensis patentes testificantes quod cum ipse esset Episcopus Cicestrensis quod[1] contulit prebendam in ecclesia Cicestrie que fundata est in ecclesia de Hedfeld et in ecclesia de Syelmestona Johanni capellano etc. unde dicit quod idem Ricardus ut heres aui sui debet aduocacionem illam ei warantizare et petit quod illam ei warantizet.

Et Ricardus dicit quod carta illa non debet ei nocere quia tempore predicti domini Henrici Regis aui disseisitus fuit Ricardus auus suus de omnibus terris suis per uoluntatem domini Regis pro quadam discordia que fuit inter ipsum Ricardum et Willelmum de Cabaum', ita quod fuit extra seisinam per sex annos et dum fuit ita disseisitus facta fuit ista carta si umquam facta fuit dum nullam potestatem habuit de terris suis set postea si facta esset, fuit idem Ricardus auus suus inde seisitus et presentauit predictum Warinum clericum et inde offert ponere se super patriam et si hoc non sufficit offert diracionare prout curia considerauerit. |

[18 b.] Et Episcopus dicit quod facta fuit in ligia potestate aui

[1] Omit *quod*.

sui et dum fuit in seisina de terris suis et defendit quod nunquam postea presentauit Rog'[1] clericum ad ecclesiam illam immo J. Episcopus Cicestrie presentauit predictum Warinum et apreciauit[2] ecclesiam illam et Warinus obiit canonicus et inde poneret se super testes nominatos in carta si uiui essent et ponit se super patriam et Ricardus similiter.

Post uenit Episcopus per attornatum suum et ponit se in magnam assisam domini Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat in aduocacione ut ex dono predicti Ricardi de Cabaum' uel predictus Ricardus. **Magna assisa de iure aduocacionis.**

115. [3]Maria de Tallewurth summonita fuit ad respondendum Thome Kyriel quare ipsa fecit uastum et destruccionem de gardino ipsius Thome in Tallewurth postquam ipse gardinum illud recuperauit uersus eam etc. unde idem Thomas queritur quod ipsa scidit et destruxit xxvij. arbores de gardino, scilicet pomeria et piraria et quercus et dampnum et uastum fecit ad ualenciam centum solidorum et inde producit sectam etc. **Surr.**

Et Maria uenit et defendit contra eum et contra sectam suam, quod numquam postquam Thomas predictus recuperauit seisinam suam uersus eam coram iusticiariis itinerantibus fecit uastum uel destruccionem nec arbores ut ipse dicit scidit et hoc offert defendere sicut curia considerauerit. **Quod de uasto fiat iurata si etc.**

Et Thomas producit sectam quod postquam recuperauit fecit destruccionem et si secta non sufficit ponit se super patriam etc. Consideratum est quod iurata inde fiat et ueniat in crastino S. Trinitatis[4] etc. ad recognoscendum si ipsa postquam idem Thomas terram illam recuperauit uersus eam et warantum suum, fecit uastum etc. et arbores scidit et destruccionem ad ualenciam c. sol. etc.

116. [5]Henricus de Braybrok petit uersus Edelinam de Broc quod warentizet ei j. carucatam terre cum pertinenciis in Piperhargh' quam Radulfus filius Bernardi et Alienora uxor eius clamauerunt uersus ipsum Henricum per assisam mortis antecessoris et unde idem Henricus uocauit coram iusticiariis **Suht.**

[1] *Ric'*, A.
[2] *aprebendauit*, A, but indistinctly.
[3] A. m. 25; B. m. 20 d.
[4] *a die S. Trin. in xv. dies* A, B.
[5] A. m. 25 d; B. m. 20 d.

etc. ipsam Edelinam ad warantum uersus eos, et quam terram idem Henricus amisit per defaltam ipsius Edeline, et unde idem Henricus profert cartam ipsius Edeline que testatur, quod ipsa in libera potestate sua et omnino quieta de marito, dedit etc. Henrico de Braybrok et Clemencie uxori eius totum manerium de Piperhargh' cum omnibus pertinenciis suis et preterea grauam de Ledlinges et grauam de Sakelesford, habendum et tenendum ipsi Henrico et heredibus suis de ipsa et heredibus suis totum manerium cum pertinenciis et cum grauis etc. et ipsa warentizabit eidem Henrico et heredibus suis etc. contra omnes homines etc. et hac racione petit quod ei warentizet terram illam.

Et Edelina uenit et dicit quod non debet terram illam ei warentizare, quia ipsa nunquam illam ei dedit, nec dare potuit quia ipsa nunquam inde seisinam habuit ita quod eam dare posset, quia Stephanus uir suus dedit terram illam in maritagium cum Clemencia filia sua Alano de Plugenhay, qui illam tenuit tota uita sua et post eum Waundricus de Curtell' duxit eam in uxorem, et habuit eandem terram cum illa, et defuncto Waundrico idem Henricus duxit eam in uxorem et eamdem terram cepit cum ea ut maritagium ipsius Clemencie, et nunquam ad eam postea reuersa fuit, unde bene defendit quod ipsa nunquam fuit seisita de terra illa, ita quod eam dare posset et inde ponit se super iuratam patrie.

Et Henricus uenit et dicit quod ipsa fuit seisita de terra illa die quo ipsa donum illud ei fecit ita quod predicta Clemencia reddidit ipsi Edeline terram illam, eo quod eam iniuste ceperat, et ipsa Edelina terram illam ei dedit sicut predictum est apud Cattehulla, et in libera potestate sua, et inde producit sectam, scilicet Henricum le Sauuage et alios [1] qui interfuerunt ubi ipsa donum illud ei fecit, et si hoc non sufficit offert diracionare per corpus predicti Henrici le Sauuage qui hoc offert diracionare per corpus suum etc. ut ille qui interfuit et hoc uidit.

Consideratum est quod inquiratur per sacramentum xij.

[1] Four other persons are named in A. The names of the persons produced as suit (*secta*) occasionally appear on the rolls.

hominum si ipsa Edelina fuit umquam seisita in dominico ut de feodo de terra illa postquam terra illa data fuit Alano de Plugenhay in maritagium cum ipsa Clemencia, ita quod ipsa Edelina eam dare posset ipsi Henrico uel non. Veniat iurata die etc.

117. [1]Abbas de Burgo per attornatum suum peciit uersus Willelmum de Thorpe vij. acras terre cum pertinenciis in Thorpe et j. mesuagium cum pertinenciis in Burgo, ut ius ecclesie sue, Et Willelmus uenit etc. et uocauit inde ad warantum scilicet de vij. acris Widonem de Wateruilla et de mesuagio Berengerium Hoget et habuit auxilium curie de illis summonendis quod essent a die etc. et tunc se essoniauit Willelmus, et dictum fuit essoniatori suo quod exspectaret uersus Wydonem et Berengerium, et ipse non exspectauit etc., nec ipsi uenerunt. Et quia idem Willelmus non est secutus uersus warantos suos et ipsi fecerunt defaltam, et ipse non habet quos uocauit ad warantum, Consideratum est quod Abbas recuperauit seisinam suam et Willelmus in misericordia, et ex gracia curie ipsi Wydo et Berengerius summoneantur quod sint a die etc. ad warentizandum. Norht.

Ubi quis recuperat seisinam quia tenens non habuit warantum suum et nihilominus warantus postea summonetur ad warantizandum, set de gracia.

118. [2]Dies datus est Arnaldo de Martona et Waltero de Martona petentibus per attornatum suum et Willelmo de Flemeburgo et Serloni filio Anfridi qui se faciunt responsales Radulfi filii Willelmi de Flemeburgo tenentis de audienda eleccione[3] de vj. bouatis terre cum pertinenciis in Martona unde idem Radulfus qui tenens est posuit se in magnam assisam etc. et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in terra illa a die etc. pro defectu | electorum eo [19.] quod omnes obierunt et ideo quatuor de nouo summonentur etc. et uicecomes mittat eosdem milites ad predictum Radulfum ad audiendum si ipse loco suo misit predictos Willelmum et Serlonem etc. et illos summoneat quod sint etc. ad testificandum etc. si idem Radulfus misit predictos etc. loco suo ad respondendum pro eo predictis Arnaldo et Waltero de predicta terra et ad eligendum etc. xij. etc. Ebor.

Ubi quis habuit languorem et misit responsales suos et unde de nouo electi fuerunt quatuor milites ad eligendum quia primo electi obierunt, et uicecomes mittat eosdem milites ad ipsum qui misit responsales suos ad cognoscendum si misit tales etc.

[1] A. m. 27; B. m. 21 d.
[2] A. m. 27; B. m. 21 d.
[3] To hear the four knights elect twelve recognitors of a grand assize touching six ox-gangs of land in Marton.

Et sciendum quod Radulfus essoniauit se de malo lecti et habuit languorem.

119. Sussex.

[1]Reginaldus Carpentarius per attornatum suum petit uersus Aliciam de Medham dimidiam uirgatam terre cum pertinenciis in Medham ut ius suum etc. et ut illam unde etc. et ipsa uenit et dicit quod nichil clamat nisi dotem suam et uocat inde ad warantum Hugonem Sanzau' qui presens fuit et ei warentizauit et petit inde uisum, habeat.

Nota quod uisus conceditur waranto postquam warantizauit de terra quam warantizauit.

Idem petit eodem modo et per eadem uerba uersus Hugonem Sanzau' j. uirgatam terre cum pertinenciis in Medham ut ius suum et Hugo uenit et de utraque terra petit uisum, habeat. Dies datus est etc. et interim etc. et Alicia remaneat.

120. Ebor.

[2]Dies datus est Simoni le Archer petenti et Waltero de Mitlefeld[3] qui dicit quod Gaufridus de Mitlefeld[3] qui se essoniauit de malo lecti et qui habuit languorem, eum misit ad respondendum pro eo de tribus bouatis terre cum pertinenciis in *Japun*, unde magna assisa summonetur ad recognoscendum utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipso Simone ut illam quam dedit Ricardo fratri suo uel idem Simon in dominico etc., a die S. Trin. etc. pro defectu recognitorum quia nullus uenit et Simon habuit breue de illis summonendis, et amisit illud etc. Et ideo preceptum est uicecomiti quod habeat corpora omnium recognitorum etc. et ex illis militibus mittat quatuor ad predictum Gaufridum ad audiendum si warentizare uoluerit quod misit predictum Walterum loco suo et si uoluerit eum attornare ad lucrandum etc. in loquela illa etc. Et quia omnes recognitores obierunt preterquam quatuor[5], idem quatuor eligant xij. etc. ad faciendum etc. et remaneant in eadem assisa.

Item quidam se essoniauit de malo lecti postquam se posuit in magnam assisam et habuit languorem et non uenit set misit responsalem, et quia xij. milites mortui sunt preter quatuor, mittantur illi quatuor ad languidum ad audiendum ut supra[4], et de nouo eligant ex se et aliis xij. etc.

121. Sumerset.

[6]Willelmus filius Willelmi de Monte Acuto summonitus ad cognoscendum quid iuris ipse clamat in duabus hidis terre et dimidia cum pertinenciis in Suttona, quas Ricardus de Monte Acuto frater suus clamat uersus Matheum de Cliuedona et Willelmum filium Drogonis per assisam mortis

[1] A. m. 27; B. m. 21 d.
[2] A. m. 27; B. m. 21 d.
[3] *Mikelfeld.*
[4] This refers to Case 118.
[5] Names in A, B.
[6] A. m. 27; B. m. 21.

antecessoris, et unde idem Ricardus dicit quod predictus Willelmus nichil iuris habet in terra illa etc. Et Willelmus uenit et dicit quod reuera nullum ius habet, quia ipse natus fuit antequam mater sua patri ipsius Ricardi fuit desponsata[1].

Et Ricardus quesitus si Willelmus frater suus habeat aliquid de hereditate patris sui, dicit quod reuera habet set iniuste et per Willelmum de Monte Acuto capitalem dominum suum.

122 [2]Simon le Bret petit uersus Alanum clericum de Wrengle quem Abbas de Watham uocauit ad warantum et qui ei warentizauit j. mesuagium cum pertinenciis in Wrengle ut ius suum etc. et ut illud unde Simon pater suus fuit seisitus etc. tempore Regis Ricardi capiendo inde expleta etc. ad ualenciam v. s. et de ipso Simone descendit ius terre illius ipsi Simoni ut filio et heredi suo etc. Linc.

Et Alanus uenit et defendit ius suum etc. set dicit quod mesuagium illud pertinet ad terram illam quam idem Simon clamat uersus eum unde idem Alanus posuit se in magnam assisam domini Regis, et unde Abbas de Wautham questus fuit quod iniuste posuit se in magnam assisam et petit assisam defieri, et ideo uidetur ei quod non debeat inde respondere priusquam consideratum fuerit utrum assisa debeat procedere nec ne. Et ideo remaneat quousque sciatur de assisa.

Nota una loquela remanet quia dependet de alia, quousque prima terminetur.

123 [3]Assisa uenit recognitura si Robertus Cocus auunculus Willelmi fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dimidia hida terre cum pertinenciis in Hattona die quo obiit, et si etc. et si idem Willelmus etc, quam terram Johannes de Couele tenet. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia finis factus fuit de eadem terra in curia domini Johannis Regis per cirographum quod profert et quod testatur, quod finis factus fuit inter Rogerum filium Ricardi petentem et Walterum de Couele patrem ipsius Johannis de Midd.

[1] Here B stops.

[2] A. m. 27 d; B. m. 22. For an earlier stage of this dispute see Case 107.

[3] A. m. 27 d; B. m. 22 (in bad plight). Cited by Bracton, f. 437 b, as of Trinity term A. R. 4. The proceedings recorded above seem to be final.

eadem terra, ita quod per finem illum remisit[1] terra eidem Waltero quieta, et desicut idem Willelmus tunc fuit in terra et etatem habuit et non apposuit clamium suum, petit iudicium si super finem illum debeat assisa procedere, et preterea idem Robertus bastardus fuit et nunquam duxit uxorem et ideo de eo non potest assisam habere.

Et preterea[2] Willelmus uenit et dicit quod tunc fuit ultra mare et nullam producit sectam nec uult ponere se super iuratam et ideo datus est dies etc. de audiendo iudicio et iurata remaneat. Et quia Willelmus nullam sectam habet quod fuit extra regnum nec uult ponere se super iuratam, consideratum est quod Johannes eat inde quietus et Willelmus in misericordia.

Nota de clamio non apposito set dixit quod fuit ultra mare nullam habuit probationem et ideo tenens sine die.

124. Norf.

[3]Aelesia que fuit uxor Ricardi le Neweman per attornatum suum optulit se quarto die uersus Willelmum le Neweman de placito medietatis xx. acrarum terre cum pertinenciis in Gattele etc. et uersus Rogerum le Neweman de placito medietatis xx. acrarum terre cum pertinenciis in eadem uilla, quas ipsa clamat in dotem uersus eos etc. Et ipsi non uenerunt et habuerunt diem per essoniatores suos, ita quod pecierunt uisum de terris illis et datus fuit eis dies etc. et tunc se essoniauerunt etc. et habuerunt diem per essoniatores suos a die etc. et tunc non uenerunt. Et ideo consideratum est quod medietas capiatur in manum domini Regis etc. et ipsi summoneantur quod sint a die S. Trinitatis etc. |

Nota capitur terra pro defalta[4] per paruum cape, set statim ueniunt tenentes et respondent.

[19 b.]

Post uenerunt Willelmus et Rogerus et ipsa petit uersus eos predictas medietates ut dotem suam etc. et ipsi ueniunt et dicunt quod tenent terram illam cum uxoribus suis et uocant eas inde ad warantum habeant eas ad predictum terminum.

Nota quod warantus cum uocatus fuerit ad warantum et teneat nomine uxoris licet uxor primo non......[5] uocat warantus uxorem suam ad warantum.

[1] Corr. *remansit*, A.
[2] Omit *preterea*, A.
[3] A. m. 27 d; B. m. 22 d.
[4] Perhaps *per defaltam*. The land is seized under the little not the great cape because the default is after appearance.
[5] A word or two words not deciphered; the heading of the new term and the marginal note interfere with each other. This note does not seem very appropriate to the case for William and Roger are not warrantors but original defendants.

DE TERMINO S. HYLARII ANNO REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS SEXTO.

125. Michaelis persona de Stratfordia atthachiatus fuit ad respondendum Radulfo filio Roberti de placito quare non tenet ei finem factum in curia Regis Ricardi inter Magistrum Fabianum quondam personam eiusdem ecclesie etc. et Ricardum[1] filium Roberti patrem ipsius Radulfi cuius heres ipse est, de xxv. acris terre cum pertinenciis in Stratfordia, unde cirographum etc. quod profert et quod testatur, quod finis factus fuit inter Magistrum Fabianum personam ecclesie de Stratfordia et Robertum Militem de Stratfordia et Robertum filium Roberti de xxv. acris terre de Ware[2] cum pertinenciis in Stratfordia, quas predictus Fabianus clamauit ad feodum ecclesie sue, scilicet quod predictus Robertus Miles cognouit predictum tenementum esse feodum predicte ecclesie, et illud ei reddidit etc. et Magister Fabianus concessit per *gramtum*[3] prefati Roberti militis, prefato Roberto filio Roberti totum prefatum tenementum cum capitali mesagio, tenendum sibi et heredibus suis de predicta ecclesia de Stratfordia per seruicium quatuor sol. per annum pro omni seruicio saluo forinseco etc. unde idem Radulfus ostendit quod Robertus pater suus per finem illum fuit seisitus de terra illa tota uita sua post finem illum, et obiit inde seisitus, et post mortem eius remansit ipse in custodia predicti Michaelis cum terra illa, et contra finem illum deforciat ei totam terram illam et petit quod finis teneatur.

Suff.

De fine facto.

Et Michaelis per attornatum suum uenit et defendit uim et iniuriam, et dicit quod de fine illo nichil scit quia ecclesia sua per xl. annos seisita fuit de terra illa in dominico, et seisita est ita quod Robertus pater eiusdem Radulfi per finem illum si factus fuit, nunquam seisinam habuit de terra illa, nec inde obiit seisitus, et inde ponit se super iuratam et Radulfus similiter ad recognoscendum si predictus Robertus post finem factum inter eum et predictum Fabianum de

[1] Corr. *Robertum?*
[2] *de warecto?*
[3] Probably it should be *grantum*, a grant; see Ducange.

predicta terra in prefata curia, remansit in seisina eiusdem terre et obiit seisitus ut de feodo nec ne, quia tam predictus Michaelis quam etc.[1]

126. Surr. Willelmus filius Benedicti petit uersus Willelmum de Wautona redditum xx. sol. in Bicham ut ius suum, unde ipse Willelmus filius Benedicti fuit seisitus etc. ita quod ipse Willelmus per manum suam redditum illum ei reddidit, ut illum quem Henricus de Taydene ei dedit per cartam suam, quam profert et que testatur, quod idem Henricus dedit etc. Willelmo filio Benedicti de *London* pro homagio et seruicio suo xx. solidatas quieti redditus cum omnibus consuetudinibus suis quas Willelmus de Wautona reddidit eidem Henrico in uilla de Bicham etc., habendas et tenendas eidem Willelmo filio Benedicti et heredibus suis uel cuicumque dimittere et assignare etc. unde idem Willelmus filius Benedicti dicit quod per donum illud et per cartam illam attornauit idem Henricus predictum Willelmum de Wautona ad reddendum ei seruicium illud, et idem Willelmus spontanea uoluntate sua fecit ei fidelitatem de redditu illo reddendo ei, et illum redditum ei reddidit per manum suam et hoc offert probare sicut etc. unde dicit quod aretro sunt xl. sol. de duobus annis.

Nota de seruicio attornato alicui et ubi tenens se attornauit et reddidit redditum.

Et Willelmus de Wautona uenit et defendit quod nullum redditum ei debet, nec aliquid de eo tenet, nec Henricus unquam assignauit eum eidem Willelmo, nec assignare potuit, quia non tenuit de Henrico in capite, immo tenet tenementum illud de Johanne de Wautona, et Johannes de Gileberto de Albingewrthe, et Gilebertus de eodem Henrico et ideo non debet eidem Willelmo inde respondere.

tenens deaduocat, quia tenet de alio quam de eo qui attornauit per plures gradus[2].

Et Willelmus filius Benedicti dicit quod iniuste dicit, quod non reddidit ei redditum illum et quod non tenet de eo et profert cartam eiusdem Willelmi de Wautona que testatur, quod idem Willelmus de Wautona debuit eidem Willelmo x. sol. soluendos eidem Willelmo uel eius assignato ad Natiuitatem S. Marie[3] et nisi fecerint[4] computabitur

[1] Because both Michael and Ralph have put themselves upon a jury.

[2] As to such a disavowal of an attornment, see Br. f. 82.

[3] Sept. 8.

[4] Corr. *fecerit*.

illis de prima solucione xx. sol. quos ego et heredes mei reddimus annuatim ad festum S. Michaelis dicto Willelmo filio Benedicti etc. de terra mea de Micham quam de dicto Willelmo teneo per predictum seruicium xx. sol. per annum, et si contigerit quod ego etc. dictos xx. sol. dicto W. uel eius assignato ad terminum integre non persoluerimus, concedo quod dictus Willelmus distringat[1] dictum feodum etc. secundum usus et consuetudines illius feodi et plenarie iura et forisfacturas inde recipiant etc.

Et Willelmus de Wautona bene cognoscit cartam suam set dicit quod nunquam attornatus fuit eidem Willelmo filio Benedicti, nec potest recedere de Johanne domino suo sine eo et ideo datus est eis dies etc. et Willelmus habeat breue quod Henricus summoneatur ad warentizandum eidem Willelmo xx. sol. redditus quem ei dedit per cartam suam de tenemento quod Willelmus de Wautona tenet in Bicham, uel ad ostendendum quare ei warentizare non debeat etc. et quod Johannes et Gilebertus summoneantur etc. ad ostendendum quid | ipsi clamant in xx. solid. redditus quem Henricus de Taidene dedit eidem Willelmo filio Benedicti et unde idem Willelmus de Wautona attornatus fuit eidem Willelmo de redditu illo reddendo etc. **Ille qui concessit summonetur ad warentizandum, et illi qui medii sunt ad ostendendum quid iuris clamant in redditu illo[2].** [20.]

127. Conuenit per licenciam capital' iustic'[3] inter Robertum de Veteri Ponte et Ydoneam uxorem eius petentes per ipsum Robertum et Ricardum de Cuni positos loco eiusdem Ydonee etc. et Aliciam Comitissam de Auge tenentem per Gaufridum de Baillas et Gaufridum de S. Leodegario etc. de honore de Tikenhulla cum pertinenciis etc. unde etc. scilicet quod idem Robertus et Ydonea remisuerunt[4] et quietum clamauerunt etc. totum ius et clamium quod habuerunt in tota predicta terra cum pertinenciis et pro hac remissione et quieta clamancia etc. eadem Alicia concessit eisdem Roberto et Ydonee totum feodum quod ipsi prius tenuerunt de ea de predicto honore, habendum et tenendum de ea, ipsis etc. per seruicium j. militis pro omni seruicio et exaccione et consue- **Ebor.**

[1] Originally *Willelmus etc. distringant.*

[2] The tenant pleads that between him and the claimant of the rent there are two mesne lords. These *medii* are summoned.

[3] Probably *capitalis iusticiarii.*

[4] Corr. *remiserunt.*

tudine, unde ipsi prius fecerunt seruicium septem militum et dimidii et alia seruicia etc. et preterea eadem Alicia dat eis c. libr.

128. Sussex. De quadam que se fecit inpregnatam cum non esset, et postea cognouit quod non.

Preceptum fuit uicecomiti quod haberet etc. corpus Matillidis que fuit uxor Ricardi de Thorneia que dicit se esse inpregnatam, et que non est inpregnata ut Ricardus de Grenestede et alii heredes predicti Ricardi de Thorneia dicunt. Et Matillis uenit et dicit quod non credit se esse inpregnatam, et cognoscit quod die[1] Sabbati proxima ante Cineres transierunt decem et septem ebdomade post mortem uiri sui et bene concedit quod ipsi heredes domini sui habeant hereditatem suam nec uult contra eos esse.

129. Ebor. Nota uisus de dote[2].

Hugo le Bretun et Custancia uxor eius per attornatum eiusdem Custancie petunt uersus Warinum de Vescy tres carucatas terre et xiiij. acras terre j. bouat' et xx. acr' prati minus cum pertinenciis in Cnapetona ut dotem eiusdem Custancie, unde Warinus filius predicti Warini quondam uir suus eam dotauit per assensum etc.

Et Warinus uenit per attornatum suum et petit uisum habeat.

130. Lanc. De prohibitione de catallis clerici a domo sua asportatis que fuerunt in feodo ecclesie[6].

Henricus de Boultona athachiatus fuit ad respondendum Rogero de Pilkintona etc. de placito quare ipse secutus est placitum in curia[3] de catallis que non sunt[4] etc. contra prohibicionem etc.

Et Henricus uenit et defendit quod de nullis catallis traxit eos in placitum set de sacrilegio facto in ecclesia sua de Boultona unde ipse est persona sicut de libris et de bonis ecclesie sue asportatis secutus fuit placitum in curia illa sicut clericus et persona ecclesie. Et Rogerus et alii dicunt quod nullum sacrilegium fecerunt et dicunt quod si aliquid inde factum fuit, hoc fuit tempore guerre et inde ponit[5] se super iuratam.

Et Henricus dicit quod hoc fuit tempore pacis, et ante guerram, et non in guerra et inde ponit se super iuratam ita quod si inquisitum fuerit quod hoc fuit tempore pacis,

[1] March 4.
[2] See Br. f. 297.
[3] Supply, *cristianitatis*.
[4] ? *de matrimonio vel de testamento*.
[5] Corr. *ponunt*.
[6] See Br. f. 407. Prohibition does not lie when a clerk's chattels have been carried off by force.

quod possit sequi in curia cristianitatis, sin autem quod sequatur in curia domini Regis et alii hoc concedunt. Ideo preceptum est uicecomiti quod assumptis secum custodibus[1] etc. et coram eo et coram eis per sacramentum xij. legalium etc. de uisneto de Boultona per quos etc. et qui nec Robertum de Gresley nec homines suos nec predictum Henricum etc. diligenter inquirat si predicti etc. fregerunt domum eiusdem Henrici in Boultona etc. que sita est in feodo ecclesie etc. et si tempore pacis ante guerram, et catalla sua asportauerunt etc. uel si tempore guerre etc. et inquisicionem illam scire faciat etc. et quo die et quo anno etc.

131. Ricardus de Hauekescherche petit uersus Abbatem de Cerne[2] quinque ferlingos terre cum pertinenciis in Hauekescherche in quos idem Abbas non habet ingressum nisi per Magistrum Philippum de Hauekescherche, qui ipsum Ricardum iniuste et sine iudicio inde disseisiuit post ultim' etc. ita quod assisa noue disseisine[3] etc. et uisus et remansit occasione mortis eiusdem Philippi. Dorset.

Et Abbas uenit et dicit quod nullum ius habet per predictum Philippum in terram illam quia priusquam Philippus haberet terram illam, tenuit idem Abbas terram illam ut ius ecclesie sue etc. et illam tradidit eidem Philippo ad firmam, ita quod idem Philippus illam habuit per eundem Abbatem et ecclesia sua semper fuit inde seisita postquam fundata fuit et inde ponit se super iuratam.

Et Ricardus dicit quod ipse tenuit terram illam ut ius suum et post mortem Roberti patris sui remansit ipse in terra illa ut in libero tenemento suo et illam tenuit usque idem Philippus eum inde disseisiuit et petit seisinam. Post dicit idem Ricardus quod in uita patris sui tenuit ipse terram illam ex dono Roberti patris sui per xij. annos et deaduocat quod narrator suus pro eo narrauit[4].

Et Abbas per attornatum suum dicit quod idem Ricardus

[1] *placitorum corone.*
[2] Monast. vol. 2, p. 621.
[3] *arramiata fuit et uisus factus fuit?* See Br. f. 218 b.
[4] He disavows his pleader's plea. This is a rare notice of the *narrator*.

nunquam inde seisinam habuit ut de libero tenemento et inde ponit se super iuratam et Ricardus similiter. |

[20 b.] Post uenit Ricardus et cognouit quod iusticiarii non uenerunt in partes illas post breue noue disseisine inpetratum et quod nescit si uicecomes illud habeat nec ne. Et ideo exspectet aduentum iusticiariorum in partes illas quousque per iudicium curie recesserit de breui, et Abbas sine die.

Nota quod oportet recedere de breui inpetrato per iudicium curie antequam respondeatur ad breue de nouo inpetratum[1].

132. Sussex. Matheus Longus et Gregorius filius Albrichi optulerunt se quarto die uersus Henricum Capellanum de Rye de placito quare secutus est placitum in curia etc. de laico feodo ipsorum Mathei et Gregorii in La Rye contra etc. et Henricus non uenit etc. et attachiatus fuit semel per Willelmum Duncharde et Thomam Ruffum et ideo in misericordia et testatum est[2]. Et iterum preceptum fuit uicecomiti quod poneret eum per meliores plegios et uicecomes mandauit quod noluit plures plegios inuenire et quod habet laicum feodum etc. et ideo preceptum est uicecomiti quod distringat eum per terram suam et per catalla inuenta in laico feodo quod sit in crastino Ascensionis Domini etc.

Nota quod primi plegii amercientur ante secundam districtionem[3].

133. Leirc. Hugo filius Willelmi optulit se quarto die uersus Nicholaum de Bulkintona de placito quatuor uirgatarum terre cum pertinenciis in Newentona quas clamauit uersus eum ut ius suum, et ut illas quas non habuit nisi ad terminum et Nicholaus non uenit etc. et terra capta fuit etc. pro defectu suo apud Couintriam coram iusticiariis ultimo itinerantibus etc. et ipse resummonitus fuit et non uenit etc. et super hoc uenit Isabella uxor predicti Nicholai et dixit quod Nicholaus uir suus obiit in Kantia set nullam inde produxit sectam nec Hugo sectam habuit quod uiuus sit, unde dies datus fuit eis apud Westmonasterium etc. et tunc uenit predicta Isabella et dixit quod obiit apud Hastinges ita quod mandatum fuit balliuis de Hastinges quod diligentem inde facerent inquisicionem et ipsi mandauerunt per literas suas patentes quod non obiit in uilla sua et quod

Datus fuit dies uxori ad probandum mortem uiri sui quem dicebat mortuum cum non esset. Dies datus.

[1] Br. f. 104.

[2] *et test' est*, this is in the margin. Quaere its proper place.

[3] For mesne process in prohibition, see Br. 409 b.

uisus fuit in uilla sua circa xv. dies ante festum S. Michaelis. Et quia Ysabella non uenit nec iusticiarii adhuc certi sunt de morte eius uel de uita datus eidem Hugoni dies de audiendo iudicio suo in crastino Ascensionis Domini.

134. Ricardus filius Matillidis apellat Reginaldum filium Ade de Tyd quod sicut ipse iuit in pace domini Regis die Ascensionis Domini sero de domo domini sui Willelmi de Ros uersus domum suam, uenit idem Reginaldus cum ui sua et nequiter et in felonia et in assultu premeditato eum assultauit et duas plagas ei fecit, scilicet unam in capite et aliam in digito suo, et hoc offert diracionare per corpus suum sicut curia considerauerit uersus eum[1]. Linc. Corona.

Et Reginaldus uenit et defendit pacem etc. et feloniam et totum etc. sicut curia considerauerit et offert domino Regi unam marcam pro habendo ueredicto de tribus comitatibus uicinis si apellum illud faciat per odium et athiam quam Willelmus de Ros dominus suus habet uersus Adam patrem suum uel per uerum apellum. utrum per odium et atiam uel per uerum appellum. patria.

135. [2]Willelmus Page cognoscens se esse latronem apellat Willelmum Godman de societate latrocinii quod ipsi simul furauerunt coffram Willelmi de Cantele cum denariis suis et iocalibus suis, ita quod ipse habuit ad partem suam totum aurum et iocalia, et ita quod tres socii sui dederunt ei sex marcas ad partem suam, et hoc offert diracionare per corpus suum.

Et Willelmus Godman uenit et defendit totum per corpus suum. Testatur per comitatum quod Willelmus Godman utlagatus fuit in comitatu per preceptum iusticiariorum itinerancium, ideo suspendatur, Willelmus Page reponatur in prisonam. Probator appellauit talem qui utlagatus fuit et quia hoc fuit testatum utlagatus suspensus fuit sine alia probatione.

136. Ernwicus de Herwintona et Johannes filius eius capti pro receptamento Willelmi Walensis utlagati et pro latrociniis unde rectati sunt, ueniunt, et Ernwicus ponit se super patriam de bono et de malo et de receptamento et de latrocinio et iiij. uillate et xij. milites ad hoc electi dicunt, quod nullum malum de eo sciunt, nisi tantum quod receptauit Wigorn.

[1] *uersus eum*, added by annotator. [2] There is no marginal venue.

filium suum et ideo sit sub plegio. Et Johannes non uult ponere se super patriam, et inuentus est seisitus de una tunica partita, unde medietatem fuit de tunica Walteri de Wintonia qui robatus fuit paulo ante antequam idem Johannes captus fuit, ita quod homines de uillata illa cognoscunt tunicam illam per pannum et per quoddam augmentum factum super humeros et hoc idem testantur omnes de comitatu et de uisneto, et preterea omnes testantur quod latro est, et quod fuit socius predicti Willelmi le Waleys, et quod fuit ad predictam roberiam simul cum Willelmo le Waleys, ita quod ipse duxit ipsum Willelmum ad domum illam, et quia non est infra assisam domini Regis, et non potest dedicere tunicam, nec dominum habet qui eum uelit replegiare et omnia bona ei deficiunt, consideratum est quod conuictus est, ideo etc.

De eo qui noluit se ponere super patriam set inuentus fuit seisitus de latrocinio, et omnia bona defecerunt ei quia non in franco plegio, nec habuit dominum qui eum aduocaret et ideo.

Hugo Molendinarius seruiens Willelmi le *Neuu* malecreditus de societate Willelmi Walensis et de receptamento eiusdem et de quo dictum fuit quod premuniuit ipsum Willelmum quando capi debuit, uenit et defendit totum et non uult ponere se super patriam et bene cognoscit quod non est in franco plegio, et omnes uillate et milites de comitatu testantur quod culpabilis est de societate Willelmi et de aliis malis et non potest inuenire plegios et ideo committitur[2] gaole in custodia Hugonis le Poher tunc uicecomitis. |

Alius eodem modo rettatus set non de aliquo seisitus, et malecreditus, noluit se ponere super patriam et ideo committitur gaole quia non potuit inuenire plegios[1].

[21.]

137. Oxon.

De muliere que fecit se inpregnatam de uiro suo cum non esset ad exheredationem.

Et tractata est a mulieribus et dicunt quod pregnans est set quia nescitur de partu utrum erit filius uel filia et heres qui apparens est, est filia, ideo ponatur terra in equa manu donec constiterit de partu[4].

Agnes que fuit uxor Ricardi de Turs de qua Rogerus de Hida questus fuit, quod fecit[3] impregnatam de Ricardo uiro suo ad exhereditacionem Auicie uxoris eiusdem Rogeri, uenit et dicit quod pregnans est, et quod iuit cum uiuo infante per unum mensem et quod credit se esse parituram circa Natale etc. et tractata est ab octo mulieribus ad hoc summonitis que hoc idem testantur et Rogerus hoc non dedicit. Et sciendum quod Auicia uxor Rogeri fuit filia

[1] Compare this and the last marginal note with Br. f. 153 b. Et eodem modo cum fuerit requisitus appellatus, si fuerit in franco plegio et in assisa domini regis, vel si fuerit dominus qui ipsum advocet, nec sit (? scit) aliquid boni quod pro se habeat, statim vadietur duellum, *cum omnia bona ei defecerint.* Bracton, however, is speaking of an appeal. As to the seisin of stolen goods see *Law Quarterly Review*, July, 1885.

[2] Or perhaps *committatur.*

[3] Supply *se.*

[4] For procedure in such a case see Br. f. 69 b.

predicti Ricardi, et nescitur utrum infans de quo ipsa Agnes est pregnans, erit filius uel filia, et ideo terra sit in equa manu quousque sciatur de puero illo. Et super hoc uenit Petrus Talemasche et dicit quod Ricardus tenuit de eo feodum dimidii militis, et bene concedit quod feodum illud sit in manu Radulfi Hareng'[1] usque inde sciatur rei ueritas et ipsa Agnes ueniat a die etc. ad castrum Oxonie et sit in custodia Radulfi de Bray infra castrum, quousque peperit et hoc dictum est eidem Radulfo et quod illam recipiat.

Et Rogerus inuenit plegios reddendi residuum terre capitalibus dominis si ipsa filium habuerit et si filiam medietatem saluo ei capitali mesuagio.

138. [2]Petrus Hund de Eboraco appellat Thomam filium Ricardi quod ipse in domo sua de nocte occidit Iuetam uxorem eius cum quodam cnipulo ita quod ipse cepit eum super factum ubi uoluit fugere pro eodem facto, et quod hoc fecit et nequiter et in felonia paratus est probare per corpus suum sicut curia considerauerit uersus eum[3].

Et Thomas uenit et defendit totum per corpus suum etc. et coronatores uille testantur simul cum probis hominibus uille quod ipse eam cnipulo suo percussit in uentre, in domo Roberti filii Geruasii qui presens fuit et hoc idem testatur et quod ipse simul cum predicto Petro cepit eum super factum cum cnipulo sanguinolento et ideo consideratum est quod non potest defendere susp'[5].

Nota quod qui cum cnipulo sanguinolento, non poterit mortem dedicere set conuincitur sine alia probatione[4].

139. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Dunmawe que uacat, cuius aduocacionem Ricardus filius Simonis clamat uersus Simonem del Merc, et Simon non uenit et habuit diem per essoniatorem suum et ideo consideratum est quod assisa capiatur per defaltam.

Essex.

Juratores dicunt quod Ricardus auus predicti Ricardi presentauit Nicholaum de Marteiny et tempore pacis et si idem Nicholaus illam resignauit, tunc sciunt bene quod

Assisa ultime presentationis capitur per defaltam, et officialis episcopi testatur quod uacans est.

[1] One of the justices.

[2] There is no marginal venue.

[3] *uersus eum* added by annotator.

[4] Quum quis captus fuerit super mortuum cum cultello cruentato, mortem dedicere non poterit, et haec est constitutio antiqua, in quo casu non est opus alia probatione. Br. f. 137.

[5] *suspendatur.*

uacat et testatum est per officialem episcopi quod uacat, et ideo consideratum est quod Ricardus recuperauit seisinam suam et Simon in misericordia.

140. Glouc. Ricardus Cotele optulit se quarto die uersus Robertum Cotele de placito duarum parcium duarum carucatarum terre cum pertinenciis in Cumbe quas clamat ut ius suum et in quas idem Robertus intrusit se post mortem Leticie que fuit uxor Ricardi *de* Cotele que tenuit terram illam in dotem ex dono predicti Ricardi quondam uiri sui, cuius heres idem Ricardus est, ut dicit. Et Robertus non uenit et loquela deducta est coram iusticiariis itinerantibus ita quod idem Robertus peciit uisum, et datus fuit ei dies etc. et tunc se essoniauit de malo ueniendi, et datus fuit ei dies per essoniatorem suum et tunc se essoniauit de malo lecti, et essonium non iacuit, quia breue loquitur de intrusione. Et preterea essoniatores non exspectauerunt iudicium suum et ideo consideratum est quod terra capiatur etc. et ipse summoneatur quod sit a die etc. auditurus etc.

Essonium de malo lecti non allocatur quia breue loquitur de intrusione, nec essoniatores exspectauerunt diem suum[1].

141. Wilton. [2]Abbas de Maumesbiria per attornatum suum petit uersus Abbatem de Glastonia quod faciat ei sectas ad hundredum suum de Malmesbiria, quas ei facere debet et solet ut dicit, unde idem Abbas de Maumesbiria dicit quod de sectis illis fuit ipse seisitus tempore J. Regis etc. ita quod de hundred peni quod pertinet ad illas sectas, cepit ipse octo sol. per annum, et preterea de quadam consuetudine que uocatur wardstan', et que pertinet ad sectam illam cepit ipse expleta etc. et quod ita fuit seisitus offert diracionare sicut curia considerauerit, unde dicit quod per hoc quod non fecit ei sectas illas deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam lx. marcarum.

De Abbate Glaston' qui cognouit quod tenuit de Episcopo Bathoniensi de quo habuit libertatem suam et sine quo etc. et uocat ipsum ad warantum.

Et Abbas per attornatum suum uenit et dicit quod manerium de Cristemelefordia[3] unde ipse petit sectam, tenet ipse de Episcopo Bathoniensi sine quo non potest respondere, et preterea ipse habet libertatem suam de ipso Episcopo et

[1] No essoin de malo lecti, for this is not a writ of right but a writ of entry by intrusion. Br. f. 344 b.

[2] See Registrum Malmesburiense (Rolls Series), vol. 2, p. 53; a compromise of this suit.

[3] Christian Malford.

inde uocat eum ad warantum, habeat eum a die etc. per auxilium curie.

142. Radulfus de Wilintona custos Gaufridi filii et heredes[1] Hugonis de Felcintona petit uersus Priorem de Lewes quod permittat eum presentare ydoneam personam ad ecclesiam de Thoringe, que uacat et ad eius spectat donacionem etc. unde idem Radulfus dicit quod Hugo auus predicti Gaufridi fuit seisitus ita quod presentauit quendam Thomam qui ad presentacionem etc. et inde producit sectam.

Sussex.

Quare impedit[2].

Et Prior per attornatum suum uenit et cognoscit quod Hugo predictus fuit seisitus de aduocacione illa et Hugo filius suus postea dedit eandem aduocacionem ecclesie sue de Lewes per cartam suam que hoc testatur.

Excipitur de donatione per cartam

Et Radulfus dicit quod bene potest esse quod Hugo fecit cartam illam set hoc fuit in lecto mortali in egritudine | qua obiit. Set quia Gaufridus est infra etatem et non potest ad cartam respondere nec placitare eant ambo sine die et presentent ex consensu parcium clericum episcopo saluo iure utriusque et cum Gaufridus etatem habueret[3] resumoneatur[4] in eodem statu quo nunc.

excipitur contra cartam, quod in lecto mortali. Sine die quia heres infra etatem et non potest respondere ad cartas.

[21 b.]

143. Baldewinus de Raddona athachiatus fuit ad respondendum Johanni de Pauilly de placito quare contra prohibicionem domini Regis secutus est placitum in curia cristianitatis de aduocacione capelle de Raddona que pertinet ad ecclesiam suam de Sockebroc unde idem Johannes dicit quod tenet capellam illam ex dono Petri filii Ogeri ita quod si capellam illam amitteret aduocatus suus amitteret aduocacionem suam et de hoc quod secutus est placitum in curia cristianitatis deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam l. marcarum et inde producit sectam.

Cornub.

Et Baldewinus uenit et defendit contra eum et contra sectam suam et quod nunquam secutus fuit contra prohibicionem etc. et ideo Consideratum est quod defendat se xij. manu et ueniat cum lege etc.

Idem Johannes optulit se quarto die uersus Valentinum

Nota de clerico rectore qui inpetrauit prohibi ˙onem de ecclesia quia si ipse amitteret, aduocatus suus amitteret aduocationem suam.

[1] Corr. *heredis*.

[2] No, but as Bracton says, f. 247, *Quare non permittit* and *Quare impedit* are much the same.

[3] Corr. *habuerit*.

[4] Supply *loquela*.

clericum de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis contra etc. de aduocacione predicte ecclesie etc. et uersus Priorem de *Tauncar* et Decanum de Trigesyre de placito quare tenuerunt placitum de eodem etc. et ipsi non uenerunt etc. et preceptum fuit uicecomiti quod athachiaret Episcopum Exoniensem[1] quod esset etc. et ibi haberet eos etc. et uicecomes mandauit quod episcopus non fuit inuentus et ideo sicut prius athachiet eum etc. quod sit a die etc.

144. Htford. Assisa uenit recognitura si Magister Willelmus de Hathfeldia auunculus Johannis filii Gregorii fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de j. mesagio et xl. acris terre cum pertinenciis in Hathfeldia die qua obiit et si etc. quod mesuagium et quam terram Thomas filius Henrici tenet, qui uocauit inde ad warantum Henricum filium Aucheri patrem suum qui ei warentizauit et uocauit inde ad warantum Abbatem de Wardena qui uenit et ei warentizauit et nichil dixit quare assisa remaneret etc. sicut patet in rotulis[2] etc.

Juratores dicunt quod tercio die ante obitum suum dedit ipse terram illam predicto Abbati cum corpore suo quia idem Willelmus habuit quamdam amicam suam et terram illam dedit eidem amice sue set ipse post donum illud remansit in seisina de eadem terra, defuncta autem amica sua idem Willelmus remansit in seisina et cecidit in egritudinem et in egritudine mandauit ipse cartas suas que fuerunt in Abbatia de Watham et quia non uenerunt adeo cito sicut uoluit misit ipse illuc ad properandum cartas suas, et quadam die Lune uenit Prior de Watham et tulit cartas illas et mandauerat prius predictum Abbatem ut ab eo consilium haberet et Abbas eodem die Lune presens fuit et idem Willelmus dedit ei terram illam cum corpore suo et cartas suas ei tradidit et tercia die obiit et bene sciunt quod Johannes est proximus heres eius et quesiti si Willelmus habuit memoriam quando donum fecit dicunt

Nota quod non ualet donatio sine seisina ubi donator moritur seisitus.

[1] Simon of Apulia. For mesne process against a clerk in a personal action see Br. f. 442 b.

[2] Probably a reference to an eyre roll.

quod non possunt inquirere quod idem Willelmus unquam post donum illud loqueretur ita quod intelligi posset. Et quia obiit in domo et Abbas nullam seisinam habuit in uita Willelmi,

Consideratum est quod Johannes recuperauit seisinam suam et Abbas in misericordia. perdon' per preceptum iustic' et faciat escambium predicto Henrico etc. et Henricus Thome filio suo.

145. Balliui ciuitatis Lincolnie sumoniti fuerunt ad respondendum Burgensibus de Beuerlaco quare non permittunt eos habere libertates suas quas habent per cartam domini J. Regis quibus libertatibus hucusque usi sunt etc. unde ipsi burgenses dicunt quod sicut uenerunt per mediam uillam de Lincolnia uersus nundinas de Sancto Iuone ipsi balliui ceperunt uadia[1] sua et pannos suos contra libertatem suam et quod deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam lx. marcarum, et inde producunt sectam etc. et proferunt[2] etc. que testatur quod ipse dedit etc. deo et Beato Johanni de Beuerlaco et hominibus[3] quod sint liberi et quieti de tholoneo, pontagio, passagio, pesagio, lastagio, stallagio, et de wreck et de omnibus huiusmodi consuetudinibus que ad ipsum dominum Regem pertinent, per totam terram suam saluis libertatibus London' etc. unde dicunt quod per cartam illam habuerunt ipsi semper quietanciam de predictis consuetudinibus usque ad ultimas nundinas de S. Iuone. Linc.

Et maior Lincolnie et Robertus filius Eudonis[4] balliui Lincolnie ueniunt et defendunt uim et iniuriam set bene cognoscunt quod ceperunt tholoneum infra uillam suam ab eis et hoc bene facere potuerunt, quia ipsi habent cartas Regis H. aui domini Regis et Regis R. per quas ipsi reges concesserunt eis omnes libertates et liberas consuetudines quas ipsi habuerunt de antecessoribus ipsorum regum, scilicet, Regis Edwardi et Regis Willelmi et Regis H. aui per totam terram Anglie et omnes libertates quas Nota de libertatibus ciuium.

[1] ? *woad.*

[2] A charter of John dated 27 April 1200, Rot. Cart. 53 b.

[3] *et hominibus* is interpolated between *de* and *Beuerlaco.*

[4] Some other name must be missing.

habent ciues Londonie saluis eisdem ciuibus Londonie libertatibus suis et inde proferunt[1] etc. que hoc idem testantur, unde dicunt quod per cartas illas semper habuerunt libertatem capiendi tholoneum in uilla sua et semper ucusque fuerunt in seisina de libertate illa et petunt iudicium si per cartam domini J. Regis debeant perdere libertatem suam eis concessam ab antecessoribus suis. |

[22.] Et burgenses de Beuerlaco dicunt quod post cartam domini J. Regis nunquam dederunt tholoneum, immo semper inde quieti fuerunt per cartam illam et hoc offerunt etc. uel defendere quod nunquam tholoneum etc., et quesiti si ante cartam illam tholoneum dederunt dicunt eciam, et petunt super hoc iudicium et offerunt domino Regi duos palefridos pro habenda inquisicione si post cartam Regis J. semper quieti fuerunt de predicto tholoneo, et recipiuntur, et ideo fiat iurata per octo legales ciues Lincolnie et preterea per octo legales homines de uisneto Lincolnie et ueniat a die etc. ad recognoscendum si burgenses illi quando duxerunt mercandisas per uillam Lincolnie fuerunt quieti de tholone in uilla illa a primo anno coronacionis Regis J.[2]

146. Leirc. Robertus de Esseby petit uersus Wiganum de la Mare sex uirgatas terre cum pertinenciis in *Cenin*gesworthe ut ius suum etc. et ut illas in quas idem Wiganus non habet ingressum nisi per Matillidem Trassel quondam uxorem eiusdem Wigani cuius hereditas terra illa fuit dum ipsam habuit in uxorem et que fuit auia eiusdem Roberti cuius hereditas ad eum pertinet eo quod est heres eiusdem Matillidis quia ipsam terram cepit in custodia cum ipsa Matillide quando ipsam duxit in uxorem, et de illa Matillide descendit ius terre illius Willelmo filio suo et de ipso Willelmo ipsi Roberto ut filio et heredi eiusdem Willelmi et quod alium ingressum non habuit in terram illam nisi per ipsam Matillidem dum fuit uxor sua et postquam ipsam duxerat in uxorem ponit se super patriam.

Nota de donatione *quasi* inter uirum et uxorem[3]. Et Wiganus uenit et defendit ius suum et talem in-

[1] See Rot. Cart. 5. 56.

[2] As to such controversies as this, see Br. f. 56 b.

[3] Bracton, f. 29 b, discusses the validity of gifts made before marriage by one spouse to the other.

gressum quia ipse habuit predictam terram ex dono predicte Matillidis per duos annos et eo amplius antequam ipsam duxisset in uxorem et inde profert etc. que testatur etc., et bene defendit ingressum illum postquam eam duxit in uxorem et inde ponit se super iuratam et Robertus similiter, et offert domino Regi j. marcam pro habenda inquisicione inde, et recipitur, fiat inde inquisicio et ueniat a die etc. ad recognoscendum si idem Wiganus aliud ius uel alium ingressum habuit in terram illam nisi per Matillidem quondam etc. postquam ipsam etc. unde idem Wiganus dicit quod per duos annos et eo amplius eam habuit ex dono eiusdem Matillidis antequam ipsam duxerat etc.[1]

147. Walterus filius Alani petit uersus Ricardum de la Huse quem Ricardus filius Tyrry[2] uocauit ad warantum et qui ei warentizauit unam uirgatam terre et j. mesagium cum pertinenciis in Gyluertoft ut ius suum et ut illa unde quidam Almarus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis qui fuit auus aui domini Regis scilicet anno et die quo obiit capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. et de illo Almaro descendit ius terre illius Semare filie sue, et de Semara Alano filio suo, et de Alano filio suo eidem Waltero ut filio et heredi suo et hoc offert diracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Willelmi filii Roberti qui hoc offert diracionare ut ex precepto patris sui. Norht.

Nota de clamio non apposito, tempore duelli percussi[3].

Et Ricardus uenit et defendit ius suum nunc et alias quando defendere debebit set dicit quod Johannes de la Huse pater suus eandem terram et aduocacionem ecclesie eiusdem uille diracionauit per finem duelli, quod percussum fuit in comitatu Norhamtonie uersus Ricardum de Botindona, et idem Walterus et quidam Willelmus frater suus primogenitus tunc fuerunt presentes in comitatu sine clamio quod apposuerunt et desicut presentes fuerunt et clamium non apposuerunt et desicut terram illam diracionauit pater suus per finem duelli petit si debeat inde respondere.

Et Walterus hoc cognouit. Et ideo consideratum est

[1] For more of this suit see Case 208.

[2] Or *Cyrry*.

[3] See Br. f. 435 b.

quod Ricardus eat inde quietus ipse et heredes sui de Waltero et heredibus suis inperpetuum et Walterus in misericordia.

148. Essex. Preceptum fuit uicecomiti quod per sacramentum appreciari faceret totam terram quam Vitalis Engonn' tenet in Upministre tam in dominicis et in seruiciis et in omnibus aliis rebus etc. cuius ualorem exceptis xl. solid. terre idem Vitalis concessit Theobaldo de Kicel' et Ade uxori eius in Layintona in comitatu Norhamptonie ten' nomine dotis tota uita eiusdem Ade. Et uicecomes mandauit quod appreciacio est xj. libr. et xj. solid. set quia uidetur iusticiariis quod appreciacio minus sufficienter facta est ad porcionem Theobaldi et uxoris eius appositi sunt xx. sol., ita quod summa est xij. libr. et xj. sol., et ideo preceptum est uicecomiti Norhamptonie quod per uisum legalium etc. de terra ipsius Vitalis in Laxintona eisdem assignare et habere faciat x. libr. et xj. solid. terre et preterea competens mesagium et quid et ubi et per quas particulas eis terram illam assignauerit, scire faciat iusticiarios etc. euidenter et distincte per literas suas etc.

De appretiatione minus sufficienter facta.

149. Ebor. Rannulfus filius Henrici per attornatum suum optulit se uersus Gilebertum de Gaunt de placito de lvj. acris terre cum pertinenciis in Rich' quas idem Gilebertus clamat uersus eum ut ius suum etc. Et Gilebertus non uenit et habuit diem in banco ita quod idem po'[1] se in magnam assisam etc. uersus eum etc., set quia inuentum est in rotulo Willelmi de Eboraco quod dies datus fuit eis etc. et in omnibus aliis rotulis inuentum est quod dies fuit in oct' etc., datus est eidem Rannulfo dies etc. et tunc allocetur ei defalta si que fuerit. | [22 b.]

Nota de die dato ubi aliorum rotuli non concordant cum rotulo principali[2].

150. Midd. Adam le Despenser et Katerina uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum Benedicto nepoti et heredi Bricii de Stibbeheye, de admensuracione dotis ipsius Katerine de libero tenemento quod fuit predicti Bricii de Stibbeheye quondam uiri sui, unde idem Benedictus queritur quod ipsi

[1] Probably *posuit*.

[2] See Br. f. 352 b. William of York, afterwards a distinguished judge and bishop of Salisbury, was seemingly at this time a clerk of the court, perhaps the protonotary.

Adam et Katerina tenent capitale mesagium et j. molendinum et tres acras terre plusquam ipsos contingit habere in dotem de tenemento predicti Bricii et ideo petit terram illam et molendinum quia idem Bricius non habuit nisi unum molendinum in illa uilla.

Et Adam et Katerina ueniunt et dicunt quod predictum mesagium et predictas tres acras terre tenet illa in dotem per assignacionem et uoluntatem ipsius Benedicti per cartam suam quam profert et que hoc idem testatur. Et de molendino dicunt quod non tenent illud nomine dotis immo illud tenent in maritagium ex dono Danielis de Stibbeheie per cartam suam quam proferunt et que testatur quod ipse dimisit et concessit Ade dispensatori cum Katerina sorore sua in maritagium molendinum de Schadewalle cum pertinenciis etc., et inde uocant eum ad warantum. Habeant, datus est etc.

Nota quod non habet locum amensuratio dotis, ubi heres ipse dotem assignauit quia sic ueniret contra factum proprium[1].

Et Benedictus cognoscit cartam suam de mesagio et de terra, et ideo datus est etc. de audiendo inde iudicio suo ad predictum terminum etc.

151. Assisa xxiiij. uenit recognitura si Willelmus de Stactona pater Petri fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de una hida et xiiij. acris terre et sex acris prati cum pertinenciis in Saundres die qua obiit etc. et si etc. quam terram Andreas de Saundres tenuit, qui queritur quod iuratores assise de morte antecessoris, que inde summonita et capta fuit inter eosdem Petrum et Andream coram iusticiariis ultimo itinerantibus, falsum fecerunt sacramentum etc. et Petrus non uenit et est infra etatem et ideo capiatur assisa per defaltam. Et sciendum quod Petrus recuperauit per predictam assisam predictam terram. **Surr.**

Juratores dicunt quod terra illa fuit predicti Andree et idem Andreas illam dedit cuidam Johanni fratri suo, habendam sibi et heredibus suis de quadam femina ei data in uxorem, et si de illa non haberet heredem de corpore suo, tunc debuit terra illa reuerti ad ipsum Andream. Idem Johannes obiit sine herede de se, et Andreas recepit

Nota attinctam esse capiendam per defaltam, ubi ille qui recuperauit est infra etatem.

[1] So Br. f. 314 b, quia scienti et uolenti non fit iniuria.

terram illam et tenuit et tunc uenit predictus Willelmus de Stoctona qui fuit nepos predicti Andree et peciit ab eo Andrea ut daret ei terram illam et Andreas noluit. Et quia Andreas non potuit morari super terram illam pro paruitate terre commisit terram illam Hugoni de Wingham et Magistro Willelmo fratri suo custodiendam, et iuit in partes Eboraci et ibi moram fecit per magnum tempus. Et interim uenit predictus Willelmus de Stoctona ad ipsos Hugonem et Willelmum et monstrauit eis quod quidam liber homo uoluit ei dare filiam suam in uxorem si haberet predictam terram et rogauit eos ut terram illam ei concederent et ipsi ei responderunt quod propter hoc non remaneret et amici predicte femine uenerunt ad eos et cum eis locuti fuerunt, set nullo modo illam feminam ei dare uoluerunt nisi haberet terram illam, et quia ipsi Hugo et Willelmus uoluerunt promocionem Willelmi de Stoctona tradiderunt ei terram illam et coram amicis uxoris sue affidauerunt eidem Willelmo quod cum Andreas ueniret in partes illas, tunc daret ei terram illam, et ita remansit Willelmus de Stoctona in seisina et obiit ante aduentum predicti Andree in partes illas. Et quia non habuit ingressum nisi per custodes predictos non uidetur iuratoribus quod Willelmus obiit seisitus ut de feodo. Et ideo Consideratum est quod Andreas recuperauit seisinam et uicecomes habeat corpora xij. in octabis etc. ad audiendum iudicium suum sicut illi qui conuicti sunt.

152. Linc. Precentor S. Marie Lincolnie athachiatus fuit ad respondendum Henrico Comiti Warrewici quare secutus est placitum in curia cristianitatis contra etc. de debitis que non sunt[1] etc. Et precentor uenit et dicit quod nullum debitum ab eo exigit set reuera ipse abstulit ei equos suos et catalla sua et de illa spoliacione eum implacitat sicut clericus qui nullum habet laicum feodum et desicut breue loquitur de debito et nullum ab eo exigit petit iudicium si debeat etc.

Nota in causa prohibitionis quod cadit loquela, eo quod querens recedit de breui suo, scilicet ubi breue loquitur de debito et querens in loquela sua loquitur de catallis[2].

Et Comes per attornatum suum uenit et bene cognouit

[1] *de testamento uel de matrimonio.*
[2] This case is cited by Bracton, f. 407.

quod nullum debitum ab eo exigit set catalla sua ei ablata apud Lincolniam et quia breue loquitur de debito et Comes cognoscit quod nullum debitum ab eo exigit, Consideratum est quod precentor non respondeat ad hoc breue et ideo sine die et Comes in misericordia.

153. Alanus filius Theobaldi athachiatus fuit ad respondendum Radulfo filio Fulconis quod teneat ei finem factum in curia domini R. Regis inter ipsum Alanum et predictum Fulconem patrem ipsius Radulfi cuius heres ipse est etc. de feodo dimidii militis et sexta parte feodi unius militis cum pertinenciis in Berlega per cirographum quod profert et quod testatur quod predictus Fulco concessit totam predictam terram de Berlega eidem Alano ad totam uitam suam etc. et post decessum ipsius Alani tota predicta terra cum pertinenciis redibit sola[1] et quieta ipsi Fulconi et heredibus suis etc., unde idem Radulfus queritur quod desicut non habet terram illam nisi ad uitam suam per finem illum ipse ad exhereditacionem eius feofauit quandam feminam Mariam amicam suam ita quod dedit ei xx. acras terre et petit quod teneat finem illum. | Htford. Nota de illo qui tenuit ad uitam suam tantum per finem factum, feoffauit inde alium in feodo contra finem illum[2]. [23.]

Et Alanus uenit et cognoscit finem et cyrographum et bene defendit quod nullam terram eidem femine dedit nec alii. Et ideo Maria sumonetur a die etc. ad ostendendum si quid clamat in predictis xx. acris terre cum pertinenciis unde predictus Radulfus dicit quod Alanus contra finem illum est. Postea uenit dicta Maria et dicit quod nichil clamat in terra illa nisi ad terminum quamdiu Alanus uoluerit et poterit ei warentizare et libenter illam eidem Alano reddat et quietam clam*abit* et ideo sine die.

154. Matillis que fuit uxor Henrici de Smalebere petit uersus Clementem et Johannem et Robertum de Smalebere medietatem xx. et septem acr' terre et j. molendinum ad uentum cum pertinenciis in Smalebere et medietatem vij. acrarum terre in Altingeham ut dotem suam etc. unde predictus H. eam dotauit etc. Norf.

Et Clemens Robertus et Johannes ueniunt et dicunt quod

[1] *salua*?
[2] It seems assumed that such a feoffment would be a forfeiture.

non debet inde dotem habere sicut ipsa petit quia terra illa est partibilis et predictus Henricus fuit frater eorum et non habuit de terra illa nisi partem suam et inde dotauit eam de medietate et libenter ei illam medietatem reddent.

Nota quod taciturnitas preiudicat[1].

Et Matillis dicit quod Henricus tenuit totam terram illam die qua eam desponsauit ita quod eam dotare potuit et eam de medietate dotauit, presentibus predictis Clemente, Roberto et Johanne, et non contradicentibus et inde ponit se super iuratam et alii similiter, fiat inde iurata per illos qui interfuerunt ubi Henricus eam desponsauit et per alios etc. et ueniat etc. ad recognoscendum si idem Henricus die qua eam desponsauit tenuit totam terram· illam et si eam dotauit de medietate presentibus predictis et non contradicentibus etc.

155. Ebor.

Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Arnecliue que uacat etc. cuius aduocacionem *Willelmus* de Arthele clamat uersus Eliam de Gikeleswico etc. Et Elias non uenit etc. et bis fecit defaltam ita quod summonitus fuit et ideo capiatur assisa per defaltam set ponitur in respectum usque etc. pro defectu recognitorum quia nullus uenit set octo se essoniauerunt etc. et alii athachientur et loco Willelmi de *Hirtlintona* qui obiit ponat uicecomes tot etc.

Nota assisam ultime presentationis esse capiendam post duas defaltas, hoc est post resummonitionem[2].

156. Oxon.

Alicia de Bendenge per attornatum suum petit uersus Robertum Purcel quem Eustachius Purcel uocauit ad warantum et qui ei warentizauit duas uirgatas terre cum pertinenciis in Sandewalle ut dotem suam que pertinet ad liberum tenementum suum quod tenet in eadem uilla ex dono Willelmi filii Radulfi quondam uiri sui nomine dotis unde eadem Alicia dicit quod dotata fuit nominatim de toto manerio illo et hac racione petit etc. et quod ita fuit dotata producit sectam etc.

Et Robertus uenit et dicit quod non debet inde dotem habere quia finis factus fuit in curia domini Regis Ricardi de eadem terra inter Radulfum Purcel patrem suum et Willelmum

[1] See Br. 314 b, 315. [2] Br. f. 238.

filium Radulfi per cirographum quod profert et quod testatur quod idem Radulfus quietas clamauit duas uirgatas terre cum pertinenciis in Westona unde placitum fuit etc. ipsi Willelmo etc. et pro hac quieta clamancia etc. predictus Willelmus dedit et concessit predicto Radulfo duas uirgatas terre in Saundewelle cum pertinenciis, habendas et tenendas de eodem Willelmo et de heredibus suis per seruicium redditus j. esparuarii sori[2] per annum etc. Et dicit quod Petrus filius Willelmi predicti debet terram illam ei warentizare, et petit quod illam ei warentizet. Et Petrus ad hoc summonitus uenit et cognoscit cirographum et terram illam ei warentizat et petit iudicium si predicta Alicia debeat dotem inde habere desicut finis inde factus fuit. Postea uenit Petrus et cognoscit quod Alicia mater sua inde dotata fuit nominatim et per licenciam iusticiariorum illam terram ei reddidit et ideo ipsa habeat seisinam suam et Petrus faciat escambium eidem Roberto ad ualenciam usque ad obitum Alicie et postea reuertatur terra illa ad ipsum Robertum et Robertus faciat escambium Eustachio Purcel et Margarete que fuit uxor Willelmi[3] quibus terram illam warentizauit. Et quia Petrus non habet plus terre in comitatu illo, preceptum est uicecomiti quod terram illam extendi et appreciari faciat et appreciacionem illam scire faciat etc.

Nota de dote ubi warantus uocatus est et warentizauit ubi nominatim, quod post mortem uxoris reuerti debet ad ipsum qui warantum uocauit[1].

157. Abbas de Maumesbiria summonitus fuit ad respondendum Abbati Glastonie quare iniuste cepit aueria sua et contra uadium et plegium detinet etc. unde idem Abbas Glastonie per attornatum suum queritur quod die etc. misit predictus Abbas de Malmesbiria ad manerium suum de Cristemeleforda et ibi ceperunt xj. *stottos*[4] et illos detinuerunt contra uadium et plegium per quod dampnum habet ad ualenciam x. marc. et inde producit sectam etc. Wilts.

Et Abbas de Malmesbiria per attornatum suum uenit et defendit contra eum et contra sectam suam quod non cepit aueria iniuste nec ea detinuit contra uadium etc., quia reuera aueria illa cepit et iuste pro secta quam idem Abbas ei

Nota quod superssedendum est in uno placito, quia dependet ex alio placito, donec illud terminetur a quo dependet.

[1] Br. f. 301 b.

[2] A sparrow-hawk in its first plumage? See Br. f. 328 b. The word in the text looks like *sorā*, but should be *sori*.

[3] Who is this? Perhaps a defendant in another and similar action.

[4] stots, stallions?

debuit ad hundredum suum unde placitum est inter eos[1] et nunquam ea detinuit contra uadium etc. et hoc fuit ante placitum motum inter eos. Et ideo datus est etc. pro alio placito ut tunc sciatur si Abbas debeat sectam nec ne quia hoc placitum dependet de alio.

158. Essex. Radulfus de Cammeys athachiatus fuit ad respondendum Roberto filio Willelmi de placito quod teneat ei finem factum inter eos de tribus marcis redditus cum pertinenciis in Sichesgehale unde cirographum etc. quod profert et quod testatur quod finis factus fuit inter eos de seruiciis et consuetudinibus que idem Radulfus exigebat de libero tenemento quod de eo tenet in Sikelingehale etc. scilicet quod predictus Radulfus cognouit totum predictum tenementum cum pertinenciis esse ius ipsius Roberti, habendum etc. sibi et [23 b.] heredibus suis de | ipso Radulfo et heredibus suis per liberum seruicium xl. sol. per annum etc. unde idem Willelmus queritur quod Willelmus de Percy pro defectu ipsius Radulfi exstirpauit gardinum suum et *domos suos*[2] asportauit et distrinxit eum ad predictum redditum ei reddendum et inde producit sectam etc.

Et Radulfus uenit et cognoscit finem et cyrographum et bene illud ei warentizat set defendit contra eum et contra sectam suam quod pro defectu eius nullum dampnum ei intulit quia idem Robertus nunquam uenit ad eum nec aliquid inde ei monstrauit nec eciam predictos xl. sol. ei reddidit et hoc offert etc.

Nota quod non est distringendum tenementum alicuius pro seruicio eius qui medius est, desicut ipse paratus est facere quicquid de iure facere debet.

Et Robertus cognoscit quod non reddidit ei redditum suum et ideo reddet ei redditum suum et habeat breue de summonendo Willelmo de Percy quod sit etc. ad respondendum predicto Roberto quare distringit tenementum suum quod ipse tenet de Radulfo de Kammeys per finem factum etc. pro homagio et releuiis que idem Willelmus exigit ab eodem Radulfo desicut idem Radulfus paratus est facere inde ei quicquid facere debebit.

159. Norf. Alicia que fuit uxor Radulfi de Norf' petit uersus Aliciam filiam Thome le Thein j. acram terre et dimidiam cum

[1] There was a cross-action going on; see above Case 141.

[2] Sic; perhaps *domos* is wrong.

pertinenciis in Theit ut dotem suam etc. et Alicia filia Thome uenit et est infra etatem et dicit quod predictus Radulfus dedit Thome patri suo terram illam per cartam suam quam profert et que hoc testatur et inde uocat ad warantum Robertum filium et heredem predicti Radulfi qui est infra etatem eodem modo et ideo ipsa habeat de terra eiusdem Roberti in Karletona escambium ad ualenciam predicte terre usque ad etatem Alicie etc. Nota quod non remanet dotis exactio propter minorem etatem[1].

160. Helewisa que fuit uxor Alexandri Gazel petit uersus Hereuicum Gazel terciam partem xviij. acrarum terre cum pertinenciis in Horsie[2], redditus xxxij. den. in Westham et terciam partem j. crofte cum pertinenciis in Peuenesse ut dotem suam etc. unde predictus Alexander etc. Sussex.

Et Hereuicus uenit et dicit quod non debet ei de dote respondere quia Robertus filius eiusdem Helewise cum Osberto nepote predicti Alexandri occiderunt ipsum Alexandrum fratrem suum ita quod per apellum eiusdem Herewici athachiati sunt et ipsa fuit consenciens et hoc bene patet quia ipsa nunquam secuta fuit mortem eius et preterea postquam uir suus wlneratus fuit nunquam uoluit ipsa accedere ad ipsum. Et ipsa cognouit quod uir suus fuit uulneratus et quod non secuta est mortem eius et ideo datus est eis dies etc. ad audiendum iudicium si debeat responderi nec ne. Ad diem illum uenit Hereuicus et noluit aliud[4] nisi peciit inde iudicium et ipsa similiter et quia ipse cognoscit quod ipsa non est apellata et non uult aliud dicere, Consideratum est quod ipsa habeat seisinam suam et Heruicus in misericordia. Nota exceptionem contra dotem propter suspitionem consensus de morte uiri, et dotem recuperat[3] non obstante suspitione.

161. Hamon filius Henrici petit uersus Hugonem filium Simonis quod faciat ei sectam ad molendinum suum de Hortona, unde idem Hamon profert cartam Willelmi de Windesore que testatur quod idem Willelmus dedit ei molendinum suum de Hortona cum omnibus pertinenciis suis et totam molturam hospitii sui et eiusdem uille de Hortona et hac racione petit molturam de hospicio ipsius Hugonis. Buk.

[1] Br. f. 422.
[2] Supply *et terciam partem?*
[3] *rec'*, perhaps *recuperauit*. Br. 308 b.
[4] Supply *dicere?*

Nota quod liber homo non tenetur sequi molendinum domini sui nisi gratis velit.

Et Hugo uenit et defendit quod nullam sectam ei debet quia predictus Willelmus priusquam dedisset illud molendinum eidem Hamoni dedit ei dimidiam hidam terre in eadem uilla et plures alias terras tenendas et habendas in feodo et hereditate libere etc. sine aliqua mencione de moltura et inde profert cartam suam que hoc testatur et dicit quod ipse liber homo est et petit iudicium si per districtionem debeat sectam facere.

Et Hamon hoc non potuit dedicere et concedit quod liber homo est. Et ideo Consideratum est quod Hugo eat inde quietus et Hamon in misericordia.

162. Norht. Radulfus persona de Irtlingeburgo athachiatus fuit ad respondendum Johanni de Wigehale et aliis quare contra prohibicionem etc. secutus est placitum in curia cristianitatis de catallis eorum que non sunt etc. unde ipse Johannes et alii dicunt quod idem Radulfus trahit eos in placitum et petit ab eis x. libr. pro debito Roberti de Burgo qui obiit cuius executores ipsi sunt, desicut ipse Robertus ei nullum denarium legauit.

Et Radulfus uenit et defendit quod nunquam prohibicionem habuit etc. set uerum uult dicere, quia predictus Robertus debuit ei x. libr. et de illis x. libr. eos inplacitat ut executores testamenti eo quod idem Robertus iniunxit eis ut redderent ei denarios illos.

Nota quod locum habet prohibitio si quis implacitet executores alicuius de debito defuncti quod ipse defunctus in uita sua nec in testamento cognouit nec in uita conuictus fuit[1].

Et alii dicunt quod Robertus nunquam hoc iniunxit eis ut illos denarios redderent nec in testamento suo aliqua facta est mencio de illo debito et proferunt testamentum suum et petunt super hoc iudicium. Et ideo Consideratum est quod ipsi Johannes et alii inde quieti et Radulfus in misericordia et prohibitum est ei ne de cetero sequatur.

163. Kent. Sibilla que fuit uxor Willelmi de Utscistona petit uersus Priorem Douore' medietatem centum acrarum terre in Utcistona ut dotem suam etc. et Prior uenit et dicit quod non debet ei respondere quia uir suus ad huc uiuit et est in terra sancta et ipsa hoc non potuit dedicere set dicit quod

[1] Br. f. 407 b: et quod actiones legari non possunt, nec iudices ecclesiastici inde recognoscere, nec executores petere debitum quod in uita testatoris non est recognitum, probatur de term. S. H. a. r. H. vj^{to}. in com. North. de Radulpho persona de Irclinbourghe.

est mortuus. Dies datus est etc. ut interim se certificent si mortuus sit necne. |

Idem dies datus est Sibille de audiendo iudicio suo uersus Thomam de Denstede de placito dotis et Thomas non uenit et terra capta fuit in manum domini Regis et non replegiata et ideo tunc habeat iudicium suum etc. ad diem illum produxit ipsa testes qui testantur quod mortuus est et ideo respondeatur. [24.] exceptio contra dotem quod uir uxoris petentis uiuit. probatio mortis[1].

164. Johannes de S. Helena petit uersus Robertum de Curtenay dimidiam hidam terre cum pertinenciis in Suttona ut ius suum unde Johannes pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis patris domini J. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc. et de ipso Johanne descendit ius terre illius eidem Johanni ut filio et heredi suo, et quod ita sit offert probare per corpus Johannis *Marmiun* qui hoc offert diracionare per corpus suum sicut curia considerauerit etc. sicut ille qui hoc uidit etc. A. Bercsir.

Et Robertus uenit et defendit ius suum et seisinam Johannis patris sui et dicit quod dominus Rex debet terram illam ei warentizare et inde profert cartam H. Regis aui domini Regis que testatur quod ipse dedit Reginaldo de Curtenay pro seruicio suo Suttonam et Wettesdenam cum omnibus pertinenciis suis sibi et heredibus suis[2] et tenendas de eo etc. in feodo et hereditate sicut ipse unquam melius tenuit unde dicit quod dominus Rex debet terram illam ei warentizare et inde uocat eum etc. et petit etatem suam. Nota quod non expectatur etas alicuius racione donationis, ubi non dedit nisi in dominico in dominico et id quod in seruicio in seruicio ubi antecessor petentis fuit in seisina tempore donationis[3].

Et Johannes dicit quod non debet warantum habere per cartam illam nec carta illa ei debet nocere immo proficere, quia bene concedit quod dominus Rex dedit Reginaldo manerium illud set die quo hoc donum factum fuit Johannes pater suus fuit seisitus de terra illa et illam tenuit de domino Rege et idem Reginaldus cepit inde homagium patris sui, et dominus Rex dedit manerium illud sicut ipse illud tenuit et clamat tenere de eo[4]. Et ideo consideratum est quod respond'[5]. Et Robertus defendit ius suum

[1] Br. f. 301 b.
[2] Supply *habendas*?
[3] Br. f. 392. As to vouching the king, see f. 382. King Henry, it will be remembered, is an infant.
[4] i.e. John claims to hold of Robert.
[5] Probably *respondeat*.

et seisinam patris sui et totum de uerbo in uerbum per corpus Roberti de Cloptona qui hoc offert defendere per corpus suum sicut curia considerauerit.

Duellum. Consideratum est quod duellum sit inter eos et Robertus dat uadium defendendi et Reginaldus[1] probandi.

165. Cornub. Preceptum fuit uicecomiti quod per sacramentum etc. diligenter inquireret que dampna Willelmus Basset habuit per disseisinam quam Alanus de Dunstanuilla ei fecit de terra de Treuelgan per breue Henrici filii Comitis[2] et quam terram idem Willelmus postea recuperauit uersus eundem Alanum per iudicium curie etc., et uicecomes mandauit per particulas quod dampnum habuit ad ualenciam xxxij. libr. et viij. sol. et x. den. unde c. et iiij. solidi amouentur. Et ideo Willelmus habeat breue ad uicecomitem quod de catallis eiusdem Alani in balliua sua sine dilacione ei habere faciat xxvij. libr. pro dampno quod per disseisinam etc. unde recuperauit seisinam per iudicium curie[3] postea dictum est quod Alanus obiit et ideo heres suus summoneatur quod reddat ei denarios illos etc. et nisi fecerit etc.

Nota quod heres tenetur respondere de dampnis de disseisina antecessoris sui.

166. Deuon. Willelmus Paynelle per attornatum suum optulit se quarto die uersus Walterum de Senewalle qui se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito terre etc. et Walterus non uenit nec milites qui fecerunt uisum de eo, scilicet Ricardus Ess' etc. quorum duo se essoniauerunt etc. et ideo uicecomes habeat corpora etc.

167. Hereford. Sussex. Johannes de Breusa per attornatum suum optulit se uersus Reginaldum de Breusa de placito audiendi iudicium suum uel tenendi concordiam inter eos prolocutam et concessam etc. et super hoc uenit idem Reginaldus et dicit quod de nullo placito debet ei respondere, quia post placitum inter eos motum et contra prohibicionem domini Regis ei factum in banco intrauit idem Johannes in propria persona terram suam et uillas combussit et homines suos occidit et castra firmauit super eum per quod dampnum habet ad

[1] Corr. *Johannes*.

[2] Henry fitz Earl or fitz Count had claimed to hold Cornwall in fee and had assumed an almost royal authority. He was a bastard son of Reginald Earl of Cornwall a bastard son of Henry the First.

[3] What follows would be postscript on the Roll.

ualenciam dc. libr. et hoc offert diracionare sicut curia considerauerit uel per inquisicionem uel per corpus cuiusdam liberi hominis. uel per sectam sicut curia considerauerit, et de nullo placito uel concordia ei respondebit quousque hoc emendatum fuerit nisi curia considerauerit. Nota exceptionem spoliationis contra petentem.

Et Johannes per attornatum suum defendit conbustionem et occisionem hominum et totum etc. et dicit quod hoc non debet ei nocere quia Comes Cestrie et Comes Gloucestrie ceperunt in manum habendi ipsum Johannem coram consilio domini Regis ad standum recto si quis uersus eum loqui uoluerit. Et Comes Gloucestrie presens est et hoc idem capit in manum et Johannes per attornatum suum petit iudicium si per hoc debeat impediri quin respondeatur et petit sibi allocari essonia que idem Reginaldus fecit diebus Veneris et Sabbati de malo uille desicut attornatos habuit.

Et Reginaldus dicit quod de defalta nec de placito nec de concordia respondebit nisi curia considerauerit.

168. [1]Alanus de S. Georgio petit uersus Jordanum Melepeis quod capiat homagium uel releuium ipsius Alani de libero tenemento quod tenet et de eo tenere clamat in Hortona, unde idem Alanus dicit quod Ricardus de S. Georgio auunculus Alani patris sui qui Ricardus terram illam perquisiuit, fuit homo Johannis Melepas auunculi patris Jordani scilicet de tribus hidis terre et Alanus pater suus postea fuit homo eiusdem Johannis et idem Jordanus | est heres eiusdem Johannis et hac racione petit quod capiat homagium suum. Dorset. Ratio assignata, quare quis capere debeat alicuius homagium. [24 b.]

Et Jordanus uenit et dicit quod non debet inde homagium suum capere, quia terram illam adquisiuit quidam Petrus Bubbe per finem duelli in comitatu uersus antecessorem eiusdem Alani ita quod heres eiusdem Petri clamat eandem terram uersus eundem Alanum, per breue domini Regis in curia sua et hac racione non debet homagium suum capere.

Et Alanus uenit et dicit quod reuera predictus Petrus clamauit terram illam uersus Gaufridum de S. Georgio ita quod duellum uadiatum fuit inter eos set idem Gaufridus fuit postnatus frater predicti Ricardi cui terra illa data fuit pro homagio suo, et idem Ricardus habuit unum fratrem

[1] This case is cited by Bracton, f. 83.

primogenitum Radulfum nomine qui fuit auus suus scilicet pater Alani patris sui et predictum duellum percussum fuit inter eosdem Petrum et Gaufridum dum Alanus pater suus fuit ultra mare, ita quod quando Alanus pater suus rediit de partibus transmarinis accessit ad curiam domini Regis et ostendit ei quod Gaufridus auunculus suus frater patris sui postnatus per decepcionem amiserat hereditatem suam ita quod cepit in campo xxxv. marcas pro quieta clamancia, ita quod dominus Rex H. fecit sumonere comitatum ad ostendendum quare fecerunt uadiare duellum inter eosdem Petrum et Gaufridum desicut idem Gaufridus habuit nepotem filium primogeniti fratris et per iudicium etc. recuperauit Alanus pater suus hereditatem suam et comitatus remansit in misericordia et finem fecit per centum libras et quod hoc uerum sit ponit se super curiam domini Regis et super rotulos et hac racione petit quod capiat etc.

De homagio alicuius capiendo.

Et Jordanus defendit quod nunquam per iudicium curie recuperauit Alanus terram illam set per [1] capital' iustic' cum quo idem Alanus tunc fuit recuperauit ipse terram illam, nec unquam comitatus pro iudicio illo remansit in misericordia et inde ponit se super curiam et rotulos et Alanus similiter et desicut cognoscit quod Gaufridus antecessor eiusdem Alani amisit terram illam petit iudicium si debeat homagium suum capere.

169. Kent. Rogerus de Leiburne athachiatus fuit ad respondendum Henrico de Tresgot et Thome fratri eius quod teneat eis finem factum in curia domini Regis Ricardi et per cirographum inter Robertum patrem predicti Rogeri cuius heres etc. et Johannem de Tresgot' et Henricum et Thomam fratres suos de j. carucata terre cum pertinenciis in Mere, unde idem Henricus et Thomas proferunt cirographum quod testatur quod ipsi Johannes Henricus et Thomas petentes remiserunt predicto Roberto totum ius et clamium quod ipsi habuerunt in una carucata terre in Mere et pro hac quieta clamancia etc. idem Robertus dedit eis totam terram suam de Bockele cum pertinenciis habendam et tenendam eisdem Johanni Thome et Henrico de eo et de heredibus suis per

Casus de fine facto.

[1] A space is left. Was the name illegible or was the story scandalous?

liberum seruicium etc. unde idem Henricus et Thomas ostendunt quod desicut idem Rogerus debet terram illam de Bockele per finem illum eis warentizare, ipsi distringuntur pro quodam debito quod quedam *Amiria* que terram de Mere tenuit in hereditate, mutuo acceperat a quodam iudeo super terram illam de Mere desicut ipsi nullam terram habent in Mere.

Et Rogerus uenit et dicit quod in nullo est contra finem illum, immo illum cognoscit set dicit quod pater suus pro quieta clamancia predicte terre de Mere dedit eis predictam terram de Bockele et desicut terra de Mere fuit uadium iudei et ipsi pro quieta clamancia illius terre ceperunt aliam terram uidetur ei quod ipsi simul cum eo debent respondere de debito iudei.

Et quia Rogerus cognoscit quod in nullo est contra finem immo illam tenet et per defectum eius non[1] distringuntur cum sint heredes predicte *Amirie*, Consideratum est quod Rogerus eat inde quietus et alii in misericordia et perquirant se super scaccarium iudeorum si uoluerint.

170. Matillis de Curtenay per attornatum suum petit uersus Robertum de Curtenay manerium[2] de Ocumptona cum pertinenciis Saundfordia cum pertinenciis Chaumelega cum pertinenciis, Ken cum pertinenciis, Musebiria cum pertinenciis et duo molendina et redditum xl. sol. cum pertinenciis in suburbio Exonie ut ius suum et manerium de *Hermingtona* cum pertinenciis in comitatu Sumersetie ut ius suum et uersus Reginaldum de Curtenay manerium de Chaunelega cum pertinenciis ut ius et hereditatem suam unde ipsa fuit seisita ut de feodo et iure et in dominico tempore J. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam c. sol. et hoc offert etc. **Deuon. Somerset.**

Et Robertus uenit et defendit ius suum nunc et alias quando defendere debebit, set uidetur ei quod non debet ei respondere de terra illa, quia omnes predicte terre fuerunt ius et hereditas Matillidis de Auerenges et ipsa terras illas tenuit, et habuit duas filias scilicet Hawisiam matrem suam primogenitam et ipsam Matillidem, et desicut ipsa petit

[1] *non* interlined. [2] Corr. *maneria*.

totam terram cum de Hawisia predicta exierit heres masculus, petit iudicium si de tota terra illa debeat ei respondere.

Et Matillis dicit quod hoc non debet ei nocere quia reuera Hawisia fuit soror sua et primogenita, set non ex parte patris sui, quia ipsa Hawisia[1] fuit filia Gaufridi de *Crimes*[2] primi uiri Matillidis de Auerenches, ita quod ipsa Matillis nichil habuit in terris illis nisi in dotem ex dono Roberti filii Regis[3] patris eiusdem Matillidis et secundi uiri predicte Matillidis de Auerenches et ipsa nichil clamat ex parte Ma-
[25.] tillidis immo per Robertum patrem suum et ut illam | unde ipsa post mortem Roberti patris sui fuit seisita tempore J. Regis et de seisina sua loquitur et seisinam suam petit.

Et Robertus dicit quod iniuste dicit quod terra illa fuit ius et hereditas predicti Roberti, quia terra illa fuit ius et hereditas predicte Matillidis de Auerenches et desicut ipsa clamat ex parte Roberti, et ipse ex parte Matillidis auie sue, ponit se in magnam assisam domini Regis, et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat in terra illa ex parte Matillidis auie sue, uel ipsa ex parte Roberti sicut ipsa clamat. Et quesitus si uelit ponere se similiter etc. uel in iuratam secundum quod curia considerauerit de seisina ipsius Matillidis, dicit quod non.

Et Matillis petit seisinam suam.

Reginaldus uenit et uocat inde ad warantum predictum Robertum qui presens est et dicit quod nullum diem habet inde et ideo datus est eis etc.

171. Willelmus Thesaurarius Eboraci per attornatum suum
Ebor. petit uersus Johannem filium Thome v. bouatas terre cum pertinenciis in *Akum* ut ius prebende sue etc. et in quas idem Johannes non habet ingressum nisi per Thomam patrem suum cuius heres ipse est cui Hamon quondam Thesaurarius predecessor suus illas inuadiauit etc. Idem petit uersus eundem Johannem tres bouatas terre cum pertinenciis in eadem uilla per assisam ad recognoscendum si sint libera elemosina pertinens ad prebendam ipsius Willelmi etc. Et

[1] *Hawisia* interlined by annotator.

[2] Perhaps *Crunes* or *Cruues*. Was not her first husband Robert of Avranches?

[3] A bastard son of Henry the First.

Johannes uenit et recognouit ei totam predictam terram et illam ei reddidit ut liberam elemosinam pertinentem ad prebendam suam et Willelmus dat ei xxv. marcas, set quia uidetur esse infra etatem non habet cirographum.

Nota quod ipse qui fuit infra etatem, recognouit et reddidit terram non obstante etate, set non habuit cyrographum.

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO PASCHE ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII JOHANNIS REGIS SEXTO.

172 [1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Burnham que uacat etc., cuius aduocacionem Rogerus de Clifford clamat uersus Priorem Gloucestrie qui uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia reuera Robertus filii Roberti de Eywas pater uxoris eiusdem Rogeri ultimo presentauit ad ecclesiam illam, et post donum illud dedit idem Robertus ecclesiam illam domui sue per cartam suam quam profert et que donum illud testatur in carta, scilicet[2], quod idem Robertus dedit pro deo etc., deo et ecclesie S. Michaelis et S. Jacobi de Ewyas omnes ecclesias dominii[3] sui cum omnibus pertinenciis suis et capellis etc. uidelicet quas pater suus Harardus dedit etc. ad construendum prioratum de Ewyas per manum et disposicionem Abbatis et conuentus Gloucestrie secundum ordinem eorum. Hec autem condicio inter Abbatem et conuentum Gloucestrie et ipsum Robertum constituta est quod Abbas et conuentus ad festum S. Michaelis proximo uenturum statuent ibi priorem cum uno monacho, et cum contigerit aliquam trium ecclesiarum de Ettona uel de Burnham uel de Lidiard uacare, Abbas ponet ibi conuentum qui ibidem remanebit si conuenienter ibi manere possit, et sufficienter sustentari. Si autem minus sufficientem adhuc sustentacionem habeant ex

Sumerset.

Assisa Quis aduocatus.

[1] This record will also be found in the Gloucester Chartulary (Rolls Series), vol. 1, p. 210.

[2] *scilicet* interpolated. Probably the passage should run:—*donum illud testatur. Et continetur in carta quod etc.*

[3] Perhaps *dominici*.

communi consilio Abbatis et eiusdem Roberti retentis ibi quot poterint sustentari reliqui substrahentur et cum aliqua alia trium predictarum ecclesiarum uacauerit Abbas ibi statuet conuentum ad manendum ibi si officine fuerint conuenienter constructe, et si nondum duabus ecclesiis uacantibus constructe fuerint officine ab illo tempore in tres annos, construende erunt sufficienter ut deinceps conuentus ibi sine omni excusacione remaneat. Profert eciam cartam Roberti filii sui que donum illud confirmat et similiter predictam condicionem.

Et Rogerus dicit quod carte ille non debent ei nocere quin habeat seisinam suam quia per predictam cartam debuit idem Abbas posuisse conuentum apud Ewias et cum ecclesie predicte uel aliqua earum uacasset, debuit eam attornasse ad sustentacionem eiusdem conuentus per predictam conuencionem et super hoc contra cartam illam dedit idem Abbas predictas duas ecclesias de Ettona et de Lidiard duobus clericis qui ad presentacionem suam admittuntur[1] ut persone et[2] ipse Abbas non tenuit conuencionem per cartam suam quam profert, petit iudicium si debeat cartam tenere et preterea dicit quod ad eandem ecclesiam presentauit idem Abbas clericum suum contra conuencionem illam.

Et Abbas dicit quod non dedit ecclesias illas et si illas dedisset hoc non stetit per eum quia in episcopo loci est ecclesias illas assignare in proprios usus. De hoc quod dicit quod presentauit clericum suum ad eandem ecclesiam hoc uerum est quia episcopus loci noluit eam appropriare in usus suos.

Nota quod si quis dederit ecclesias Abbati uel Priori ut inde de sustentatione ecclesiarum faciat prioratum, set per Abbatem non steterit quin condicioni satisfiat, si dederit Abbas ecclesias, non erit in culpa.

Et quia Rogerus cognoscit quod Abbas est in seisina de duabus ecclesiis per donum predictum et non stat per Abbatem quin conuencio teneatur, Consideratum est quod Abbas recuperauit seisinam suam et Rogerus in misericordia et si uoluerit loqui de conuencione bene poterit.

173. Wilt.

Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Keuele que uacat etc. cuius aduocacionem Johannes filius

[1] Originally *admittantur*, but seemingly corrected into *admittuntur*.

[2] Supply *desicut*.

Alani clamat uersus Abbatissam de S. Edwardo[1] que non uenit | set Ricardus de Champeneis uenit et dicit quod est [25 b.] attornatus suus per quatuor milites ad eam missos et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ecclesia non uacat, immo Willelmus de Stokes est inde persona qui presens est et hoc idem dicit et profert literas episcopi Sarrisbiriensis patentes que testantur quod euidenter constat ei quod predictus Willelmus est persona eiusdem ecclesie et a bone memorie Hereberto quondam episcopo predecessore suo[2] ad presentacionem bone memorie Marie quondam Abbatisse etc. Profert eciam cartam eiusdem episcopi Hereberti que testatur quod ad presentacionem eiusdem Marie Abbatisse et conuentus de S. Edwardo Willelmum de Stoke clericum ad personatum ecclesie de Keuele etc. et statuit ut idem Willelmus per manum Thome perpetui eiusdem ecclesie uicarii singulis annis xx. solidos et octo den. de eadem ecclesia percipiat nomine pensionis. Profert eciam cartam[3] Abbatisse Marie et eiusdem loci conuentus que testatur quod ipse concesserunt eidem Willelmo ecclesiam de Chiuelee etc. Profert eciam cartam Joscelini quondam Sarrisbiriensis episcopi[4] que testatur quod ipse admisit quendam Baldewinum clericum ad ecclesiam illam ad predicte Abbatisse presentacionem etc.

Et Johannes per attornatum suum uenit et dicit quod carte ille non debent ei nocere, quia Thomas predictus obiit inde persona ad presentacionem Regis Henrici qui lx annis transactis ei contulit ecclesiam illam racione baronie sue que tunc fuit in manu domini Regis et si idem Thomas fecit inde collusionem hoc non debet ei nocere quin assisa procedat.

Et Ricardus attornatus Abbatisse dicit quod quidam Ernolfus de Hasting' antecessor eiusdem Johannis dedit[5] ecclesiam illam domui sue in elemosinam cum quadam filia sua et quidam filius suus illam confirmauit et eodem modo dedit ipse Ernulfus duo molendina in eadem uilla Abbacie de Rumeseia etc.

[1] The nunnery of Shaftesbury. Monast. vol. 2, p. 471.
[2] Herbert le Poore, ob. 1217.
[3] *cartam* interlined by annotator.
[4] Joscelin de Bailleul, resign. 1184.
[5] Monast. vol. 2, p. 483.

Et Johannes filius Alani per attornatum suum dicit quod reuera Arnulfus fuit antecessor suus. Set quia curia domini Regis incerta est si Ricardus sit attornatus Abbatisse uel non quia milites non uenerunt et datus est etc. et uicecomes habeat corpora quatuor militum etc. et iurata remaneat usque ad aliam summonicionem[1] ad diem uenerunt predicti quatuor milites et dicunt et testantur quod idem Ricardus est attornatus eiusdem Abbatisse et quod ipsa concessit responsum suum et idem Ricardus profert cartam Ernolfi de Hasting' que testatur quod ipse concessit ecclesie S. Edwardi ecclesiam de Kiuele cum pertinenciis cum quadam cognata sua moniali[2] sicut Eynolfus pater suus illam eis donauerat et profert etc. Regis Henrici senioris et Henrici Regis aui domini Regis et Regis Ricardi que donum illud confirmant[4] et ideo Consideratum est quod nulla procedat assisa quia ecclesia non uacat et ideo Abbatissa inde sine die et Johannes in misericordia et perquirat per breue de recto si uoluerit.

Nota quod in curia domini Regis perpendi poterit per cartas et confirmationes et per facta episcoporum utrum ecclesia uacat uel non[3].

174. Linc.

Jurata xxiiij. ad conuincendum xij. inter Simonem de Kima patrem Philippi cuius heres idem Philippus est querentem et Priorem de Cattele[5] et Gaufridum de Sanctichesmar' uenit recognitura si mariscus uel aliqua pars marisci qui includitur infra metas subscriptas sit de manerio de Northkime, uel tantummodo de manerio de Billingeie scilicet de uilla de Billingeheie usque ad Windecarefflet et de tota terra de Billengesheie ex utraque parte calcete[6] per quod itur de Billingeheie et Kima usque ad Windeford, unde idem Philippus queritur quod recognitores assisarum noue disseisine que sumonite et capte fuerunt coram iusticiariis ultimo itinerantibus in comitatu Lincolnie de communa infra predictas diuisas falsum fecerunt sacramentum etc.

Nota quod si xij. iuratores in conuictione dederunt liberum tenementum ubi assisa non fuit arramiata nisi de communa pasture, ex hoc conuincuntur[7].

Et super hoc uenit Prior et dicit quod assisa que capta fuit inter eum et predictum Simonem fuit capta de libero tenemento et non de communa et nichil clamat nisi commu-

[1] What follows would be postscript on the roll.

[2] The text has something like *moni noiali*.

[3] The bishop's certificate would not be conclusive. Br. f. 241 b.

[4] Charter of John, Rot. Cart. 150.

[5] Monast. vol. 6, p. 967.

[6] *calceta*, a road.

[7] A *conuictio* is what was afterwards known as an attaint. Br. f. 288 b.

nam et ideo ponit se in misericordiam et quia xij. iuratores dederunt ei seisinam de libero tenemento et nichil clamat de libero tenemento, Consideratum est quod xij. in misericordia sicut conuicti.

xxiiij. iuratores dicunt quod totus predictus mariscus contentus infra predictas metas non est de manerio de Billingeheie quia quedam pars illius marisci est de Northkime. Dicunt eciam quod in manerio de Billingeheie sicut inquirere possunt, sunt xij. carucate terre tam in certa terra quam in marisco predicto, scilicet sex carucate de certa terra et sex carucate in marisco et in Northkime sunt sex carucate terre et quatuor bouate tam in certa terra quam in marisco predicto, set nesciunt aliquam distinctionem quantum sit in certa terra et quantum in marisco nec aliquid inquirere potuerunt de metis infra mariscos illos et homines de Kima communicant cum illis de Billingeheie in parte sua et illi de Billingeheie cum illis de Kima in parte sua de marisco suo. Et ideo Consideratum est quod xij. iuratores conuicti sunt eo quod dixerunt quod totus mariscus infra predictas diuisas fuit de Billingeheie et quod Philippus recuperauit seisinam suam de communa pasture sicut prius habuit in marisco illo ita quod homines de Northkime et homines de Billingeheie habeant communam in marisco de Northkime et quod uicecomes capiat omnes subscriptos iuratores et in prisona domini Regis saluo custodiat quousque aliud preceptum etc. et quod Prior et Gaufridus sint in misericordia pro falso clamore de primis assisis. |

175. Willelmus de Burdeleis' petit uersus Rogerum Giffard' unam carucatam terre cum pertinenciis in Hokyntona ut ius suum ita quod Rogerus se essoniauit de malo lecti uersus eum et quatuor milites debuerunt ad eum mitti ad eum uidendum unde Willelmus dicit quod non fuit uisus et quod surrexit sine waranto et capit se ad defaltam, quia tantum duo homines uenerunt ad eum et Rogerus dicit quod uisus fuit per quatuor milites etc. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat illos quatuor milites a die etc. ad testificandum si uisum fecerunt et si dederunt etc.

[26.] Cantebr.

De eo qui surrexit sine uisu cum essoniatus esset de malo lecti[1].

[1] See Br. f. 355.

176. Essex. Assisa uenit recognitura si Henricus filius Fulcheri pater Nicholai qui est infra etatem fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de quatuor uiginti acris terre cum pertinenciis in Newendona die quo obiit etc. et si etc., quam terram Warinus filius Fulcheri tenet. Qui uenit et dicit quod nichil clamat in terra illa nisi de ballia comitis Willelmi de Mandeuilla et inde uocat eum ad warantum etc. Et comes per attornatum suum uenit et dicit quod reuera non habet inde nisi balliam per eum et bene cognoscit quod Henricus obiit inde seisitus ut de feodo et quod Nicholaus est proximus heres. Et ideo consideratum est quod Nicholaus recuperauit seisinam suam habeat breue etc.

177. Norf. Nicholaus de S. Albano petit uersus Willelmum de Gymingeham quod reddat ei viij. libr. et ix. sol. quos ei debet et iniuste detinet ut dicit unde idem Nicholaus profert talliam contra eum et producit sectam quod illos ei debet, unde dicit quod per hoc quod illos ei non reddidit deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam c. sol.

Et Willelmus uenit et defendit contra eum et contra sectam suam quod nichil ei debet set uerum uult dicere dicit quod bene potest esse quod tallie facte fuerunt, quia ipse aliquando fuit senescallus Rogeri de Cressy et ipse Nicholaus plures denarios commodauit eidem Rogero per tailliam et nescit si illos reddidit nec ne et quicquid ipse mutuo accepit de eodem Nicholas hoc fuit ad opus eiusdem Rogeri et uocat ipsum Rogerum ad warantum quia dicit quod tallia continet plures denarios quam ipse exigit. Et Nicholaus hoc cognouit et dicit quod superfluum[1] ei pacatum est et Willelmus uocat inde ipsum Rogerum ad warantum uersus eum habeat eum etc. pro debito domini Regis.

178. Kent. Hugo de Saunford pro se et Johanna uxore eius cuius loco etc. queritur quod Stephanus de Ulmis iniuste duxit in uxorem Johannam que fuit uxorem Gileberti de Tilemanestona que est de donacione ipsorum Hugonis et Johanne sine licencia sua etc. et quod ipsa Johanna cepit ipsum Stephanum in uirum sine licencia etc. et preterea petunt uersus eundem Stephanum quod reddat eis custodiam terre et

[1] Perhaps *superplus*.

heredis predicti Gileberti que ad eos pertinet racione feodi quod idem Gilebertus de eis tenuit in Sturemue per seruicium militare ut dicunt, unde ipsi ostendunt quod ea occasione quod iniuste deforciat eis predictam custodiam et quod iniuste cepit ipsam Johannam in uxorem deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam xl. m. etc.

Et Stephanus uenit et dicit quod non habet heredem illum immo Hamon de Creuequeor illum habet et terram illam de Sturemue tenet ipse in dotem cum uxore sua et illam Johannam duxit in uxorem ex uoluntate balliuorum domini Cantuariensis Archiepiscopi de quo predictus Gilebertus tenuit et petit iudicium si debeat ad aliud breue respondere de herede desicut non habet heredem. Et Hugo et Johanna cognoscunt quod reuera quod[1] ipse non habet heredem et ideo de illo breui recedit Stephanus sine die et Hugo in misericordia et de hoc quod ipsam Johannam duxit in uxorem uocat dominum Archiepiscopum ad warantum quod per assensum eius etc. et Johanna uxor Stephani eodem modo eundem uocat eum ad warantum Habeant eum a die etc.

179. Assisa uenit recognitura utrum due acre terre et j. mesagium cum pertinenciis in Bercamstede que Ricardus de Ruuenhache tenet sint libera elemosina pertinens ad ecclesiam Hugonis de Bathonia de Bercamstede[2] etc. et Ricardus uocauit inde ad warantum Radulfum de Rughenora qui illam ei warentizauit et uocauit inde ad warantum Radulfum filium Dionisii ita quod Radulfus sumonitus fuit etc. et se essoniauit apud Dunstapliam et habuit diem per essoniatorem suum a die etc. et tunc non uenit etc. et ideo assisa capiatur per defaltam set ponitur in respectum usque etc. Hertford.

180. Henricus de Naffordia pro se et Matillide uxore eius cuius loco ponitur petit uersus Henricum de Glannuilla quem Hugo Graundi' uocauit ad warantum et qui ei warentizauit j. hidam terre cum pertinenciis et dimidiam et terciam partem j. uirgate terre cum pertinenciis in Aspele ut ius ipsius Matillidis et ut illam unde Emma de Mentemora auia ipsius Matillidis fuit seisita ut de feodo et iure et Bed.

[1] Omit *quod*. [2] ? *uel laicum feodum eiusdem Ricardi.*

in dominico tempore H. Regis aui domini Regis capiendo inde expleta ad ualenciam x. sol. et de ipsa Emma descendit ius terre illius Willelmo de Mentemora filio et heredi suo et de ipso Willelmo etc. ipsi Matillidi ut filie et heredi sue, et quod ipsa Emma fuit inde seisita et quod ius terre illius debebat descendere eidem Matillidi sicut predictum est offert probare uersus eum sicut curia considerauerit per corpus cuiusdam liberi hominis sui Nicholai qui hoc offert probare per corpus suum sicut curia considerauerit etc.

Et Henricus uenit et defendit ius suum et seisinam ipsius Emme et totum de uerbo ad uerbum per corpus cuiusdam [26 b.] liberi | hominis nomine Godwini qui hoc offert defendere per corpus suum sicut curia considerauerit.

Et Henricus de Naffordia pro se et Matillide uxore eius cuius loco ponitur uenit et dicit quod ipse non debet eidem Hugoni terram illam warentizare quia aliquando in comitatu de Bedefordia fuit placitum inter ipsum Henricum de Naffordia et Matillidem uxorem eius petentes et quendam Ricardum de Glanwilla tenentem de ipsa et eadem terra in uilla de Aspele ita quod ipse Ricardus recognouit eidem Henrico terram illam[1] esse ius ipsius Henrici et ei illam remisit etc. et inde offert ponere se super patriam. Preterea dicit quod nullo modo debet Henricus esse heres ipsius Ricardi de Glonuilla quia iste Henricus nulla affinitate parentele attingit ipsum Ricardum et nullum ingressum habet in terram illam nisi per intrusionem guerre et hoc patet quia neque ipse neque Henricus fuerunt inde seisiti nisi per ipsam guerram etc. et petit iudicium si propter talem modum guarancie debeat ius suum amittere. Et preterea petit sibi allocari quod ipse nullam cartam profert per quam ipse Henricus debeat eidem Hugoni warentizare et offert domino Regi j. m. pro sic quod inquiratur utrum ipse Hugo alium ingressum habeat in terram illam nisi per guerram et intrusionem ipsius guerre etc. Et Henricus de Glanuilla per attornatum suum dicit quod ipse est heres predicti Ricardi et ut nepos et heres suus posuit se in hereditatem suam et non per intrusionem. Post uenit Henricus de Naffordia et dicit quod

[1] *recognouit* and *terram illam*, interlined by annotator.

predictus Henricus non potest heres esse quia ipse est bastardus. Et alius Henricus[1] quod alias fuit ipse Henricus in curia et loquela in curia querelata[2] hinc inde, et tunc nullam mencionem fecit de bastardia et hoc petit sibi allocari.

Et Henricus de Naffordia dicit quod non debet ei nocere quia alias dixit ipse quod non fuit heres Ricardi nec esse potuit et adhuc idem dicit quia est bastardus.

Post uenit Henricus de Glannuilla per attornatum suum et ponit se in magnam assisam domini Regis et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in terra illa.

Vitalis Engaun' per attornatum suum petit uersus Petrum filium Hereberti terciam partem duarum carucatarum terre cum pertinenciis in Mor ut ius suum etc. et ut illam unde Willelmus de Chesneto fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui domini Regis capiendo etc. Idem Willelmus habuit tres filias scilicet Margeriam de Cressy et Clemenciam et Sarram postnatam que fuit mater ipsius Vitalis quibus ius terre illius descendit unde petit terciam partem illam ut partem suam que eam contingit de hereditate predicti Willelmi per predictam Sarram matrem suam et quod ita sit etc. Norf.

Et Petrus per attornatum suum uenit et dicit quod non debet ei respondere ad hoc breue, quia ipse Vitalis qui[3] cognoscit quod petit terram illam ut in proparte sororum, et amite sue scilicet Margerie et Clemencie non nominantur in breui desicut participes sunt de hereditate predicti Willelmi et ideo petit iudicium si debeat ad hoc breue respondere.

Et Vitalis dicit quod hoc non debet ei nocere quia ipse non clamat nisi partem suam et amite sue habent partes suas et petit iudicium. Consideratum est quod respondeat quia Vitalis non clamat nisi partem suam[4].

Et Petrus uenit et dicit quod tenet terram illam ut illam que ei data fuit in maritagium cum Alicia uxore eius et inde uocat ad warantum Herebertum filium suum et heredem habeat eum a die etc.

[1] Supply *dicit*.
[2] Supply *fuit*.
[3] Omit *qui*.
[4] See Br. f. 429.

182. Johannes de Isegny[1] sumonitus fuit ad respondendum
Linc. Priori de Simplingeham[2] quare impedit eum presentare ydoneam personam ad ecclesiam de Nortona que uacat etc. cuius aduocacionem idem Prior clamat uersus eundem Johannem.

Et Johannes uenit et dicit quod iuste impedit presentacionem suam quia Adam de Isegeny frater eiusdem Johannis cuius heres ipse est habuit illam aduocacionem ut ius et hereditatem suam que ei descendit iure hereditario ab antecessoribus suis et idem Adam presentauit quendam Johannem clericum ad eandem ecclesiam qui ad presentacionem suam fuit admissus et ultimo obiit persona, et ipse Johannes arramiauit assisam ultime presentacionis uersus eundem Priorem et petit seisinam fratris sui cuius heres ipse est etc.

Et Prior per attornatum suum bene cognoscit quod aduocacio illa fuit ius et hereditas predicti Ade et quod Adam presentauit predictum Johannem qui ultimo obiit persona, set post presentacionem suam dedit idem Adam aduocacionem illam eidem Priori et domui sue et inde profert cartam eiusdem Ade que testatur quod idem Adam dedit etc. pro deo et pro salute etc. S. Marie et conuentui de Semplingeham ecclesiam de Nortona cum pertinenciis suis et quicquid iuris in illam habuit in puram et perpetuam elemosinam et illam warentizabit etc. contra omnes homines et feminas.

Et Johannes uenit et cognoscit cartam, set illa non debet ei nocere, quia tempore quo facta fuit non fuit ipse seisitus de ecclesia illa, immo Johannes predictus illam tenuit ut persona ex dono suo, et preterea facta fuit eo tempore quo Alexander de Pointona[3] eum habuit in prisona sua quando dominus J. Rex transfretauit in Hiberniam eo quod non iuit cum domino Rege in Hiberniam et idem Alexander tunc fecit quod uoluit de eo et de sigillo suo et quia aduocatus fuit domus de Semplingeham et amicus eorum fecit eum facere cartam illam. Et quesitus quid fecit quando exiuit de prisona dicit quod nunquam postea usque in hunc diem uidit

[1] Badly written; but this seems the name. The Norton is Norton Disney. See Rot. Cl. vol. I. 290, for Adam de Isny.
[2] Monast. vol. 6, p. 947.
[3] See Rot. Cl. vol. 1, pass.

cartam illam. Et ideo Consideratum est quod Prior recuperauit seisinam suam et Johannes in misericordia et habeat breue ad uicecomitem et ad episcopum Lincolniensem. | [27.]

183. Hugo de Saunford petit uersus Robertum de Saunfordia terciam partem feodi unius militis cum pertinenciis in Witham ut ius suum et[1] in quam idem Robertus non habet ingressum nisi per Robertum de Saunfordia patrem suum cui Ricardus de Saunfordia templarius crucesignatus frater predicti Hugonis cuius heres ipse est eam dimisit ad terminum crucesignatorum qui preteriit ut dicit etc. Bercsir.

Et Robertus uenit et dicit quod non debet ei ad hoc breue respondere, quia idem Hugo non est heres predicti Ricardi immo idem Hugo habuit unum fratrem primogenitum Thomam nomine qui habet unum filium Warinum nomine qui adhuc superstes est et petit iudicium si debeat ei ad hoc breue respondere desicut continetur in breui suo quod ipse est heres predicti Ricardi.

Et Hugo cognoscit quod reuera Thomas fuit frater suus primogenitus et quod Warinus est filius suus, set idem Thomas dedit ei totum ius suum quod habuit in terra illa ita quod ipse inde deuenit homo Comitis Marescalli de cuius feodo terra illa est.

Concordati sunt per licenciam iusticiariorum et est concordia talis quod terra illa remanet quieta eidem Roberto tali modo quod illam tenebit de ipso Hugone et heredibus suis per lx. s. et forinsecum seruicium pro omni seruicio unde x. s. debent reddi Prioratui de Litlemora[2] in liberam elemosinam et idem Hugo et heredes sui warentizabunt ei et heredibus suis totam terram illam cum pertinenciis contra Marescallum et contra heredes Thome de Saundford et contra omnes homines etc. et cirographum remanet capiendum eo quod est infra etatem etc.

184. Willelmus de S. Leodegario et Alicia uxor eius petunt uersus Rogerum de Laghefar clericum xvij. acras in Laghefar ut dotem eiusdem Alicie unde Robertus de Mucegros quondam uir suus illam dotauit etc. Essex.

[1] *ut ius suum et*, interlined by annotator.

[2] Monast. vol. 4, p. 490.

Et Rogerus uenit et dicit quod non debent inde dotem habere nisi tantum de seruicio, quia ipsi tenent totam terram illam in dotem exceptis illis xvij. acris terre et de illa terra receperunt ipsi semper seruicium suum et fidelitatem eisdem fecit et inde producit sectam que hoc testatur.

Et Willelmus et Alicia defendunt contra eum et contra sectam suam quod nunquam seruicium de eo receperunt nomine dotis nec fidelitatem eis fecit racione dotis et hoc offert etc. sicut curia considerauerit uersus eum et sectam suam.

Consideratum est quod ipsi defendant se xij. manu, scilicet Willelmus se xij. manu et Alicia se xij. manu et ueniant cum legibus suis a die etc. Concordati sunt per licenciam et est concordia talis quod idem Rogerus dabit eis pro quieta clamancia xxiiij. m. reddendas a die etc. apud Westmonasterium et si non reddiderit taliter remaneat eisdem Willelmo et Alicie terra illa etc.

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO S. TRINITATIS ANNO SEXTO.

185. Norf. [1]Preceptum fuit uicecomiti quod coram eo in comitatu suo fieri faceret recordum de loquela que fuit in eodem comitatu inter Ricardum de Cattona petentem et Odonem de Daunmartin[2] tenentem de x. acris terre cum pertinenciis in Hemelingtona unde duellum uadiatum fuit inter eosdem in eodem comitatu[3] de quinque acris terre cum pertinenciis in Cattona unde duellum uadiatum est etc. et quod recordum illud haberet per literas suas et per quatuor milites de comitatu etc. et nullus quatuor militum uenit nisi tantum Matheus de Morlee[4] et ideo ad iudicium de comitatu. Et uicecomes misit recordum quod tale est quod Ricardus de Cattona peciit x. acras terre cum pertinenciis in Hemeling-

[1] B. m. 1.
[2] *Odonem de Sancto Martino*, B.
[3] Supply *et inter eundem Ricardum petentem et Odonem de Muntmertin*, B.
[4] *Morlegh'*, B.

tona uersus Odonem de Danmartin[1] qui terram illam warentizauit Ade filio Radulfi et dicit quod idem Odo iniuste warentizauit ipsi Ade terram illam quia Hugo filius Georgii frater Alicie auie ipsius Ricardi fuit seisitus de terra illa ut de feodo et iure tempore Regis Henrici aui domini Regis tempore pacis capiendo inde expleta ad ualenciam etc. et plus de exitibus terre, et de ipso Hugone qui obiit sine herede de se hereditarie descendere debuit Alicie sorori[2] sue et de ipsa Alicia Haconi filio ipsius Alicie, et de ipso Hacone ad ipsum Ricardum ut ad filium et heredem ipsius Haconis et hoc offert probare per corpus Ade filii Gaufridi de Uptone qui dicit quod Gaufridus pater suus uidit ipsum Hugonem capere expleta predicte terre sicut predictum est et precepit ei quod hoc disracionaret per corpus suum si inde necesse aliquando fuisset. Willelmus de Danmartin qui attornatus fuit Odonis de Danmartin in loquela illa per breue domini Regis uenit et defendit ius ipsius Ricardi et seisinam de uerbo in uerbum et offert defendere per corpus Johannis de Nywenham uel per alium sufficientem qui hoc facere possit et debeat si de eo male contigerit. Et Ricardus offert probare per alium sufficientem quam per Adam qui hoc possit et debeat si de ipso Ada male contigerit Judicium Odo defendat per corpus ipsius Johannis qui inde dedit uadium et inuenit plegios[3] et Ricardus probat[4] per corpus predicti Ade qui inde dedit uadium et inuenit plegios[5] etc.

Idem Ricardus de Cattona peciit quinque acras terre cum pertinenciis in Cattone uersus Odonem de Danmartin[6] qui terram illam warentizauit Ade de Cattone et dicit quod idem Odo iniuste warentizauit ei terram illam quia Edwenius[7] auus ipsius Ricardi fuit seisitus de terra illa ut de feodo et iure tempore Regis Henrici aui domini Regis tempore pacis capiendo inde expleta ad ualenciam dimid. m. et plus de exitibus terre et de ipso Godwino[8] hereditarie debuit descendere Haconi filio suo et de Hacone ad predictum Ricardum

[1] *Dan Martin*, B.
[2] *uxori*, B, but semble wrongly.
[3] Names of pledges in B.
[4] *probet*, B.
[5] Names of pledges in B.
[6] *Daunmartin*, B.
[7] *Edwynus*, B.
[8] Sic, B.

sicut ad filium et heredem suum et hoc offert probare per [27 b.] corpus Ricardi filii Roberti[1] de Regetona[2] qui dicit | quod Robertus[3] pater eius uidit ipsum Godwinum capientem expleta de terra illa sicut predictum est et precepit ei quod hoc disracionaret per corpus suum si inde aliquando necesse fuerit uel offert probare per alium ut supra[4] si de ipso Ricardo male contigerit. Willelmus de Danmartin attornatus Odonis uenit et defendit ius suum et seisinam et totum de uerbo in uerbum et offert defendere per corpus Ricardi de Neweham uel per alium[5] etc. si de eo etc. Judicium, Odo defendat se per corpus ipsius Ricardi qui inde dedit uadium et inuenit plegios etc.[6]

Et predictus Ricardus et Odo ueniunt cum campionibus suis et quesiti si recordum tale sit dicunt quod recordum tale est et campiones similiter qui ueniunt armati. Set predictus Ricardus de Cattone dicit quod predictus Ricardus de Neweham postquam uadiauit duellum predictum uadiauit alium duellum in comitatu Deuonie et illud percussit et petit hoc sibi allocari. Et Ricardus de Neweham cognoscit quod duellum illud percussit et quod illud uadiauit post duellum istud uadiatum set dicit quod nichil fecit per quod istud duellum debeat remanere quia sanus est et incolumis et paratus ad faciendum duellum suum pro domino suo sicut illud uadiauit.

Casus, ubi campio uadiauit et percussit duellum postquam primo illud uadiauerat et ante percussionem.

Et Willelmus de Cocham[7] magister ipsius Ricardi quesitus si esset cum ipso Ricardo quando uadiauit duellum[8] dicit quod non set reuera fuit cum eo quando illud percussit et dicit quod nesciuit quod duellum illud uadiauerat postquam istud predictum duellum uadiatum uersus predictum Ricardum[9].

Concordati sunt et habeant cirographum.

[1] *Ricardi*, B.
[2] *Hegetona*, B.?
[3] Sic, B.
[4] *per alium sufficientem qui hoc facere possit et debeat si de ipso Ricardo male contigerit*, B.
[5] *per alium sufficientem qui hoc facere possit et debeat si de predicto Ricardo male contigerit*, B.
[6] Names of pledges; *et Ricardus Hacun probet hoc per corpus Ricardi filii Roberti qui inde dedit uadium et inuenit plegios;* names of pledges; B.
[7] *Cokham*, B.
[8] *in comitatu Deuonie*, B.
[9] B stops.

186. Willelmus de Salicibus petit uersus Hugonem de Pikeringe redditum viij. sol. cum pertinenciis in Roppes et in Clipesby quem ei dimisit ad terminum. **Norf.**

Et Hugo uenit et petit uisum de tenemento unde etc. habeat a die etc. et interim etc.

Idem Willelmus petit uersus eundem Hugonem j. rodam prati et redditum xj. denar. cum pertinenciis in Clippesby et uersus Hugonem Nigrum j. acram terre et dimidiam acram prati et redditum xxj. den. cum pertinenciis in eadem uilla in que idem Hugo et Hugo non habent ingressum nisi per Ricardum de Clippesby cui Osbertus filius Bernardi auus eiusdem Willelmi cuius heres ipse est illam inuadiauerat etc. ad terminum qui preteriit etc.

Et ipsi Hugo et Hugo ueniunt et dicunt quod non debent ad hoc breue respondere quia ipsi et pater suus tenuerunt terram illam ante tempus Regis Ricardi et ultra tempus assise contentum in breuibus de assisis mortis antecessorum et petit inde iudicium et idem Willelmus hoc cognoscit et ideo Willelmus inde sine die et similiter uersus Willelmum filium Ricardi qui non uenit etc.

Nota quod non ualet breue de ingressu inpetratum, ultra tempus assise mortis antecessoris, quia habent idem tempus[1].

187. [2]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Bokintona que uacat etc., cuius aduocacionem dominus Rex clamat uersus Johannem filium Philippi, qui uenit et dicit quod ecclesia non uacat quia Leonius clericus est inde persona qui presens est et hoc idem dicit set nichil profert[3] de aduocato uel de episcopo nisi tantum literas patentes Roberti archidiaconi Staffordiensis in quibus continetur quod propter contumaciam Decanus[4] de Bruges ad mandatum iudicum delegatorum misit ipsum Leonium in possessionem capelle de Bulintona causa rei seruande et post lapsum anni durante memorati Decani contumacia, ad mandatum ipsorum **Stafford.**

Casus W. de Ral' de capella pertinente ad matricem ecclesiam. Nota de clerico qui intrusit in ecclesiam per iudices delegatos ex secundo decreto, quod nihilominus processit assisa, quia ipse nihil habuit de aduocato, nec episcopo[5].

[1] See Br. f. 318 b.

[2] B. m. 3.

[3] *dicit*, B.

[4] Corr. *Decani*, B. Collegiate church of Bridgenorth, Monast. vol. 6, p. 1463.

[5] The two clauses of this note were perhaps written at different times. Allusion seems made to some other case about a chapel which came before William of Raleigh. The annotator remarks that the intruding clerk, who is imprisoned, had been put in possession by the ecclesiastical judges.

iudicum ipsum Leonium ex secundo decreto in corporalem miserunt possessionem etc., unde idem Leonius dicit quod octo annis elapsis fuit ipse inde persona set litere sue recentes sunt et cera recens est de quindena[1] et nichil habet de aduocato et ideo dictum eius pro nichilo habetur et Johannes nichil dicit quare assisa remaneat.

Juratores dicunt quod quidam Alexander de Ludesdona[2] qui fuit uicecomes domini Regis de comitatu Salopesbirie[3] et custos manerii de Clauerlega quod est domini Regis fuit persona eiusdem ecclesie de Clauerlega ex dono domini Regis et presentauit quendam Odonem clericum ad predictam ecclesiam de Bokintona ut ad capellam pertinentem ad ecclesiam suam de Clauerlega ex parte domini Regis, et bene dicunt quod Johannes uel antecessores sui nunquam presentauerunt ipsum Odonem, et ideo Consideratum est quod dominus Rex recuperauit seisinam suam et Johannes in misericordia et Leonius quia intrusit se contra etc. per iudices[4].

188. Norf. [5]Bartholomeus de Stinekeya[6] petit uersus Willelmum de Francheuilla unam carucatam terre cum pertinenciis in Suthpikeham ut ius suum etc. et ut illam in quam idem Willelmus non habet ingressum nisi per Petrum fratrem suum qui illam ei dimisit ad terminum v. annorum qui preteriit quando iuit in terram sanctam et qui Petrus obiit cuius heres ipse est etc.

Et Willelmus uenit et dicit quod nullum ingressum habuit ad terminum immo habuit in feodo et inde profert cartam eiusdem Willelmi que testatur quod idem Petrus dedit et concessit Willelmo de Frauncheuilla totam terram suam apud Suthpikeham cum omnibus pertinenciis etc. habendam et tenendam eidem Willelmo etc. de Philippo fratre ipsius Petri[7] etc. libere etc. reddendo etc. iiij. sol. Profert eciam etc.[8] Ricardi filii Simonis capitalis domini que[9]

[1] Omit *de quindena*, B. Perhaps these words have got in by mistake.
[2] *Ludeston'*, B.
[3] Omit *de com. Salop*. B.
[4] *per iudices*, added by annotator. *Et Leonius quia intrusit se in ecclesiam illam contra dominum Regem capiatur*, B.
[5] B. m. 4.
[6] *Stikeneya*, B.
[7] *et de heredibus suis*, B.
[8] *cartam*, B.
[9] *donum illud ei confirmat*, B.

etc., unde dicit quod illam tenet in feodo et non ad terminum.

Et Bartholomeus defendit cartam et sigillum et donum et bene dicit quod Petrus nunquam terram illam ei dedit et inde ponit se super quosdam testes nominatos in carta et super alios de patria Wilt'[1] scilicet Willelmum de S. Germano | et alios[2] et Willelmus similiter et ideo fiat per predictos et per x. alios etc. iurata ad recognoscendum si predictus Petrus cartam illam ei fecit et donum etc. uel si illam ei tradidit ad terminum qui preteriit etc.

[28.] Jurata utrum in feodo *uel* ad terminum.

189. [3]Willelmus filius Ricardi Aguillun[4] peciit simul cum Ricardo de Grenestede et aliis particibus suis uersus Reginaldum Aguillun tres partes tercie partis feodi j. militis cum pertinenciis in Ofham ut ius suum et omnes concordati sunt[5] ita quod ipsi recognouerunt illas tres partes feodi j. militis esse ius ipsius Reginaldi, habendas et tenendas eisdem Reginaldo et heredibus suis de predictis et eorum etc. inperpetuum, reddendo inde annuatim iiij. libr. sterlingorum et pro hac recognicione idem Reginaldus dedit eis xij. marcas etc. Et sciendum quod Willelmus est infra etatem et ideo non habet cirographum de parte sua et habebit per annum duas marcas in proparte sua et cum ad etatem peruenerit habeat cirographum etc.

Sussex.

Nota quod minor remittit infra etatem, set cyrographum non habebit ante etatem.

190. [6]Alicia de Vallibus per attornatum suum petit uersus Johannem filium Roberti quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento quod de ea tenet in Cumptona, unde ipsa dicit quod ad ultimum scutagium reddidit ipse ei xj. den. j. ob. et ei aretro sunt v. den. adhuc etc.[7]

Sumerset'.

Et Johannes uenit et dicit quod pater suus tenuit quandam terram de ea per uicesimam partem feodi j. militis et illud idem seruicium ei facit, et libenter faciet[8] et Alicia nichil certum scit petere set petit alium diem et Johannes petit iudicium si ei ad incertum debeat respondere nec uult diem dare et Johannes inde sine die et Alicia in misericordia.

Nota quod cadit actio de seruiciis et consuetudinibus, quia querens nihil certum certum sit exprimere[9].

[1] Omit *Wilt'*, B.
[2] Three other names, B.
[3] B. m. 8.
[4] *Agwillun*, B.
[5] B stops short without giving the terms of the compromise.
[6] B. m. 3 d.
[7] *adhuc etc.* added by annotator.
[8] *faceret*, B.
[9] Sic, corr. *nihil certum scit exprimere*.

191. Sumerset. [1]Alicia[2] que fuit uxor Johannis Mautrauers per attornatum suum petit uersus Willelmum Mautrauers terciam partem feodi j. militis cum pertinenciis in Gyuele[3] ut dotem suam etc. unde predictus Johannes eam dotauit etc.

Et Willelmus uenit et dicit quod habet terram illam ex dono Johannis Mautrauers patris sui per cartam quam profert et que donum illud testatur et inde uocat ad warantum Johannem filium Johannis fratris eiusdem Willelmi et heredem Johannis patris sui et aui ipsius Johannis.

Et idem Johannes presens est et est infra etatem et dicit quod non debet ad cartam illam respondere nec terram illam ei warentizare quia Johannes pater suus die quo desponsauit Hawisiam matrem suam fuit seisitus ut de feodo et iure et hereditate sua de terra illa ita quod eam dotare potuit et inde ponit se super iuratam et dicit quod bene warentizauit matri sue dotem suam et petit iudicium desicut Johannes pater suus tenuit terram illam post mortem Johannis de quo carta loquitur, non uult[4] etc. nisi curia[5] etc. antequam habeat etatem suam.

Et Willelmus uenit postea et dicit quod reuera Johannes frater suus fuit seisitus de terra illa die quo eam Aliciam[6] desponsauit etc. set postea inplacitauit[7] ipse eundem Johannem in comitatu per breue de recto ita quod post guerram per[8] iudicium eiusdem comitatus recuperauit ipse terram illam in eodem comitatu et inde uocat comitatum ad warantum per auxilium curie et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo in comitatu suo recordari faciat loquelam illam et recordum illud habeat a die etc.[10] per iiij. milites etc.

Nota quod non potest quis dotare uxorem suam de terra quam amisit per iudicium postquam desponsauit uxorem suam[9].

192. Hertford. [11]Johanna que fuit uxor Willelmi filii Baldewini petit uersus Gaufridum filium Baldewini terciam partem trium uirgatarum terre et xij. acrarum terre cum pertinenciis in Treeng' ut dotem suam unde predictus Willelmus quondam etc. eam dotauit etc.

[1] B. m. 2 d.
[2] *Hauwysia*, B.
[3] *Ginle* or *Giule*, B.
[4] *ad cartam illam respondere*, B.
[5] *considerauerit*, B.
[6] *Aliciam*, interlined by annotator.
[7] *replacitauit*, B.
[8] *per* repeated.
[9] See Br. f. 310.
[10] Michaelmas five weeks.
[11] B. m. 1 d.

Et Gaufridus per attornatum suum uenit et dicit quod de predicta terra habet ipse duas uirgatas terre et xij. acras terre ex dono Abbatis de Fauersham[1] et inde uocat ipsum Abbatem ad warantum.

De tercia uirgata terre dicit ipse quod non debet inde dotem habere quia ipsa dotata fuit nominatim de terra quam Willelmus uir suus tenuit in Heiford in comitatu Oxonie et inde ponit se super iuratam et Johanna similiter, quia dicit quod dotata fuit de tercia parte tocius terre quam Willelmus uir suus tenuit et ideo fiat inde iurata et ueniat a die etc. ad recognoscendum utrum predictus Willelmus quondam etc. die qua eam desponsauit dotauit eam de terra quam tenuit in Eyford tantum uel de tercia parte tocius terre sue quam tunc tenuit etc. et fiat iurata per recognitores de proximo uisneto de Ebbrebiria[2] in comitatu Oxonie. Et sciendum quod ipsa concessit quod si iuratores dicunt quod ipsa fuit dotata nominatim de terra in Heifordia tunc nichil clamabit uersus eum de aliqua predictarum terrarum immo tenebit se ad terram illam de Heifordia et ideo interim remaneat[3] de predictis ij. uirgatis terre et xij. acris et cum iurata facta fuerit tunc fiat inde secundum quod per iuratam[4] recognitum fuerit.

Nota quod si exceptum fuerit contra mulierem petentem dotem suam de tercia parte, quod nominatim dotata fuit de aliqua certa terra inquiratur ueritas per patriam et interim remaneat petitio sua uersus alios quousque capiatur iurata.

193. [5]Margeria de Cressy, Reginaldus persona ecclesie de Linges et alii[6] sumoniti fuerunt ad respondendum Stephano de Sparham et Huberto de Nerefordia quo iure ipsi clamant communiam in communi pastura ipsius Stephani et Huberti in Sparham desicut ipsi nullam communiam habent in terra predicte Margerie et aliorum[7]. **Norf.**

Nota si summoniti ad respondendum Quo Jure dicant quod dominus uille uel alicuius partis communicat cum eis in aliis terris et hac racione uocetur ad war', uenire debet ad wara'[8].

Et Margeria et omnes alii per attornatum suum ueniunt et dicunt quod Willelmus de Sparham communicat cum eis alibi in terris suis et hac racione communicant cum eo in Sparham et inde uocant eum ad warantum habeant eum a die etc. | [28 b.]

194. [9]Johannes de Stolke[10] petit uersus Ricardum de Mesners[11] **Norf.**

[1] Monast. vol. 4, p. 568.
[2] *Erburghbir'*, B.
[3] Supply *placitum*, B.
[4] Or *iuratores*.
[5] B. m. 3.
[6] Fourteen others.
[7] *nec ipsi seruic' ipsis Stephano et Huberto faciunt quare comuniam habere debent*, B.
[8] See Br. f. 230.
[9] B. m. 2 d.
[10] *Stowe*, B.
[11] *Mainers*, B.

Nota quod ea que manifesta sunt, non indigent probacione.

quod reddat ei unum equum precii xxxij. s. quem ei debet et iniuste detinet ut dicit, unde idem Johannes ostendit quod idem Ricardus cepit Willelmum filium Laurencii hominem suum in nundinis Stanfordie ubi ipse duxit predictum equum suum ad uendendum et prostrauit eum de equo suo et cepit ipsum Willelmum et in prisona tenuit per v. dies et equum illum retinuit ita quod postea uisus fuit in herciis Comitis Warenne apud Stanfordiam, unde dicit quod per hoc quod secutus est placitum illud uexatus est et grauatus et deterioratus et dampnum habet ad ualenciam centum sol. et inde producit sectam sufficientem[1] etc.

Et Ricardus per Radulfum Carbonelle attornatum suum uenit et defendit capcionem equi et inprisonacionem[2] et totum de uerbo in uerbum sicut curia etc., set quia omnes predicti[3] testes testantur quod uiderunt equum illum in seisina predicti Ricardi et in hercia Comitis, et hoc fuit factum in nundinis Stanfordie, preceptum est predicto Radulfo quod faciat uenire Ricardum dominum suum a die etc. ad audiendum inde iudicium suum.

195. Hereford. [4]Willelmus de Stuteuilla et Margeria uxor eius per attornatum suum optulerunt se quarto die uersus Walterum de Cruell'[5] et Margeriam uxorem eius de placito quod uenirent cum lege sua ad defendendum quod ipsi nunquam custodiam habuerunt de custodia[6] Custancie filie et heredis Willelmi de Pudlesdona nec Reginaldus de Breusa[7] per eos habuit custodiam etc. et ipsi Walterus et Margeria non uenerunt et habuerunt diem in banco et ideo Consideratum est quod plegii sui de lege sint in misericordia quia non habuerunt eos etc. Et idem Walterus et Margeria pecierunt dotem uersus predictum Willelmum et Margeriam de tenemento quod fuit predicti Willelmi de Pudlesdona quondam uiri predicte Margerie uxoris Willelmi[8] ita quod Willelmus et Margeria noluerunt respondere sine predicta Custancia

[1] *que hoc testatur, scilicet*, then ten or eleven names, B.
[2] *inprisonamentum*, B.
[3] i.e. the members of the secta, whose names are in B.
[4] B. m. 5.
[5] *Kulle*, B.
[6] Sic, B.
[7] *Breause*, B.
[8] Sic B; but should it not be *Walteri?*

waranto de dote etc. [1]ipsius Margerie uxoris Walteri[1] et super hoc fuit lex predicta uadiata. Et ipsi defecerunt ad legem faciendam, et ideo Consideratum est quod Willelmus et Margeria eant inde sine die de dote illa et Walterus et Margeria habeant tale recuperare quale habere debebunt et sint in misericordia quia non sunt etc.[2]

Nota ubi tenens noluit respondere mulieri petenti dotem sine waranto suo de dote sua, et ipsa non produxit warantum et per uxorem steterit quominus warantus producatur, et lex uadiata fuerit et *postea defecerit* in lege, tenens sine die.

196. [3]Assisa uenit recognitura si Willelmus Trussel frater Alicie et Matillidis de Brochamtona et auunculus Willelmi de Kyntona[4] etc. fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de j. uirgata terre cum pertinenciis in Mertona die qua iter suum etc. ubi etc. quam terram Prior de Chaucumba tenet qui uocauit inde ad warantum Robertum de Chacumba qui ei warentizauit et uocauit inde ad warantum Willelmum Basset, qui respondit contra warantum sicut patet in ultimo rotulo de Warr' de itinere apud Warr', unde consideratum est quod non warentizet contra heredes predicti Willelmi eo quod continetur in carta Amicie matris predicti Willelmi Basset quod ipse[6] terram illam dederat Hugoni patri predicti[7] tenend' saluo iure heredum predicti Willelmi Trussel et ideo capiatur assisa uersus predictum Robertum.

Warr.

Nota quod si quis terram dederit per cartam et quod warentizabit uersus omnes preterquam uersus tales, si contra tales uocetur, non warantizabit. Idem uidetur, si capiatur homagium saluo iure cuiuslibet, uel si expresse ne teneatur ad warantiam, secundum W. Briwerr'[5]. Et similiter quod nepos portat assisam cum amitis.

Juratores dicunt quod predictus Willelmus Trussel iter arripuit uersus terram sanctam post coronacionem Regis Ricardi et tunc tenuit terram illam in feodo et in dominico et terram illam tradidit duobus hominibus ad firmam ad terminum trium annorum et licenciam cepit de[8] amicis suis et iter arripuit[9] etc. Et postea uero sex ebdomadis elapsis

[1-1] interlined by annotator; not in B.

[2] *non sunt prosecuti etc.*, B.

[3] B. m. 5.

[4] And of several other persons named in B.

[5] This is an important note. The case has nothing in it about William Brewer, a judge and statesman famous in his day. Now Bracton, f. 390 b, cites this case to illustrate the doctrine that one can expressly except certain persons from a warranty. (He cites the case from the eyre roll. As will be seen the point about the warranty was decided at Warwick. The eyre roll is preserved and is ticketed C. R. R. No. 10, but catalogued as No. 14. The case is on memb. 3 dors.) Immediately after this citation, Bracton remarks that in receiving homage one may expressly exclude warranty, and that William Brewer did this in many of his charters. This I can not but think a most striking coincidence. As to Brewer see Foss; he died a very old man in 1226.

[6] Sic B.

[7] ? *Roberti de Chaucumba.*

[8] *ab* not *de*, B. He took leave of his friends.

[9] *uersus peregrinacionem suam*, B.

uel eo amplius, occisa fuit uxor eiusdem Willelmi extra domum Johannis de Draicote patris sui cui idem Willelmus ipsam uxorem commiserat custodiendam et inuenta fuit in una marlera etc.[1] ita quod quidam Willelmus frater eiusdem Willelmi bastardus fugit in ecclesiam pro morte illa et cognouit mortem et abiurauit regnum et Walterus armiger euisdem Willelmi Trussel qui recesserat de eodem Willelmo quando iter arripuit, fugit pro eadem morte et Willelmus bastardus cognouit quod ipse et predictus Walterus occiderunt eam et bene dicunt quod nunquam audiuerunt quod idem Willelmus Trussel utlagatus esset et bene dicunt quod predicta Alicia et alii sunt proximi heredes.

Consideratum est quod ipsi recuperauerunt seisinam suam et Robertus in misericordia et Willelmus quietus de warancia et Robertus faciat escambium dicto Priori etc. et quia idem Robertus nullam terram habet in illo comitatu[2] preceptum est uicecomiti quod terram predictam extendi faciat et appreciari in dominicis redditibus et in omnibus aliis rebus etc. et appreciacionem illam scire faciat a die etc. et tunc habeat breue de habendo escambium in comitatu Leircestrie etc.[3] Ad diem illum misit uicecomes extensionem que talis est per particulas facta scilicet lxvj. sol. j. den. excepto blado in terra et ideo mandatum est uicecomiti Leircestrie quod ei lxvj. sol. terre j. den. habere faciat[4] quid et ubi et per quas particulas ei terram illam assignauerat scire faciat a die etc. Et Hugo de Chaucumba attornatus Roberti non uenit etc. et habuit diem in banco et ideo athachietur quod sit[5] etc.

197. **Deuon. De Bello Monte.** [6]Philippus de Bello Monte petit uersus Abbatem de Forda[7] quod faciat ei sectam ad hundredum suum de Shirewelle de maneriis de Lintona et de Cintebiria[8] sicut facere debet et solet, unde idem Philippus ostendit quod de manerio de Lintona debet unus homo sequi pro tota uilla hundredum

[1] *asportata fuit usque ad unam marleram*, B.

[2] *in com. Warr.* B.

[3] *de habendo escambio suo etc.* B. which has no more of this case.

[4] Supply *et.*

[5] For the priory of Chaucomb, or Saucomb, in Northamptonshire, see Monast. vol. 6, p. 426.

[6] B. m. 6.

[7] *de la Ford'*, B. Ford Abbey in Devonshire, Monast. vol. 5, p. 376.

[8] *Cuntebyr'*, B.

predictum de quindena in quindenam, et cum iudicia fuerint facienda in eodem hundredo tunc uenire debent de eodem manerio iiij. homines et prepositus per sumonicionem et ad *thunhing*edaies et ad laghedaies[2] sine sumonicione et eodem modo dicit de manerio de Cuntebiria unde dicit quod de secta illa fuit Thomas de Bello Monte seisitus auunculus suus[3] ut de feodo et iure tempore Ricardi[4] Regis etc. et de ipso Thoma descendit secta illa Ricardo fratri suo eo quod Thomas obiit sine herede de se ita quod Roeisia uxor eiusdem Thome tenuit hundredum illud cum secta illa predicta tota uita sua nomine dotis toto tempore Johannis Regis et de ipso Ricardo | descendit ius illius secte eidem Philippo ut [29.] filio et heredi suo et quod Ricardus pater suus et[5] auunculus suus ita fuerunt seisiti etc. offert disracionare sicut curia considerauerit unde dicit quod per hoc quod iniuste deforciauit ei illas sectas deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xx. marc., et inde producit sectam etc. et dicit quod est firmarius domini Regis de hundredo illo.

Nota qualiter secta descendit de herede in heredem, et inde producit sectam[1].

Et Abbas uenit et defendit uim et iniuriam et quod nullam sectam debet de predictis maneriis et dampnum et totum de uerbo in uerbum etc. et ponit se in magnam assisam domini Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi illa maneria quieta de predictis sectis uel faciendo predictas sectas etc. sicut idem Philippus dicit etc.

Inde magna assisa de sectis *fit* hiis uerbis, utrum scilicet tenens maius ius habeat tenendi manerium tale quieta......[6] sectis uel faciendo predictas sectas, sicut querens dicit.

198. [7]Leticia que fuit uxor Willelmi de *Caamu*[8] de qua quidam heredes ipsius Willelmi dixerunt quod falso fecit se inpregnatam uenit et dicit quod pregnans est et credit quod fuit genitus infans infra octabas S. Hillarii et uisa fuit per predictas[9] mulieres die Martis proxima ante festum S. Botulfi que omnes dicunt quod pregnans est ut credunt et sciunt quod confessa fuit quod uir suus sepultus fuit prima dominica quadragesime.

Norht. Wilt. Sussex.

Item nota de muliere que dicit se esset[10] pregnatam.

[1] The double sense of *secta* makes this a play upon words.

[2] *ad thethingedaghes et ad laghedaghes*, B. Tithing-days and law-days.

[3] *auunculus suus seisitus*, B.

[4] *Henrici*, B.

[5] *et quod*, B.

[6] Illegible; but *quieta* seems plain.

[7] B. m. 6 d.

[8] *Caynes* ?, B.

[9] *quasdam*, B.

[10] Sic.

Et[1] Lucia relicta Andree et alie[2] mulieres misse ad palpandam predictam Leticiam dicunt ut intelligunt quod ipsa pregnans est.

199. Staff. [3]Dominus Rex petit uersus Priorem de Kenillewurthe medietatem aduocacionis ecclesie de Stokes ut ius suum et ut illam unde dominus H. Rex auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure ita quod presentauit quendam Viuianum[4] clericum qui ad presentacionem suam fuit admissus capiendo inde expleta ut in oblacionibus etc. et de ipso Henrico descendit ius illius aduocacionis Henrico Regi filio[5] suo et de ipso Henrico Regi Ricardo fratri suo et de eodem Ricardo Rege J. Regi et de eodem Johanne eidem domino Regi ut filio et heredi suo et hoc offert etc.[6]

Nota de descensu iuris aduocationis de Rege in Regem.

Et Prior uenit et defendit ius suum et seisinam domini Regis aui sui et dicit quod medietatem illam aduocacionis eiusdem ecclesie habet ipse ex dono Walteri de Keneroswelle et profert[7] etc. quod ipse dedit etc. pro deo etc. in puram elemosinam et perpetuam deo et ecclesie S. Wulfadi de Stanis[8] et canonicis ibidem etc. medietatem ecclesie de Stokes cum capellis et aliis pertinenciis. Profert eciam cartam[9] domini Regis H. aui domini Regis que concedit et confirmat eis plures terras et ecclesias inter quas confirmat eis medietatem ecclesie de Stokes ex dono Walteri de Kenerswelle unde dicit quod desicut auus domini Regis confirmat eis donum illud uidetur ei quod dominus Rex debet hoc donum ei warentizare.

Et dominus Rex per Comitem Cestrie attornatum suum dicit quod carta illa ei nocere non debet, quia predictus Walterus fuit balliuus domini Regis H. aui sui et uicecomes

[1] *scilicet* not *et*, B.

[2] Names in B.

[3] B. m. 5. Bracton (f. 53 b and again f. 246 b) cites from Hil. A. R. 6 a case between the Earl of Chester (who here appears as the king's attorney) and the Prior of Kenilworth touching the church of Stoke. It may be to the present case that he refers.

[4] ? *Vincencium*, B.

[5] Henry, son of Henry the Second, was crowned, but died in his father's lifetime. It is curious therefore that the descent should be traced through him; but see Br. f. 374.

[6] *et hoc offert etc.*, not in B.

[7] *cartam eiusdem Walteri que testatur*, B.

[8] The priory of Stone in Staffordshire was a cell of the Abbey of Kenilworth. Monast. vol. 6. p. 225.

[9] Monast. vol. 6. p. 232.

patrie et nunquam aliquid habuit in terra illa de Stokes nec seisinam de aduocacione uel terra[1] et ideo donum suum nullum fuit et desicut nullum fuit donum suum petit iudicium si confirmacio aui sui debeat ei nocere quin habeat seisinam suam.

Post uenit Prior et dicit quod Walterus habuit terram illam et aduocacionem et[2] per concordiam factam inter eum et dominum Regem et uocat inde ad warantum Robertum filium etc. et Filomenam[3] uxorem eius filiam et heredem predicti Walteri, habeat eos a die etc.

200. [4]Ricardus filius et heres Ricardi de Melkeleia[5] athachiatus fuit ad respondendum Willelmo filio Johannis de placito quare non tenet ei finem factum in curia domini J. Regis patris domini Regis coram iusticiariis suis inter ipsos Johannem et Ricardum patrem predicti Ricardi de una hida et duabus uirgatis terre cum pertinenciis in Melkeleia et in Hungerhulla unde cirographum etc. quod profert etc. et testatur quod predictus Johannes tunc petens recognouit totam predictam terram cum pertinenciis esse ius ipsius Ricardi et pro hac recognicione etc. idem Ricardus concessit eidem Johanni xix.[6] acras terre cum pertinenciis in Melkeleia de eadem[7] et preterea duas acras bosci in la Hoke et totam pasturam que se extendit a crofta Pagani Fabri usque ad domum Willelmi filii *Ailbini* unde idem Ricardus queritur quod tota pastura illa et totus ille boscus et xvj. acre terre de predicta terra ei aretro sunt contra finem illum et petit quod finis ille teneatur. Hertford.

Et Ricardus uenit et est infra etatem et dicit quod bene potest esse quod finis factus fuit sicut predictum est set idem Willelmus post mortem patris sui dedit illas xxj. acras et boscum Priorisse de Rughenheye per cartam suam et ipsa Priorissa eandem terram et boscum dedit eidem Ricardo per cartam suam quam profert et que donum illud testatur et Nota quod minor respondet ad finem factum non obstante etate.

[1] See Br. f. 246 b: ubi ille qui dedit aduocationem nullam seisinam habuerit presentandi nec aliquod tenementum in uilla ubi ecclesia sita fuit.

[2] Sic, B.

[3] *Robertum de Kauerswell' et Aliciam uxorem eius*, B.

[4] B. m. 6 d.

[5] *Meklegh'*, B.

[6] *xxx.*, B.

[7] *de eadem terra*, B.

inde uocat ipsam Priorissam ad warantum habeat eam a die etc. per auxilium curie[1].

[α] Et quia idem Ricardus non dedicit finem et nichil continetur de predicta pastura in carta sua nec inde uocat warantum, Consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam et Ricardus in misericordia [β].

[γ] Ad diem illum uenit Priorissa et eidem Ricardo terram illam warentizat et dicit quod habet terram ex dono eiusdem Willelmi per cartam suam quam profert et que donum illud testatur et dicit quod idem Willelmus illam ei warentizare debet etc. Et Willelmus uenit et cognoscit bene cartam suam set hoc [δ] fuit tempore guerre per districtionem et preterea dicit quod Johannes pater suus non fuit seisitus de terra illa per quatuor annos ante obitum suum, et quesitus cui fecit querelam quando guerra finita fuit dicit quod nichil, et ideo Ricardus et Priorissa inde sine die usque ad etatem Ricardi qui dum fuerit infra etatem non potest super cartis placitare [ε].

201. Bercsir. [2]Radulfus Hareng' Jacobus de Poterna et socii sui iusticiarii ultimo itinerantes etc. recordantur quod apud Rading' coram eis uenerunt Jordanus Forestarius petens et Abbas de Certeseia per attornatum suum et optulerunt se de audiendo iudicio suo de j. carucata terre cum pertinenciis in Wautham et datus fuit eis dies etc. apud Westmonasterium [29 b.] si ipsi iusticiarii | tunc iter suum perfecerint sin autem coram eis ubicumque essent in itinere suo. Ad diem illum essoniauit se predictus Jordanus apud Wintoniam uersus predictum Abbatem de audiendo iudicio suo per Alanum filium Roberti et essoniator exspectauit quartum diem suum et Abbas uel attornatus suus non uenerunt uel se essoniauerunt unde Consideratum fuit quod Abbas athachiaretur quod esset etc. apud Westmonasterium audi-

[1] What follows does not quite accurately represent what is in the note-book, in which owing to the interpolation of a postscript on the roll, there has been a dislocation. The passage δ—ε occurs on f. 29 b at the end of another case (202). The copyist sees that something has gone wrong and writes *inferius* in the margin. There are two separate judgments; first (α—β) as to the pasture, which William recovers, Richard having no defence; second (γ—ε) as to the residue of the land; this last the Prioress warrants.

[2] B. m. 6 d.

turus iudicium suum et responsurus de capitali placito et de defalta.

202. [1]Almarus[2] de Nodariis queritur quod Ricardus de Wileford cepit aueria sua et ea abduxit extra comitatum et ea detinuit contra uadium et plegios donec per preceptum domini iusticiarii[3] ei deliberata fuerunt per quod deterioratus et dampnum habet etc. ad ualenciam xx. sol. et inde producit sectam. Norht.

Et Ricardus uenit et defendit capcionem iniuste et detencionem set dicit quod Amicia de Clintona tenet de domino suo Willelmo Briwere feodum dimidii militis in Westona et idem Almarus tenet illud feodum de ipsa Amicia, Briwerr'. et quia ipsa uoluit[4] reddere domino suo scutagium suum de exercitu de Biham[5] ipse per preceptum domini sui distrinxit tenentem suum per legem terre et tali modo cepit ipse aueria inuenta in eodem feodo.

Et Almarus dicit quod de scutagio illo non debet respondere pro predicta Amicia quia ipse fuit in exercitu per preceptum domini Regis per communem sumonicionem et fuit ibi pro ipsa Amicia et quesitus fuit si uocare uoluerit ipsam Amiciam ad warantum dicit quod non quia non credit quod ei warentizaret contra Willelmum Brewere.

Concordati sunt ita quod Almarus satisfecit et ideo sine die[6].

203. [7]Isabella que fuit uxor Willelmi de Tureuilla peciit uersus Matillidem de Hastinges que fuit uxor Willelmi de Tureuilla iunioris manerium de Fulebroc in quod non habet ingressum nisi per predictum Willelmum seniorem quondam uirum ipsius Isabelle cui ipsa in uita sua contradicere non potuit etc. Et Matillis uocat inde ad warantum Rogerum[8] de Croft et Ceciliam uxorem eius Walhamet le Poure et Isabellam uxorem eius et Simonem de Creultona et Petronillam uxorem eius quia ipsa nichil clamat in terra illa nisi Warr.

[1] B. m. 6 d.
[2] *Amaricus*, B.
[3] *preceptum iustic'*, B.
[4] *noluit*, B, which must be correct.
[5] The army raised to suppress William of Albemarle in 1220.
[6] *Concordati sunt per licenciam iusticiariorum. Et Almaricus satisfecit ei de v. s. de arrerag' predicti scutag' etc.*, B. On this there follows a passage (δ—ε) belonging to Case 200.
[7] B. m. 8.
[8] *Reginaldum*, B.

nomine dotis unde ipse Cecilia et alie sunt waranti sui de dote illa. Et Rogerus[1] et omnes alii ueniunt et cognoscunt bene quod ipsa Matillis inde dotata fuit set cognoscunt quod terra illa est hereditas predicte Isabelle et petunt iudicium si eidem Matillidi warentiam facere debeant uel escambium desicut Willelmus non habuit inde nisi custodiam.

Et Matillis dicit quod die quo Willelmus uir suus eam desponsauit tenuit Willelmus pater uiri sui manerium illud et illud concessit filio suo ad eam dotandam et desicut ipse sunt heredes Willelmi petit iudicium si debeat[2] eis[3] escambium facere quia sufficienter habent de hereditate predicti Willelmi. Et quia tam ipsa Matillis quam predicti heredes cognoscunt quod manerium illud est hereditas predicte Isabelle et predictum ingressum, Consideratum est quod Isabella recuperauit seisinam suam et procedat inter eosdem heredes et Matillidem loquela de warentia. Et super hoc ueniunt predicti Rogerus[4] et alii et dicunt quod non debet ei escambium facere quia ipsa habet manerium de Paylintona[5] in dotem quod manerium sufficit ad terciam partem omnium terrarum quas Willelmus pater tenuit die quo Willelmus filius suus eandem Matillidem desponsauit et inde ponunt se super iuratam et si non sufficiat libenter ei perficient usque ad terciam partem.

Et Matillis dicit quod manerium illud non sufficit et bene concedit quod illud extendatur in eo statu quo fuit die quo desponsata fuit quia Willelmus pater uiri sui postquam ipsa desponsata fuit dedit de manerio illo sex uirgatas terre et l. acras de dominico et preterea ipsi heredes postea dederunt plures terras et concedit quod omnes extendantur etc. scilicet manerium de Westona cum pertinenciis in Buck et similiter manerium de Ponne[6] cum pertinenciis in com. Buck et manerium de Ramedena[7] in com. Norhamtonie et preterea centum solidatas redditus in com. Leircestrie de redditu[8]. Et ideo mandatum est uicecomitibus quod omnes terras illas extendi et appreciari faciant per sacramentum

[1] *Reginaldus*, B.
[2] *debeant*, B.
[3] Corr. *ei*.
[4] *Reginaldus*, B.
[5] *Pullenton'*, B.
[6] *de la Penne*, B.
[7] *Hemelden'*, B.
[8] *de redditu assise*. B.

legalium hominum et appreciacionem illam habeant etc. per literas suas sigillatas et per duos leg'[1]. Ad diem illum uicecomes mandauit inquisicionem que talis est quod manerium de Paylintona ualet xxiiij. libr. vij. s. iij. d.[2]

204. [3]Rogerus de Cressy et Isabella uxor eius per attornatum suum petunt uersus Matillidem de Lascy terciam partem uille de Hantona cum pertinenciis ut dotem ipsius Isabelle unde Gaufridus de Cestria quondam uir suus etc. fuit seisitus postquam eam desponsauit et obiit inde seisitus et debuit terra illa descendere eidem Isabelle post mortem Gaufridi uiri sui in dotem. Linc.

Nota quod tenens terram unde quedam petiit dotem recedit quietus eo quod mulier petens nichil dicit in peticione sua[4] quod inde dotata fuit.

Et Matillis uenit et petit sibi allocari quod ipsi non dicunt quod Gaufridus eam inde dotauit die qua eam desponsauit nec eciam aliquam sectam producit quod ita dotata esset et inde petit iudicium et Rogerus et Ysabella similiter. Et quia ipsi Rogerus et Ysabella non dicunt quod Gaufridus eam dotauit etc. nec aliquam sectam producunt | quod inde dotata fuit immo cognoscunt postea quod non fuit inde dotata Consideratum est quod Matillis eat inde quieta et Rogerus in misericordia. [80.]

205. [5]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Estona que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Johannes Joscelin clamat uersus Priorem de Chaucumba[6] qui uenit per attornatum suum et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia ecclesia non uacat immo Magister Adam de S. Brigida est inde persona et fuit ante guerram etc. et inde petit iudicium etc. et Johannes dicit quod ipse fuit in custodia Willelmi de Dustona et idem Willelmus presentauit clericum suum nomine eiusdem Johannis et idem Prior presentauit clericum suum ita quod pro discordia inter eos et contencione si episcopus aliquid fecit hoc fuit auctoritate concilii Lateranensis etc. Et Prior hoc cognoscit et ideo respondeat. Norht.

[1] *et per duos etc.*, B.

[2] A postscript from Hilary term. The value of the other manors is given in B.

[3] B. m. 7.

[4] A word may here be lost; but I think not. The widow is not at this date entitled to a third of all lands of which her husband was seised during the coverture.

[5] B. m. 7.

[6] Chaucomb or Saucomb Priory, Monast. vol. 6. p. 426.

Et Prior per attornatum suum dicit quod aduocacio illa ad eum pertinet et profert cartam Thome de Beseuilla[1] auunculi ipsius Johannis cuius heres ipse est etc. que testatur quod ipse dedit etc. deo et ecclesie de Chaucumba et canonicis etc. ecclesiam de Estona cum omnibus pertinenciis suis in liberam puram et perpetuam elemosinam etc. et ipse et heredes sui warentizabunt etc. contra etc. Profert eciam cartam Episcopi Hugonis[2] que donum illud confirmat sicut racionabiliter eis factum fuit unde predictus Prior dicit quod ipse Johannes est heres ipsius Thome et debet eis donum illud warentizare.

Et Johannes uenit et dicit quod carta illa ei non debet nocere nec Priori ualere, quia reuera predictus Thomas fuit auunculus suus et ipse est heres eius set predictus Thomas cartam illam fecit dum ipse fuit infra etatem et in custodia Hugonis de Chaucumba fundatoris Prioratus de Chaucumba domini sui et in tali tempore quo idem Thomas nullam seisinam habuit de aliqua terra uel de aduocacione et inde ponit se super iuratam set reuera postea per magnum tempus uenit ad terram suam et habuit seisinam et in seisina fuit per quinque annos.

Nota quod in assisa ultime presentacionis si carte proponantur ab eo uersus quem assisa arramiata fuerit et alius dicat contra cartas quod tempore confectionis fuit infra etatem et in custodia et alius quod plene etatis, remanebit assisa et procedat inquisitio si ita sit uel non, set non dicitur utrum fieri debeat inquisitio per iuratores assise uel per alios.

Et Prior dicit quod facta fuit tali tempore quo habuit etatem et quo fuit in seisina de terra sua et petit sibi allocari quod idem Johannes cognoscit quod postquam Thomas uenit ad etatem et habuit terram suam non reclamauit contra cartam illam et reuera bene cognoscit quod Willelmus de Beseuilla antecessor eiusdem Johannis presentauit ultimam personam etc. et quod carta predicta facta fuit sicut predictum est tempore et ut supra et inde ponit[3] se super testes nominatos in carta simul cum aliis legalibus hominibus Iuonem de Molintona[4] et Johannes similiter ponit se in illam iuratam et dicit quod clericus qui ultimo obiit persona semper tenuit usque ad obitum suum ecclesiam illam ex dono antecessoris sui et ideo non oportuit Thomam auunculum suum reclamare contra cartam illam. Et ideo

[1] *Boseuilla*, B.

[2] *confirmacionem Hugonis Episcopi Lincolniensis*, B. S. Hugh died in 1200.

[3] *tempore quo Thomas fuit in seisina et habuit etatem et inde ponit*, B.

[4] Other names in B.

assisa remaneat[1]. Dies datus est etc. ad recognoscendum si predictus Thomas die quo cartam illam fecit etc. habuit etatem et in seisina fuit de terra sua ut homo etatis uel si tunc fuit in custodia etc.

206. [2]Magister Henricus de Cerne petit uersus Johannem de Campeny quod faciat ei escambium ad ualenciam unius uirgate terre cum pertinenciis in Deon', quam Willelmus Berefray in curia domini Regis coram iusticiariis ultimo itinerantibus clamauit uersus eundem Henricum per assisam mortis antecessoris etc. et unde idem Henricus in eadem curia uocauit predictum Johannem ad warantum etc. qui ei warentizauit etc. et quam terram idem Johannes postea amisit per predictam assisam etc.[3] Suht

207. [4]Osebertus de Wrachesham petit uersus Willelmum filium Hugonis quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in Tatestona ut in homagiis et releuiis etc. unde idem Osebertus ostendit quod antecessores sui dederunt terram illam antecessoribus eiusdem Willelmi in liberum maritagium ita quod idem Willelmus iam est tercius heres et hac racione petit quod faciat ei homagium et assignet ei seruicium suum. Suff.

Et Willelmus uenit et cognoscit quod reuera terra illa fuit maritagium sicut predictum est set dicit quod est infra etatem et in custodia domini Regis et petit iudicium si ante etatem suam debeat inde respondere et Osebertus hoc cognoscit et ideo habeat etatem suam et Osebertus interim aquietet terram illam de seruicio illo. Nota usque ad tercium heredem, et exspectatur etas eius qui debet aquietare[5].

[6]Robertus de Esseby optulit se iiijto. die uersus Wiganum de Mara de placito quod reddat ei sex uirgatas terre cum pertinenciis in *Cenin*gewurthe[7] quas clamat ut ius suum etc. et in quas idem Wiganus non habet ingressum nisi per Matillidem Trussel quondam uxorem predicti Wigani cuius Leirc.

[1] *Et ideo assisa remaneat. Et iurata ueniat a die S. Mich. in v. sept. de viij primo electis iuratoribus et per predictos testes. Et isti sunt iuratores* [ten names]. *Idem dies datus est eis et tunc ueniant ad recognoscendum*, B. This seems to solve the annotator's doubt. See Br. f. 242 b.

[2] B. m. 8.

[3] Compromise and fine. William of York has a note of the terms. B.

[4] B. m. 7.

[5] See Br. f. 21 b.

[6] B. m. 8 d. See above, Case 145.

[7] *Hemingwrthe*, B.

heres idem Robertus est dum idem Wiganus illam habuit in uxorem etc. et Wiganus non uenit etc. se[1] se essoniauit de seruicio domini Regis et testatum fuit quod ipse fuit extra portam Westmonasterii in uico Westmonasterii ita quod iusticiarii miserunt ad eum J. seruientem domini Regis et duos milites qui eum inuenerunt in lecto suo in domo | Hugonis Fithil[2], et dixerunt ei quod ueniret coram iusticiariis in banco et ipse absentauit se in domo Willelmi de Cantilupo et ideo consideratum est quod Robertus recuperauit seisinam suam et Wiganus et essoniator qui falso essoniauit eum committitur gaole[3].

Falsus essoniator simul cum essoniato committendus est gaole, et essoniatus amittat terram propter *falsum* essonium.

[80 b.]

209. Warr. [4]W. Episcopus Wigornensis per attornatum suum petit uersus Nicholaum de Werdun[5] tres carucatas terre cum pertinenciis in Fleche ut ius ecclesie sue unde Episcopus Rogerus[6] predecessor suus fuit seisitus ut de feodo et iure ecclesie sue tempore Henrici Regis aui domini R. etc. capiendo inde expleta etc.

Et Nicholaus uenit et defendit ius ecclesie sue et seisinam Episcopi Rogeri et totum etc. et ponit se in magnam assisam domini Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipso Episcopo et ecclesia sua uel idem Episcopus tenendi illam in dominico. Et sciendum quod idem Nicholaus tenuit terram illam de quodam Eytropo de Episcopo[7] set idem Eytropus uenit in curia domini Regis et quietum clamauit eidem Episcopo totum feodum illud et ideo dictum est Nicholao quod de cetero nullum seruicium inde faciat predicto Eytropo. Et consideratum est quod assisa iacet.

210. Suff. [8]Prior de Teffordia[9] athachiatus fuit ad respondendum Willelmo Blundo quare secutus est placitum in curia cristianitatis de catallis eiusdem Willelmi que non sunt de testamento uel matrimonio etc. contra prohibicionem etc. unde idem Willelmus queritur quod ipse petit in curia cristianita-

[1] Corr. *set*.
[2] ? *Ficil*, B.
[3] *et Wiganus in misericordia et essoniator qui falso essoniauit eum committitur gaole*, B.
[4] B. m. 8.
[5] *Verdun*, B.
[6] Roger Fitz-Count, ob. 1179.
[7] *de quodam Aitrop et Aitrop' de Episcopo*, B.
[8] I have not found this in B.
[9] Thetford Priory, Monast. vol. 5. p. 141.

tis uersus eum nonam garbam de toto dominico suo in Burgo etc.

Et Prior uenit et dicit quod Thomas de Burgo qui terram illam de Burgo dedit eidem Willelmo dedit domui sue cum corpore suo nonam garbam tocius dominici sui in Burgo in liberam et puram elemosinam etc. et de illo dono et de illis garbis fuit domus seisita et de spoliacione illarum garbarum illum traxit in placitum et petit inde iudicium. Et Willelmus hoc cognouit et ideo Prior sequatur placitum suum et Willelmus in misericordia pro falso clamore[1].

211. [2]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Birketorpe que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Walterus de Birketorpe clamat uersus Priorem de Simplingeham[3], qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ecclesia illa non uacat immo ipse est inde persona et profert cartam Andree[4] filii Picot' patris eiusdem Walteri que testatur quod ipse dedit et concessit etc. deo et beate Marie et monialibus de Simplingeham et eorum fratribus etc. quicquid iuris habuit in capella de Birketorpe et pertinenciis eius sicut aliqua elemosina liberius dari potest etc. et hoc eis warentizabit et heredes sui in perpetuum, hiis testibus. Profert[5] Episcopi S. Hugonis[6] que confirmat eis capellam de Biketorpe in proprios usus ex dono Willelmi Pike*u*ot patroni eiusdem ecclesie unde idem Prior dicit quod contencio fuit inter eundem Willelmum Pike*u*ot et predictum Andream de eadem aduocacione ita quod idem Andreas concessit eidem Willelmo aduocacionem illam et hac racione non debet assisa inde fieri. Linc.

Et Walterus dicit quod assisa debet inde fieri, quia predictus Andreas pater suus nunquam cartam illam fecit set uerum uult dicere idem Andreas cecidit in languorem et amisit loquelam[7] ita quod quidam Radulfus camerarius suus in illa infirmitate habuit sigillum suum et si carta facta fuit hoc fuit annis et diebus postquam amiserat loquelam ita

[1] See Br. f. 407.
[2] B. m. 7 d.
[3] Monast. vol. 6. p. 947.
[4] *Ade*, B.
[5] *Profert eciam cartam*, B.
[6] Bishop of Lincoln, died 1200.
[7] He lost his speech.

quod idem Radulfus post mortem eiusdem Andree statim reddidit se domui de Simplingeham et sigillum patris sui secum detulit et adhuc ibi est et inde ponit se super iuratam. Et Prior dicit quod facta fuit in plena potestate et sanitate sua nec per Radulfum et inde ponit se iur'[1] et Walterus similiter. Fiat inde iurata etc. ad recognoscendum si predictus Andreas donum illud fecit domui et cartam suam quam idem Prior etc. in plena sanitate sua ita quod idem Andreas post donum illud fuit itinerans et loquens sicut idem Prior dicit uel si carta illa facta fuit in languore quo obiit postquam amiserat loquelam et per Radulfum camerarium qui sigillum suum habuit in custodia ut idem Walterus dicit etc.

212. Oxon. [2]Preceptum fuit uicecomiti quod recordari faceret coram eo in pleno comitatu loquelam que fuit in eodem comitatu inter Simonem de Berchestona petentem et Isabellam Coher[3] tenentem de feodo unius militis cum pertinenciis in Sibbefordia unde ipsa Isabella questa fuit quod falsum sibi factum fuit iudicium etc. et recordum illud haberet per sex legales milites alios ab illis qui alias debuerunt habuisse recordum illud coram iusticiariis apud Westmonasterium eo quod testatum fuit quod fere omnes milites de comitatu surrexerunt et noluerunt interesse iudicio illi[4] etc. et quod haberet corpora illorum[5] de quibus testatum fuit quod fecerunt iudicium illud ad respondendum de recordo illo et ad audiendum iudicium pro comitatu de hoc quod recordum illud non habuerunt etc. sicut eis preceptum fuit etc. Ad diem illum uenerunt[6] milites pro comitatu cum recordo et recordantur quod Simon de Berchestona peciit per breue de recto feodum j. militis cum pertinenciis in Sibbefordia uersus Ysabellam que fuit uxor Thome Coher et peciit et clamauit tenere de Comite de Warewico et tandem probata defalta in curia Comitis sumonita fuit predicta Isabella quod esset ad proximum comitatum, ad quem comitatum et ad comitatum illum[7] se essoniauit ipsa de malo ueniendi et Ricardus de Berches-

[1] Corr. *super iuratam*, B.
[2] B. m. 11.
[3] *Goer*, B.
[4] *illo*, B.
[5] *Willelmi filii Elye, Gaufridi Gibwyn, Mathei de Bikstrope, et Petri filii Alani*, B.
[6] *Nicholaus de Nodariis, Adam de Monte Sorelli, Gilebertus de Besuilla Gilebertus Finemur Robertus Pipard et Robertus de (?) Annesi*, B.
[7] Omit *et ad comitatum illum*.

tona attornatus | predicti Simonis per breue Regis optulit se uersus eam et datus fuit eidem Isabelle dies per essoniatorem suum ad proximum comitatum ad quem comitatum fecit se essoniare[1] de malo lecti ita quod comitatus considerauit quod quatuor milites mittantur ad eam ad uidendum languorem etc. Et milites illi uenerunt postea ad comitatum et dixerunt quod languida fuit et quod dederunt ei diem ad castrum Oxonie quod tunc esset ibi etc. Post annum uero elapsum uenit ipsa ad unum comitatum et optulit se et predictus Ricardus attornatus Simonis optulit se et cum multa inter eos essent uerba tandem ipsa respondit quod ei de placito illo respondere non debuit quia Simon de Berchestona cuius attornatus ipse fuit obiit et per hoc remansit loquela super iudicium in comitatu ita quod nunquam aliquid inde postea factum fuit nec per iudicium *comitatus* recuperauit ipse Simon seisinam suam. [81.]

Et Matheus de Beytorp et Willelmus filius Elie qui prius missi fuerunt pro comitatu dicunt quod ipsi milites iniuste hoc recordantur quia ille Simon qui obiit nunquam uisus fuit in comitatu, set Simon filius suus terram illam peciit in comitatu per predictum Ricardum attornatum suum et uersus ipsum Simonem datus fuit eidem Isabelle languor, ita quod quatuor milites etc. dederunt ei etc. quadam die Veneris apud castrum Oxonie post lapsum anni, ad quem diem ipse Simon uenit ad castrum et ibi moram fecit tota die a mane usque ad noctem et ipsa non uenit ad diem illum, ita quod postea ad proximum comitatum uenit ipsa et optulit se et Simon uenit et dixit quod ipsa fecerat defaltam eo quod non seruauerat diem sibi datum apud castrum et quesitus utrum uellet tenere se ad defaltam uel ad capitale placitum, respondit quod ad defaltam quia aperta fuit defalta ut ei uidebatur. Et comitatus posuit iudicium in respectum usque ad proximum comitatum et tunc uenerunt ipsa Isabella et Simon et pecierunt recordum et iudicium suum, et quia comitatus uoluit cerciorari de defalta illa si que esset, miserunt propter constabularium castri ut per eum certi essent et constabularius uenit in pleno comitatu et cognouit quod reuera idem Simon [2] pre-

[1] Sic. [2] A space is left; B has *tota*.

dicta die Veneris fuit ad portam castri et quod Isabella non uenit set in crastino uenit ipsa. Quo audito adhuc noluit comitatus adhuc[1] facere iudicium inde set dederunt eis diem ad proximum comitatum de audiendo iudicio suo et sic de comitatu in comitatum distulerunt iudicium. Postea uero uenit ipsa ad unum comitatum et dixit precise quod non potuit de terra illa placitare quia ipsa nichil inde habuit nisi in dotem unde [2] filius et heres Thome le Coher fuit warantus suus et inde uocauit eum ad warantum et datus fuit ei dies de habendo waranto suo ad proximum comitatum et ad comitatum illum uenit Simon et predictus [3] essoniauit se de ultra mare et datus fuit ei dies ab illa in xl. dies et j. ebbe et j. flod[4] ut tunc esset ad proximum comitatum etc. et ad comitatum illum uenit Simon et peciit recordum et iudicium suum set warantus eiusdem Isabelle non uenit nec se essoniauit et Simon petit[5] iudicium de hac defalta et de alia et ipsa tunc respondit ei in primo quod noluit ei respondere nec de defalta nec de alio placito quia Simon pater suus qui eam implacitauerat mortuus est. Et Simon respondit ei quod pater suus nunquam eam implacitauerat nec breue suum mencionem fecit de Simone patre immo ipse Simon eam inplacitauerat et inde peciit iudicium suum. Et quia ipsa noluit respondere nec habuit warantum suum quem uocauerat et preterea nunquam mencio facta fuit de Simone patre suo set idem Simon filius attornauerat predictum Ricardum fratrem suum loco suo qui semper secutus fuit in comitatu ita quod pater nunquam ibi uisus fuit, adiudicauit comitatus eidem Simoni seisinam suam et per peticionem tocius comitatus reddidit idem Matheus iudicium illud in pleno comitatu et quod ita sit offert[6] probare sicut curia considerauerit.

Et predicti sex milites pro comitatu defendunt sicut curia considerauerit quod nunquam in comitatu factum fuit iudicium illud nec per comitatum nec ad peticionem uel uoluntatem eorum reddidit ipse iudicium illud nec hoc facere potuerunt quia precise dicunt quod Ricardus fuit attornatus

[1] *inde* not *adhuc*, B.
[2] A space is left, and so in B.
[3] A space is left, and so in B.
[4] *flood*, B.
[5] *petiit*, B.
[6] Perhaps *offerunt*.

Simonis patris sui per breue domini Regis et non Simonis fratris sui et idem Simon pater obiit dum ipsa Isabella iacuit in languore suo et pro morte eius noluerunt amplius tenere loquelam uel iudicium facere set si quid inde factum fuit hoc fuit per uicecomitem et per predictos Matheum et Willelmum et quosdam alios et hoc offerunt probare etc.

Et quia ipsi milites de comitatu deaduocant iudicium et seisinam factam eidem Simoni, Consideratum est quod ipsa habeat seisinam suam etc.

Et quia ipsa dicit quod habet de dampno per disseisinam illam ad ual' nescit certificar'[1] iustic' de ualore etc. ad diem illum habeat inde iudicium suum et interim se certificet.

213. [2]Hubertus de Burgo iusticiarius Anglie per attornatum suum petit uersus Johannem de Steinwauth'[3] lx. acras terre et j. molendinum cum pertinenciis in Segebroc ut ius suum unde dominus Henricus Rex auus domini Regis fuit seisitus etc. et idem dominus Rex dedit ei manerium illud sicut ipse illud tenuit cum toto iure quod habuit in manerio illo et hac racione clamat terram illam. Linc.

Et Johannes uenit et defendit ius suum et seisinam etc. et ponit se in magnam assisam domini Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat in terra illa [4]an predictus Hubertus ut ex dono predicti Regis etc.[4] |

[5]PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO S. HILLARII ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII JOHANNIS VIIJ°. [81 b.]

214. Prior de Bodmine, Herbertus de Pino, Robertus filius Willelmi et Henricus filius Willelmi iusticiarii attornati ad assisam noue disseisine capiendam, quam Andreas de Bodmine clericus aramiauit uersus Johannem filium Ranulfi de tenemento in Bodmine mandauerunt per litteras suas patentes Cornub.

[1] *certificare*, B, in which the preceding words are illegible.
[2] B. m. 10 d.
[3] *Stainwath'*, B.
[4]—[4] *an dominus iusticiarius in dominico sicut clamat*, B.
[5] Copyist No. 2 begins here.

quod Andreas retraxit se coram eis, et posuit se in misericordiam et quod amerciauerunt eum ad unam marcam, et Jordanum de Treuergau plegium suum de prosequendo ad unam marcam, et Robertum le Butiller plegium eiusdem ad unam marcam.

215. Oxon. De itinere Radulfi Hareng et Fulconis filii Ricardi ad assisam noue disseisine capiendam. De Simone Munekin' pro disseisina quam fecit Willelmo filio Pagani de libero tenemento suo in Chepingnorthona dim. marc. per pleuinam Gilberti Makeblithe. De Henrico Medico pro eodem dim. marc. per pleuinam Ricardi Clerici et Eustachii de Northona. De Gilberto Makeblithe pro eodem j. marc. per pleuinam Simonis Munekin' et Ricardi Briton'. De Roberto Muriweder pro eodem xx. sol. per pleuinam Roberti de Northona. De Johanne Magno pro eodem dim. marc. per pleuinam Ricardi filii Alani et Ricardi le Paumer et Willelmi filii Alani.

216. Hunt. Agnes que fuit uxor Willelmi Clerici que petit uersus Werreys Foristarium terciam partem j. mesuagii cum pert. in Walmesfordia ut dotem etc. uenit et remisit ei totum pro iiij. sol. quos ei dedit etc.

217. Cantebr. Dies datus est Ricardo de Torpoll' petenti et Henrico de Coleuilla de pl' seruit'[1] a die Pasche in xv. dies prece parcium etc.

218. Norp. Ranulfus Picot dat[2]

219. Wiltes. Prior de Bradenestoke[3] summonitus fuit ad respondendum Willelmo de Rughedona et Johanne uxori eius quo waranto ipse intrusit se in unum mesagium cum pert. in Chippeham quod est de feodo predictorum Willelmi et Johanne et quod ipsi ceperant in manum suam donec rectus heres ad eos ueniret ad faciendum eis quod inde facere deberet ut dicunt.

Et Prior uenit et defendit uim et iniuriam et intrusionem set uerum uult dicere. Quidem Willelmus Caretarius dedit eis et domui se[4] illud mesagium in puram elemosinam et inde profert cartam eiusdem Willelmi que donum illud testatur, et dicit quod per cartam illam fuit in seisina xv. annis elapsis.

[1] *placito seruitii.*
[2] Two lines left blank.
[3] Monast. vol. 6. p. 337.
[4] Corr. *ei et domui sue.*

Et Willelmus et Johanna per ipsum Willelmum attornatum eiusdem Johanne per breue domini Regis dicunt quod idem Prior nullam seisinam habuit per cartam illam de illo mesagio immo Willelmus Caretarius inde obiit seisitus et Prior nullum ingressum habuit nisi per intrusionem post mortem Willelmi.

Et quia Prior cognoscit quod Willelmus Caretarius obiit seisitus de terra illa et quod post uendicionem ei factam remansit Willelmus in seisina nec aliquid ostendit quod[1] esset firmarius suus[2], consideratum est quod Willelmus[3] habeat seisinam suam de feodo suo saluo herede Willelmi[4] cum ad eum uenerit iure suo. Et cum heres habeat seisinam suam, tunc perquirat Prior uersus heredem si uoluerit.

220. Siritha que fuit uxor Ricardi filii Roberti per attornatum suum petit uersus Robertum de Berefordia terciam partem trium carucatarum terre cum pert. in Berefordia excepto capitali mesagio et terciam partem unius carucate terre cum pert. et j. molendin' cum pert. in Appelby ut dotem suam unde predictus Ricardus quondam uir suus eam dotauit per assensum et uoluntatem predicti Roberti patris sui et inde profert cartam eiusdem Roberti que hoc testatur. Ebor.

Et Robertus uenit et defendit quod non fuit dotata ita quia reuera concessit Ricardo filio suo medietatem tocius terre sue et concessit quod de illa medietate faceret ei racionabilem dotem suam etc. scilicet terciam partem et de hoc fecit ei cartam suam et bene defendit quod hanc cartam nunquam ei fecit, nec eidem Sirithe inde dotem concessit sicut hec carta testatur et inde ponit se super testes et super patriam. Et Siritha similiter. Et quia cognoscit eidem Sirithe dotem de medietate tocius terre sue sicut illam dederat Ricardo filio suo, habeat ipsa inde seisinam suam, et testes scilicet Ricardus Fiton constabularius Rich'[5], Robaldus constabularius, Nicholaus de Stapeltona, Walterus de Dentona et Galfridus le Noreys et preterea octo liberi etc. summoneantur quod sint a die Pasche in tres septimanas ad

[1] Corr. *per quod* (?).
[2] So the *causa possessionis* was not changed. See Br. f. 41.
[3] The lord.
[4] The tenant, William Carter.
[5] Richmond?

recognoscendum si predictus Ricardus quondam uir etc. die etc. dotauit eam per assensum etc. de tercia parte tocius terre sue et cartam suam quam ipsa habet sub nomine eiusdem Roberti ei fecit etc. uel si dotauit eam de tercia parte medietatis tocius terre sicut idem Robertus dicit.

221. Essex. Reginaldus Decanus de Fa*un*brig'[1] et Robertus de Duntona attachiati fuerunt ad respondendum Thome Beyuin quare tenuerunt placitum in curia cristianitatis de laico feodo suo in Withfend' contra etc.

Et ipsi ueniunt et dicunt quod de nullo laico feodo tenent placitum immo quedam femina locauerat[2] quandam terram de feodo eiusdem Thome et in extremis agens legauit cropum
[32.] suum et de illo testamento | tenuerunt placitum. Et Thomas non potuit hoc dedicere. Et ideo iudices inde quieti et Thomas in misericordia.

222. Northp. Jurata[3] uenit per consensum parcium si Radulfus de Berkinges per tres annos ante mortem suam dedit Priori de Theofordia[4] et eiusdem loci canonicis aduocacionem ecclesie de Russewrthe, et si carta quam idem Prior habet de eadem aduocacione facta fuit per uoluntatem ipsius Radulfi in ligia potestate sua uel non, quia tam predictus Prior quam Gilebertus de Berkinges inter quos placitum est de eadem aduocacione posuerunt se in iuratam illam.

Et Osbertus Giffard et Ricardus de Dickewrthe testes nominati in carta iurat'[5] dicunt quod nichil sciunt quando carta facta fuit nec interfuerunt ubi facta fuit, set Osbertus dicit quod interfuit ubi Comes Warenne illam confirmauit, et Ricardus dicit quod nichil inde scit nisi tantum quod quidam canonicus de eadem domo dixit ei quod fuit nominatus testis in carta. Et omnes alii iur'[6] dicunt quod predictus Radulfus non dedit eis ecclesiam illam in ligia potestate sua nec umquam scire potuerunt quod Radulfus illam cartam eis fecisset.

Et quia uterque eorum posuit se super testes et super

[1] Fambridge.
[2] The testatrix was lessee and bequeathed, as it seems, the growing crop.
[3] This case is cited by Bracton, f. 398.
[4] Monast. vol. 5, p. 141.
[5] Probably *iurati.*
[6] *iuratores.*

iur' de carta illa etc. et testes uel iur' nichil sciunt nec aliquid probant, consideratum est quod Prior nichil probauit de dono illo, et ideo Gilebertus recuperauit seisinam suam de aduocacione et Prior in misericordia, et carta habetur pro falsa, *nam*[1] cancellatur, et Gilebertus habeat breue ad episcopum quod admittat clericum suum.

223. Henricus Tuneire summonitus fuit ad respondendum Magistro Henrico de Cerne quo iure communam pasture exigit in terra ipsius Magistri Henrici de Melecumba desicut idem Magister Henricus nullam communam habet in terra ipsius Henrici Tunere, nec aliquod seruicium etc.[2] Dorset.

Et Henricus Tunere per attornatum suum uenit et dicit quod ipse et antecessores sui semper habuerunt communam in terra quam Magister Henricus nunc habet et antequam Magister Henricus terram illam de Milecumba tenuit et post, scilicet, in pastura de Blachalyes et antecessores eiusdem Magistri qui terram illam uendiderunt ei semper habuerunt communam in terra eiusdem Henrici Tuneyre et antecessorum suorum, et bene potest idem Magister Henricus habere communam in terra sua extra clausum suum si uoluerit, quia ita semper fuit post conquestum Anglie.

Et Magister Henricus dicit quod iniuste habuit communam quia idem Henricus Tuneyre infossauit terram suam ita quod infra fossatum illud non potest intrare cum aueriis suis, nec alibi clamat in terra sua communam nisi in pastura Abbatis Glastoniensis, ubi omnes communam habent.

Et attornatus Henrici dicit quod die quo idem Magister H. emit terram illam et ante semper a conquestu Anglie fuit terra sua infossata sicut modo est.

224. Walterus filius Simonis per attornatum suum petit uersus Robertum de Willega et Johannam uxorem eius terciam partem feodi unius militis cum pert. in Beuercote et Milletona et in *Helkesl'* ut ius suum unde quidam Fulco de Beuercote antecessor suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Henrici Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam xx. sol. etc., et de Fulcone descendit Noting.

[1] *nā* or *nō*.

[2] Br. f. 230; *nec servitium ei facit quare communam habere debeat.*

terra illa Rogero filio suo, et de Rogero Roberto filio suo, et de Roberto quia obiit sine herede de se, debuit terra illa reuerti ad Simonem fratrem predicti Rogeri et de Simone eidem Waltero ut filio suo etc. eo quod Robertus obiit inde seisitus et quod ita sit offert etc.

Et Robertus et Johanna dicunt quod idem Walterus nullum ius habet in terra illa, quia reuera predictus Fulco fuit seisitus ut de iure et post eum Rogerus sicut predictum est et Robertus similiter, set idem Robertus terram illam dedit predicte Johanne terram illam[1] pro homagio et seruicio suo et pro lx. marcis quas ei dedit. Profert eciam cartam Willelmi filii Willelmi de Marcham capitalis domini que donum illud eidem Johanne confirmat unde dicunt quod dictus Walterus qui se facit heredem predicti Roberti donum illud ei debet warentizare.

Et Walterus dicit quod carta Roberti non debet ei nocere quia ipsa Johanna fuit uxor eiusdem Roberti[2] et petit iudicium si uxori sue terram dare potuit quia die quo eandem Johannam desponsauit et ante ea tenuit idem Robertus terram illam et obiit seisitus et petit sibi allocari quod ipsi cognoscunt seisinam Roberti.

Et Robertus et Johanna dicunt quod antequam eam desponsauit dedit ei terram illam sicut predictum est. Quesiti per quantum tempus ante desponsacionem, dicunt quod per xv. dies[3] inde ponunt se super iuratam.

Et Walterus defendit quod nunquam antea aliquid ei dedit et hoc bene patet quia terra illa prius nunquam partita fuit[4] nec eidem Johanne assignata, nec aliquem ingressum habuit in terram illam nisi post mortem Roberti |
[32 b.] quando Dom. Rex habuit honorem de Tikehulla in manu sua et inde petit iudicium.

Et quia Robertus et Johanna cognoscunt quod ipsa Johanna fuit uxor Roberti predicti, et non defendunt quod terra ante desponsacionem uel umquam postea ante mortem Roberti non fuit partita uel eidem Johanne assignata, et

[1] Sic.

[2] Johanna has twice married a Robert.

[3] Supply *et*.

[4] This piece of land was never separated from the rest of Robert's land; *nunquam separata fuit ab aliis terris ipsius viri sui*, Br. f. 29.

predictus Robertus obiit seisitus ut recognoscunt nec terram dare potuit uxori sue consideratum est quod Walterus recuperauit seisinam et Robertus in misericordia. Nota quod non ualet donatio facta uxori a uiro constante matrimonio[1].

225. Assisa uenit recognitura si Helyas filius Osberti pater Claricie, Auicie, Roheisie, et Milisantie fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de duabus partibus xx. acrarum terre cum pert. in Farnham die quo obiit etc. quam terram Gilebertus Anglicus tenet, qui uenit et nichil dicit quare assisa remaneat. Essex.

Juratores dicunt quod Helyas obiit seisitus de terra illa, et quod idem Gilebertus aliquando uoluit probare eum ad uillanum et non conuicit eum ad uillanum et bene dicunt quod predicte Claricia, Auicia, Roheisia, et Milisantia sunt filie eiusdem et heredes, et ideo consideratum est quod ipse habeant talem seisinam qualem pater suus habuit, et Gilebertus in misericordia, et loquatur uersus eas de uilenagio si uoluerit. Et similiter Beatricia uxor eiusdem Helye que peciit terciam partem xx. acrarum terre uersus eundem Gilebertum et unde loquela remansit super iudicio eo quod summonita fuit assisa etc. quousque conuictum esset si obiit seisitus de feodo, habeat similiter dotem suum[3]. Quidam uoluit conuincere quendam ad uillanum, set non conuicit et postea arramiata fuit assisa mortis contra illum dominum per heredes. Consideratum fuit quod heredes talem seisinam haberent qualem pater habuit et dominus postea conuinceret heredes ad uillanos si posset[2].

226. Johannes filius Patricii petit uersus Abbatem de S. Albano quem Prior de Tinemino[4] uocauit ad warantum et qui ei warentizauit manerium de *Bellic'*[5] cum pert. ut ius suum etc. unde quidam Edgarus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam c. sol. et de illo Edgaro descendit ius terre illius Patricio filio suo et de Patricio eidem Johanni et quod ita sit offert etc. probare sicut curia considerauerit. Abbas uenit et defendit ius suum etc. Post ea in crastino Animarum anno ix°. quia Dom. Rex H. testatur in carta sua quod Edgarus ten' terram illam in uita sua ad firmam et quod hoc recognitum fuit etc. et Northam. Judicium. Nota quod contra protestationem Regum per cartas suas non procedit placitum nec duellum nec magna assisa[6].

[1] This case is cited by Bracton, f. 29.
[2] See Br. 193 b, 273 b.
[3] Corr. *suam.*
[4] Corr. *Tinemue;* Tynemouth a cell of S. Albans; Monast. vol. 3, p. 302.
[5] *Bewick* in Northumberland (?)
[6] See Br. f. 34; there is no disputing a royal charter. Charter of John to Tynemouth Priory. Rot. Cart. p. 120.

carte Regis Ricardi et Johannis hoc idem testantur, consideratum est quod Abbas teneat in pace quiete de Johanne et heredibus suis et Johannes in misericordia.

227. Hereford.

Arg. Quod cadit breue ratione plus petitionis[1].

Item de eo quod dicit quod non tenet in tali uilla, nisi tantum, responsum est quod qualitercunque illam terram teneat, clamat pro toto, id quod ipse tenet, quia ita feoffati fuerunt antecessores sui pro toto, et ideo consideratum fuit quod tenens responderet[2].

Ricardus filius Godefridi *Fulton'* petit uersus Ceciliam de Ebreicis feodum unius militis cum pert. in Eylnathestona et feodum j. militis cum pert. in Puttelega ut ius suum etc. unde Rogerus de Ebreicis fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam xx. sol., et de ipso Rogero descendit ius terre illius Sibille sorori sue eo quod Rogerus obiit sine herede de se, et de ipsa Sibilla descendit ius terre illius Godefrido filio suo, et de Godefrido huic Ricardo ut filio et heredi suo et hoc offert etc.

Et Cecilia uenit et defendit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia ipsa non tenet feodum j. militis in Eylnathestona, quia Walterus de Lascy tenet inde xxx. acras terre et xxx. acras bosci de quibus nec habet seruicium nec dominicum, et preterea non tenet de feodo j. militis in Puttelega nisi terciam partem feodi j. militis.

Et Ricardus[3] non potest dedicere de feodo de Eylnathestona et ideo eat de illo feodo Cecilia sine die et Ricardus in misericordia. Set de feodo de Puttelega dicit quod qualitercunque ipsa illud teneat ipse clamat quod ipsa tenet pro feodo unius militis, quia ita feofati fuerunt antecessores sui, et ideo consideratum est quod ipsa respondeat de hoc feodo.

Et Cecilia uenit et dicit quod non debet ei respondere quia si idem Ricardus aliquid ius haberet in terra illa, predictus Rogerus de quo loquitur habuit duas sorores scilicet, Orengam primogenitam et Sibillam postnatam, et Orenga filios habet qui adeo magnum ius habent sicut predictus Ricardus si quid habet, et desicut ipsi nichil clamant nec nominantur in breui non uult ei respondere nisi curia considerauerit.

[1] Br. f. 433 b; *amittere poterit quis propter plus petitionem.*

[2] Claim for a knight's fee; Plea, I do not hold a whole knight's fee; Reply, But what you hold was given to my ancestors as and for a knight's fee.

[3] In this and in several other places the copyist has written *sicut* instead of *Ricardus;* a stupid mistake.

Et Ricardus[1] dicit quod reuera Orenga fuit soror Sibille set ipsa Orenga nunquam habuit puerum de uiro sibi desponsato quia fuit amica Radulfi persone de Lichelade et omnes pueri sui qui de ea exierunt fuerunt bastardi et ideo debet responderi.

Et Cecilia dicit quod reuera Orenga fuit desponsata predicto Radulfo et pueri sui fuerunt legitimi et hoc bene patet quia quedam terra data fuit in maritagium eidem Orenge et de illa Orenga descendit terra illa Radulfo filio suo, | qui eandem terram dedit Willelmo fratri suo ita quod [83.] ipsa Cecilia implacitauit eundem Willelmum qui uocauit ad warantum Radulfum fratrem suum ita quod idem Radulfus posuit se in magnam assisam domini Regis et petiit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habuit tenendi terram illam de ipsa Cecilia uel ipsa Cecilia tenendi in dominico, unde uocat curiam ad warantum.

Et Ricardus[2] dicit quod terra illa data fuit ipsi Radulfo filio Orenge et non alio modo illam habuit.

Et Curia recordatur quod predictus Willelmus de Lichefeldia posuit se in magnam assisam et petiit recognicionem fieri utrum ipse maius ius haberet tenendi terram illam de ipsa Cecilia ut in[4] illam que data fuit Orenge matri sue uel Cecilia in dominico et tandem capta fuit assisa per quam Willelmus retinuit et Cecilia fuit in misericordia. Et ideo consideratum est quod Cecilia non respondeat sine herede Willelmi etc.

De pueris sororis postnate quod non respondeatur primogenite sine illis. Set contra respondetur quod bastardi sunt. Set contra quod legitimi sunt tali racione. Probatur quod legitimi et ideo non respondeat quia legitimi[3].

228. Hugo filius Aylmari petit uersus Hermannum filium Herlewyni unum mesagium et tres acras terre cum pert. in Wathamstede ut ius suum etc. unde Herlewinus auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui domini Regis, capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc. et de Herlewino descendit ius terre illius Aylmaro filio suo et de Aylmaro ipsi Hugoni ut filio et heredi suo et hoc offert etc. Hereford.[5]

Et Hermannus uenit et defendit ius suum etc. et dicit

[1] The text has *sicut*.
[2] Again the text has *sicut*.
[3] See Br. f. 428 b; the end of this note is defaced and doubtful.
[4] Omit *in*.
[5] Sic. Qu. *Hertford*.

quod predictus Herlewynus de cuius seisina Hugo loquitur fuit auus suus et idem Hermannus fuit filius Herlewyni et heres suus, set reuera bene cognoscit quod ipse et predictus Aylmarus fuerunt fratres et filii unius matris, set idem Aylmarus non fuit filius Herlewyni, quia Edina mater eiusdem Hermanni priusquam esset desponsata predicto Herlewyno ·uenit pregnans de ipso Aylmaro in uilla de Wathamstede et natus fuit idem Aylmarus antequam Herlewynus desponsasset eandem Edinam, et postea eam desponsauit et habuit de illa ipsum Hermannum et quod ita sit ponit se super patriam.

Nota utrum natus ante sponsalia uel post quia pregnans ante.

Et Hugo dicit quod Aylmarus pater suus fuit filius predicti Herlewini et de ipsa Edina et primogenitus et postquam Herlewinus desponsauit Edinam predictam et inde ponit se super iuratam et Hermannus similiter et Hermannus concedit quod[1] iurata dicat quod Aylmarus natus fuit postquam Herlewinus desponsauit Edinam ita quod Herlewynus eum habuit pro filio, tunc habeat Hugo terram illam ut rectus heres Herlewini. Et ideo fiat inde iurata et ueniat a die Pasche in tres septimanas ad recognoscendum si predictus Aylmarus pater predicti Hugonis natus fuit postquam Herlewinus desponsauit Edinam matrem eiusdem Aylmari sicut idem Hugo dicit, uel si idem Aylmarus natus fuit antequam etc. sicut idem Hermannus dicit. Item[2] dies datus est partibus.

Item quod post et quod pater habuit eum pro filio.

229. Berks. Warinus Boistard petit uersus Willelmum filium Leticie de Cheueleswelle quod deliberet ei terciam partem uille de Cheueleswelle quam Henricus de Scaccario tenet et idem Willelmus concessit prius eidem Warino per cartam suam et unde idem Willelmus recepit ab eodem Warino escambium de predicta tercia parte in Garefordia ut idem Warinus dicit, uel quod reddat eidem Warino terram in Garefordia quam idem Willelmus recepit in escambium pro predicta tercia parte.

Et Willelmus uenit et in primo cognoscit quod concessit prius eandem terciam partem predicte uille eidem Warino et quod recepit escambium ab eodem Warino in Garefordia

[1] Supply *si*. [2] Corr. *idem*.

pro eadem tercia parte set dicit quod Henricus de Scaccario coegit eum per districtionem post ea de facienda ei carta sua, quia cepit eum et inprisonauit eum in curia Abbatis de Abingdonia per duos dies et postea apud Walingfordiam ita quod non potuit exire priusquam fecisset ei cartam illam, ita quod semper postea fecit eum custodiri quousque uenit in curiam Dom. Regis ubi fecit eum dicere quicquid uoluit, et libenter faciat inde quicquid uoluerit et de escambio et de aliis, set dicit quod Henricus fecit ei quandam cartam quod conseruaret eundem Willelmum indempnem de tercia hac[1] quicquid contingeret et commissa fuit carta illa custodienda Johanni de Apelfordia qui adhuc illam habet et quedam alia carta commissa fuit Thome Huscard. Et ideo preceptum est ipsis Thome et Johanni quod saluo custodiant cartas illas ita quod illas habeant a die Pasche in xv. dies etc. Idem dies datus est partibus.

230. Ricardus de Mundeuilla petit uersus Johannem de Mundeuilla septem uirg. terre cum pert. in Wlfhus ut ius suum etc. unde Nigellus de Mundeuilla auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam dim. marc. etc. De ipso Nigello descendit ius terre illius Ranulfo filio suo et de Ranulfo huic Ricardo ut filio et heredi suo et hoc offert etc. Rotel.

Et Johannes uenit et defendit ius suum, set bene cognoscit seisinam Nigelli aui, et dicit quod idem Nigellus fuit pater suus et Ranulfus fuit frater suus primogenitus set non exspectauit mortem Nigelli patris sui set obiit | priusquam Nigellus et ipse Johannes remansit in atrio et [83 b.] exspectauit mortem Nigelli patris sui et remansit in terra ut heres suus et ideo petit iudicium si eidem Ricardo debeat inde respondere[2].

Et Ricardus sibi petit allocari quod cognoscit seisinam Nigelli et aesnesciam eiusdem Ricardi et dicit quod idem

[1] (?) *de hac tercia parte.*

[2] *A* has two sons *B* and *C* of whom *B* is the elder; *B* has a son *D* and dies; *A* dies; *C* is in possession (*in atrio siue in astro*); *D* has the better right but no remedy. Bracton regards this as due to the *casus Regis*, King John having excluded Arthur of Brittany. See f. 267 b. But cf. Glanv. lib. 7, cap. 3.

Johannes nullum ingressum habet in terra illa nisi per Thomam Basset dum terra illa fuit in custodia sua cum Nigello primogenito fratre predicti Ranulfi dum fuit infra etatem et hoc bene patet quia ipse Ricardus[1] est in seisina de toto capite hereditatis predicti Nigelli et predicta terra non est nisi membrum eiusdem terre et petit hoc sibi allocari.

Et Johannes defendit quod nullum ingressum habuit per Thomam immo ut heres remansit in terra sicut predictum est.

231. Hunt. Cantebr. Ebor. Gilebertus de Gaunt ponit loco suo Henricum de Edenham uersus Agnetem de Supe[2] de placito terre et uersus Ranulfum filium Henrici de placito terre et uersus Thomam filium Willelmi de placito finis facti et uersus Robertum de Burtona de placito terre etc. ita quod Henricus sequatur pro eo si alii quos prius posuit interesse non poterunt etc.

232. Linc. Philippus de Kima petit uersus Robertum Camerlan' sex caruc. terre cum pert. in Merstona ut ius suum etc. et unde Simon de Kima pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore R. Regis auunculi Dom. Regis, capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc. et de illo Simone descendit ius terre illius ipsi Philippo ut filio et heredi suo et hoc offert etc.

Et Robertus uenit et dicit quod non debet ei respondere quia ipse tenet terram illam de Dom. Rege in capite per seruicium j. militis et predictus Philippus clamat terram per breue de recto et tenere de Comite Gloucestrie et ideo non wlt sine Dom. Rege respondere nisi curia considerauerit.

Et Philippus dicit quod alias inplacitauit Simon pater suus eundem Robertum de eadem terra in curia Dom. J. Regis et tunc respondit idem Robertus et posuit se in magnam assisam de eadem terra et remansit assisa capienda pro morte eiusdem Simonis. Dicit eciam quod predictus Comes Gloucestrie tenet de Dom. Rege in capite et bene credit quod facit ei plene seruicium suum, et offert Dom.

[1] The copyist has again written *sicut* instead of *Ricardus*.
[2] *Rupe* (?)

Regi xx. marcas pro sic quod placitum illud procedat et pro sic quod idem Robertus ponat se in magnam assisam sicut fecit tempore J. Regis contra patrem suum.

233. Cristina de Bolebec per attornatum suum petit uersus Petrum de Wick et Cristinam uxorem eius unum mesuagium cum pert. in Wigornia ut ius suum etc. et Petrus et Cristina uocauerunt ad warantum Johannem de Wiche qui uenit et eis warentizauit etc. Et Cristina per attornatum suum petit uersus Johannem illud mesagium cum pert. ut ius suum unde ipsa fuit seisita ut de feodo et iure et in dominico tempore J. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc. et in quod ipse non habet ingressum nisi per Adam filium Edwini cui Robertus de Mauuerne quondam uir ipsius Cristine illud dimisit cui ipsa contradicere non potuit etc. et inde producit sectam. Wigorn.

Et Johannes uenit et defendit ius suum et seisinam suam et dicit quod Walterus de Bolebec frater predicte Cristine cuius heres ipsa est mesagium illud dedit Roberto de Mauuerne quondam uiro suo per cartam suam quam profert et que donum illud testatur et Robertus illud uendidit predicto Ade ita quod ipsa Cristina nunquam seisinam inde habuit nisi racione uiri sui cum ipso uiro suo.

Et Cristina per attornatum suum defendit cartam illam et sigillum et donum et dicit quod ipsa Cristina successit eidem Waltero in hereditate illa quia Walterus obiit seisitus de illo mesagio et ipse[1] post mortem eius habuit seisinam de illo mesagio ut de hereditate sua nec predictus Adam alium ingressum habuit nisi per Robertum uirum suum sicut predictum est, et inde producit sectam sufficientem, tales, scilicet etc. qui hoc offerunt probare sicut curia considerauerit. Et Johannes uenit et defendit quod Walterus non obiit inde seisitus quia per tres annos ante mortem suam donum illud fecit predicto Ade et cartam suam inde ei fecit. Et quesitus si inde sectam habuerit, dicit quod non set offert ponere se super iuratam uille Wigornie secundum consuetudinem uille, et offert Dom. Regi[2] pro habenda iurata et recipitur quia Cristina per attornatum suum ponit se

[1] Corr. *ipsa*. [2] What sum he offered does not appear.

super iuratam et ideo ueniet[1] iurata ad recognoscendum si predictus Walterus anno et die quo obiit tenuit mesagium illud et si de ipso Waltero descendit mesagium illud predicte Cristiane ut sorori et heredi suo et si predictus Adam alium ingressum habuit in predictum mesagium quam per predictum Robertum quondam uirum etc. uel si predictus Walterus illud etc. secundum formam recordi precedentis[2].

234. Lanc.[3] [4]Thomas de Scoteny petit uersus Rogerum de Monte Begon' quem Thomas de Montebecon' uocat ad warantum et qui ei warentizauit j. carucatam terre et dimidiam cum pertinenciis in Teuelby ut ius suum etc. et ut illas in quas idem Rogerus non habet ingressum nisi per Willelmum patrem ipsius Thome qui illas ei inuadiauit ad terminum qui preteriit etc. et unde idem Thomas dicit quod idem Willelmus pater suus fuit seisitus de terra illa tempore H. Regis aui domini Regis, quo tempore illam dimisit sicut predictum est. |

[34.] Et Rogerus uenit et defendit ius suum et quod nunquam habuit ingressum nisi per Willelmum patrem eius ad terminum set non potest dedicere quod antecessores eiusdem Thome aliquando non[5] habuerunt ingressum in terram illam, set iniuste, quia postea uenit idem Willelmus pater eiusdem Thome in curia eiusdem Rogeri apud *Cimayc*[6] et reddit et recognouit et quietum clamauit eidem Rogero et heredibus suis terram illam per cartam suam quam profert et que hoc testatur. Continetur eciam in carta illa quod[7] Willelmus uel heredes sui nullum clamium ponent aduersus eundem Rogerum uel heredes suos de predicta terra et ideo non debet ei respondere ad hoc breue.

Et Thomas uenit et dicit quod Willelmus pater suus sicut predictum est illam dimisit ad terminum et bene defendit quod pater suus nunquam cartam illam fecit nec sigillum suum fuit et profert aliam cartam et dicit quod

[1] Corr. *ueniat*.

[2] Perhaps a reference to another case on the roll.

[3] Perhaps this should be Lincoln.

[4] This, I think, is the case cited by Bracton, f. 326 b, de Thoma de Estotengni; but either his text is corrupt or he had forgotten the facts.

[5] Omit *non*? But two negatives do not always make an affirmative.

[6] Very doubtful.

[7] *quod* repeated.

cartam illam fecit pater suus et quod sigillum suum illi carte appositum fuit patris sui quod non est simile alteri sigillo et quod Rogerus talem ingressum habuit offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui, Willelmi nomine, qui hoc offert disracionare per corpus suum sicut ille qui fuit in pleno comitatu tempore quo Willelmus Basset fuit uicecomes, quando predictus Willelmus ita terram illam dimisit ad terminum, et quesitus[1] quando hoc fuit, dicit quod xxv. annis elapsis et eo amplius. Et Rogerus hoc totum defendit.

Et quia Thomas dicit quod inuadiacio facta fuit tempore H. Regis et predictus Willelmus qui se facit testem dicit quod hoc fuit xxv. annis elapsis et ideo nominat plus termini, et preterea breue de huiusmodi ingressu non excedit terminum contentum in breui de assisa mortis antecessorum, consideratum est quod eat inde quietus et non respondeat ad hoc breue et Thomas in misericordia, et habeat tale recuperare quale habere debebit.

235. Henricus Boqueynt petit uersus Willelmum filium Almari feodum dimidii militis cum pert. in Karswelle ut ius suum, ita quod Willelmus alias in curia petiit uisum et habuit diem ad hunc diem et Henricus optulit se primo die uersus eundem Willelmum et similiter secundo die et Willelmus non uenit nec primo die nec secundo set tercio die uenit primo, et Henricus petit sibi allocari quod non comparuit nec primo die nec secundo. Et Willelmus dicit quod satis uenit ad horam tercio die placiti ante quartum diem suum, et quesitus ubi fuit primo die et secundo dicit quod fuit in ueniendo quia est de familia Petri filii Hereberti et cicius uenire non potuit et Henricus se tenet ad defaltam. Set postea remisit defaltam et capit se ad capitale placitum pro xv. marc. quas idem Willelmus ei dedit et sic processit placitum principale remissa defalta per eundem finem. Bercks.

Nota. Defalta quod tenens post uisum petitum non comparuit nec primo die nec secundo, set tercio die primo. Set remissa fuit defalta pro xv. m.[2]

236. Heuerardus de Vernon petit uersus Katerinam que uxor fuit Galfridi de Vernon quod reddat ei Radulfum filium et Cantebr.

[1] It is William the champion who is asked this question.

[2] This case is cited by Bracton, f. 387; *se tenuit ad defaltam, quia tenens non uenit primo die, nec secundo, sed postea remisit defaltam pro xv. marc. argenti.*

heredem predicti Galfridi cuius custodia ad eum pertinet eo quod idem G. de eo tenuit per seruicium militare ut dicit, et unde idem Heuerardus dicit quod idem Galfridus tenuit de eo septem acras terre in Broken' per seruicium militare et preterea sextam partem feodi j. militis in Duntona in comitatu Essexie et hac racione petit custodiam illam.

Nota placitum de custodia heredum propter seruicium militare de paruo tenemento vij. acrarum. Et de alio tenuit ille qui obiit per seruicium militare maius tenementum. Et quando ille de maiori ten' feoffauit de minori ten', retinuit sibi forinsecum et releuium et custodiam et maritagium puerorum.

Et Katerina uenit et defendit ius suum et quod non debet ei de custodia illa respondere quia predictus Galfridus uir suus tenuit x. libratas terre de aliis hominibus et petit iudicium si idem Heuerardus debeat custodiam illam habere racione vij. acrarum. De alio feodo dicit quod Radulfus de Duntona tenuit sextam partem feodi j. militis de Radulfo de Vernon patre predicti Heuerardi reddendo per annum quatuor marc. et xx. den., et idem Radulfus pater Heuerardi dedit firmam illam iiij. marc. et xx. den. cuidam Henrico filio suo tenendam de eodem Radulfo de Vernon et heredibus suis reddendo inde per annum j. marc., saluo eidem Radulfo de Vernon et heredibus suis homagio predicti Radulfi de Duntona et custodia heredum suorum et forinseco seruicio suo et hac racione non debet Heuerardus habere custodiam illam.

Et Heuerardus dicit quod hoc non debet ei nocere quia idem Radulfus non debet aliquod forinsecum seruicium nisi tantum predictam firmam, set Henricus feofatus fuit de feodo et de seruicio predicti Radulfi de Dontona pro sexta parte feodi unius militis et inde ponit se super patriam et unde dicit quod custodia pertinet ad ipsum predicta racione.

Et Katerina dicit ut prius quod predictus Radulfus non tenet per seruicium militare tenementum suum, et tenementum suum debet forinsecum et semper debuit, et inde ponit se super iuratam, si curia considerauerit quod possit pro puero respondere.

Et Heuerardus non dedicit quin predictus Galfridus tenuit x. libr. terre et ideo racione vij. acrarum non habeat custodiam. Postea consideratum est quod Radulfus de Duntona summoneatur quod sit ad cognoscendum quod tenementum et per quod seruicium ipse teneat tenementum suum in Duntona. Et Radulfus per summonicionem uenit et cognoscit

quod tenet ipse et antecessores sui semper tenuerunt tenementum suum de Radulfo de Vernun reddendo per annum iiij. marc. et xx. den. in sokagium[1] et quod nullum inde debet forinsecum, et inde profert cartas suas de feofamento que hoc idem testantur, et quas idem Euerardus cognoscit et attornatus Katarine non potest hoc dedicere set dicit quod habebit cartam Radulfi ad alium diem per quam ostendet quod predictus Henricus nullum debuit forinsecum. Ad alium diem protulit Katerina cartam Henrici que testatur quod Radulfus de Vernon dedit Henrico filio suo pro homagio et seruicio suo homagium et seruicium Radulfi de Dunstona pro j. marc. per annum pro omni seruicio et consuetudine saluo forinseco seruicio et releuio et custodia puerorum[2]. Et Euerardus cognoscit cartam illam. Et quia idem Radulfus de Vernon feofauit eundem Henricum tali modo saluo sibi forinseco seruicio et releuio et custodia puerorum consideratum est quod Euerardus nichil clamare potest in custodia illa et sit in misericordia[3]. |

237. Henricus de Sandwico petit uersus Johannem de Reples' quod warentizet ei feodum j. militis in Riple excepta aduocacione ecclesie eiusdem uille et exceptis iiij. acris terre et j. acra et duobus mesagiis cum pert. in eadem uilla quod tenet et de eo tenere clamat et unde cartam Thome patris eiusdem Johannis cuius heres ipse est habet ut dicit quam profert et que donum illud testatur et quod terram illam de eo et de heredibus suis tenere debet pro xl. sol. redditus per annum, unde idem Henricus dicit quod desicut idem Johannes debet ei warentizare terram illam per cartam Thome patris sui mater eiusdem Johannis pro defectu suo recuperauit terciam partem eiusdem terre in dotem uersus eum et ipse adeo plene reddidit xl. sol. de redditu illo ac si plene terram integre teneret, et preterea ipsa non uult ei facere seruicium suum de [84 b.] Kent. Alibi[4].

[1] *sok.*

[2] *et custodia puerorum* added by the annotator in the margin.

[3] This case is difficult because one does not see the connection between Henry de Vernon and the parties to the suit; but I think that the heir whose wardship is in question must have succeeded through his father Geoffrey to Henry's estate, and it is decided that Henry did not hold by military tenure.

[4] By the copyist.

tercia parte sua per quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam x. marc.

Nota quod sufficit probatio sigillorum per collationem aliorum que[1] probata ita sunt quod dedici non poterunt.

Et Johannes uenit et dedixit cartam et sigillum et donum et totum sicut curia consideraret et posuit se super testes et super iuratam. Et Henricus optulit eam probare uel per collacionem sigillorum uel alio modo sicut curia consideraret, et dicit quod Edmundus de Nyweburgo habuit unam cartam de eodem sigillo, Ricardus de Claus Vallibus[2] aliam de eodem sigillo, Simon Capellanus de Runingheham et Johannes de Runingham Capellanus cartas de eodem sigillo, Henricus le Pestur unam de eodem sigillo, unde alias consideratum fuit quod omnes illi summonerentur quod essent etc. ostensuri cartas suas etc. Et Ricardus et Simon predicti uenerunt et protulerunt cartas suas scilicet Ricardus unam de sex acris terre, et aliam de medietate tocius terre que fuit Edrici et terciam cartam factam Henrico filio Hugonis de tribus acris terre et Simon protulit unam cartam factam Thome et Johanni filiis Simonis Bacne de quatuor acris terre et aliam factam Eadmundo de Cherc de tota sua terra in Apeltona et terciam factam Helewyse filie Usudi de dimidia acra terre et omnia sigilla concordant in omnibus cum sigillo Henrici et preterea omnes illi sunt in seisina de omnibus predictis terris per cartas. Unde consideratum est quod Johannes non potest dedicere cartam illam factam eidem Henrico et heredibus suis[4] de dote sua et eis faciat seruicium suum quantum pertinet ad dotem illam et post mortem eius terra reuertatur ad eundem Henricum et ad heredes suos et Johannes in misericordia pro iniusto impedimento.

Judicium[3].

238. Berks. Quod quatuor milites missi ad uidendum de malo lecti se possunt essoniare.

De Reginaldo Morin et Radulfo de Heyntona quod quatuor milites missi ad uidendum in esson' de malo lecti se poterunt essoniare.

239. Norhumb. Nota *bene* quod testificatio Regis excedit omnem aliam probationem[5].

De Johanne filio Patricii quod confirmacio et testificacio Dom. Regis per confirmacionem illam et que testatur cartam priuatam si dedicatur carta ulterius dedici non poterit, quia

[1] But the text has *qui*. The note is not very legible. See Br. f. 398 b; *hoc solum sufficit ad probationem chartae*.

[2] (?) *Claris Vallibus*.

[3] By the copyist.

[4] Some words must here be lost; but John has to compensate Henry during the life of the doweress.

[5] See Br. f. 34 and Case 226.

testificacio domini Regis per cartam uel[1] uiua uoce omnem aliam probacionem excedit.

240. De Augustino et Gaufrido de Baddelegha quod si quis implacitatus fuerit ab uno super recto et ab alio de eadem terra super possessione per assisam mortis antecessoris, differtur accio super proprietate quousque discussum fuerit super possessione quia Augustinus petiit terram uersus Galfridum, et super hoc uenit a latere quidam Ricardus filius Alani et dixit quod pater suus obiit de eadem terra ut de feodo et unde ipse aramiauit assisam mortis antecessoris super ipsum Galfridum et quod terra alienata fuit a custode suo dum ipse fuit infra etatem et quod uisus terre factus est per iuratores. Et ideo preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret assisam tali die coram iusticiariis etc. Item idem dies datus fuit Galfrido et Ricardo in Banco et placiti[3] Augustini remaneat quousque scietur cui terra illa remaneat, et ille qui uocatus fuit ad warantum remaneat quia custos alienauit. | Essex.

Nota quod prius cognoscendum est de possessione quam proprietate[2].

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO PASCHE ANNO REGIS HENRICI XJ. POST REDITUM JUSTICIARIORUM DE ITINERE[4]. [35.]

241. Stephanus de Bendenges summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo waranto se tenet in tercia parte uille de Hyrteby unde Dom. Rex preceperat quod terra illa caperetur in manum suam. Suht.

Et Stephanus uenit et dicit quod tenet terram illam ut ius suum sicut illam que data fuit Juliane auie sue in maritagium, quia Galfridus filius Petri frater ipsius Juliane illam dedit predicte Juliane in liberum maritagium, et de predicta Juliana descendit terra illa Mauricio patri suo, et de

Nota quod seruitium non debetur ante tertium heredem[5].

[1] *uel*, perhaps struck out.
[2] Br. f. 113.
[3] Corr. *placitum*.
[4] The heading, the marginal venue and the first three words of the first case are by the annotator. Then Copyist No. 3 begins. The roll which I cite as B is Coram Rege Roll No. 27. For the *iter* here mentioned see Rot. Cl. vol. ii. p. 151, 205.
[5] Br. f. 21 b.

Mauricio ipsi Stephano ut filio et heredi suo, unde quia nondum peruenit ad tercium heredem non debet inde seruicium facere, et quod ita sit, uocat inde ad warantum Philippum de Colre heredem predicti Galfridi. Qui summonitus uenit et dicit quod non debet ei terram illam warantizare, quia nunquam ei aliquod inde seruicium facit nec nunquam tenet eum pro domino, nec aliquid scit quod ita data sit in maritagium et ideo non wlt warantizare nisi curia considerauerit.

Et Stephanus uenit et dicit quod ita data fuit in maritagium sicut predictum est, et inde ponit se super patriam et offert Dom. Regi unum palefridum pro habenda inde inquisicione, et petit terram suam per pleuinam, set non ostendit cartam nec aliquam sectam producit quod ita sit etc. Et terra replegiata est eidem Stephano ita quod sine essonio ueniat ad predictum diem ad respondendum inde.

242. Surr. [1]Gilebertus de Aquila summonitus fuit ad respondendum domino R.[2] Sarrisbiriensi Episcopo quare non facit ei sectas et debitas consuetudines ad hundredum suum de Godhelminges quas de iure facere debet ut dicit, unde idem Episcopus dicit quod omnes probi homines de manerio ipsius Gileberti de Wehitlegha debent uenire ad omnia racionabilia hundreda de Godhelminges per annum quocienscunque hundredum racionabiliter sederit, uel finem faciant per den'[3] quare sequi non debeant, unde dicit quod per hoc subtraxerunt ei sectam illam, dampnificatus est et deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xx. marc., et inde habet sectam.

Nota. Magna assisa de seruiciis et sectis, et de *modo*[4].

Et Gilebertus pèr attornatum suum uenit et defendit uim et iniuriam et deterioracionem, et uerum wlt dicere. Dicit quod ad duo lagehundreda per annum uenire debent omnes homines predicte uille de capitalibus decennis, et ad omnia alia hundreda uenire debent tres homines et prepositus ut intersint ad placita tenenda, et ad iudicia facienda, et quod alio modo non faciunt sectam nec facere debent ponit

[1] B. m$ 3 d.
[2] Richard le Poor.
[3] *denar'*, B; probably *denarium*, the hundred-penny.
[4] Seemingly there was no grand assize. The parties agreed on an issue for a jury. Still this is a writ of right for customs and services, and Gilbert at first puts himself on the grand assize.

se in magnam assisam Dom. Regis, et petit recognicionem fieri, utrum ipse debeat predictas sectas sicut ipse exigit, uel sicut ipse cognoscit, dicit eciam quod de subdecennis nullus homo uenire debet.

Et Episcopus dicit quod iniuste hoc dicit, quia omnes tam de subdecennis quam de capitalibus decennis uenire debent ad omnia hundreda per annum, set reuera ne uenirent nisi ad duo lagehundreda, et ne ad alia hundreda uenirent nisi tantum tres homines et prepositus, finem fecerunt per annum per j. marcam, et de illa marca fuit episcopus et antecessores sui seisiti per lx. annos, et hoc offert probare, unde dicit quod in hundredo illo fieri debet uisus de franco plegio de toto manerio illo.

Et Gilebertus dicit quod seruiens hundredi uenire debet in manerio illo et uisum facere de franco plegio, et facere sectas sicut predictum est, set non alio modo. De illa marca dicit quod reuera nunquam illam dedit, set reuera tempore quo manerium illud fuit in manu firmariorum bene potest esse quod firmarii dederunt illam marcam, et quod ita sit ponunt[1] se super iuratam. Et Episcopus similiter. Et ideo fiat inde iurata, et ueniat dominica ante Ascenscionem Domini ad recognoscendum si homines de predicto manerio dederunt balliuis predicti hundredi unam marcam per annum pro relaxacione predicte secte, et per sic quod[2] facerent uisum de franco plegio in predicto manerio de hominibus qui sunt in subdecennis unde etc., uel non. Capta est iurata[3].

243. [4]Willelmus de Hoberge, Robertus de Welles, Randulfus de Essartis, et Randulfus filius Willelmi de Pebbenesse iiij. milites missi de comitatu Essexie per preceptum Dom. Regis coram iusticiariis in Banco cum recordo et iudicio quod factum est in eodem comitatu inter Willelmum filium Ricardi petentem et Robertum de Wymbisse tenentem de lx. acris terre cum pertinenciis in Wymbisse, uenerunt et detulerunt recordum et iudicium illud redactum in scripto[5] sub hac forma, uidelicet quod post multos dies et multa Essex.

[1] Corr. *ponit*.
[2] *quod* repeated.
[3] The jurors say that the mark has long been paid; judgment for the Bishop. B.
[4] B. m. 3.
[5] Om. *redactum in scripto*, B.

essonia secundum consuetudinem et legem terre facta sicut plenius continetur in recordo uenit Willelmus filius Ricardi et petiit uersus predictum Robertum lx. acras terre cum pertinenciis in Wymbisse ut ius etc. de quibus Robertus auunculus suus fuit seisitus in dominico etc. tempore H. Regis aui domini Regis capiens inde etc. ut in bladis et aliis exitibus ad ualenciam x. sol. et amplius tempore pacis et de illo Roberto debuit ius illud descendere Ricardo sicut fratri et heredi proximo, quia de ipso nullum habuit heredem, et de
[35 b.] eodem Ricardo debuit ius illud | descendere predicto Willelmo tamquam filio et proximo heredi eiusdem Ricardi, et ad hoc producit sectam sufficientem. Et Robertus uenit et defendit ius ipsius Willelmi[1] et dicit quod non debet ei respondere quia habet fratrem primogenitum scilicet Willelmum le Neuu[2] qui maius ius debet habere in tenemento illo, si alter eorum aliquid iuris haberet in predicto tenemento. Et Willelmus dicit quod predictus Willelmus quem dicit fratrem suum[3] non fuit natus de legitimo matrimonio set de quadam fornicatoria[4], unde publice conuictus fuit post matrimonium contractum inter ipsum Ricardum et matrem eiusdem Willelmi filii Ricardi, et de hoc ponit se super patriam, et quod idem Willelmus ius habeat in predicta terra tamquam filius et heres proximus apparet, quia seisitus est de tota terra de qua Ricardus pater suus obiit seisitus, ita eciam quod tulit quandam assisam de morte antecessoris coram iusticiariis itinerantibus scilicet Galfrido de Boclondo et sociis suis in comitatu Essexie, per quam recuperauit quandam terram uersus quendam Ricardum de Codray tamquam filius et propinquior heres predicti Ricardi patris sui, ubi predictus Robertus ei obiecit quod non debuit ei responderi quia habuit fratrem primogenitum, [5]scil. Willelmum le Nouu[5], et Willelmus filius Ricardi tunc posuit se in iuratam illam quis propinquior heres fuit Ricardi patris sui, et iuratores dixerunt quod le Neuu[6] genitus erat in fornicator'[7], et quod Willelmus filius Ricardi propinquior heres fuit patris sui et sic recupera-

[1] *defendit ius suum*, B.
[2] Om. *le Neuu*, B.
[3] Om. *quem dicit fratrem suum*, B.
[4] *set in suinautagio*, B (?).
[5–5] Om. B.
[6] *le Neuou*, B (?).
[7] *fornicatione*, B.

uit seisinam per iuratores[1]. Et Robertus dixit quod super hoc loqueretur et consultus uenit et defendit ius ipsius Willelmi de uerbo in uerbum de seisina auunculi sui per corpus cuiusdam liberi hominis sui scil. Johannis filii Ricardi[2] uel per alium qui hoc facere possit et debeat. Et Willelmus offert diracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui, scil. Nicholai de Turtegol'[3], qui dicit quod Geruasius pater suus uidit Robertum auunculum predicti Willelmi filii Ricardi uestitum et seisitum de predicta terra sicut predictum est, et dixit quod testis esset si aliquid aliquando inde audiret. Et sic predictus Johannes filius Randulphi dedit uadium ad defendendum et Nicholaus ad racionandum, et uadiatum est duellum predicto modo. Dies datus fuit ad proximum comitatum, ad quem se essoniauit idem Robertus, et Willelmus apparuit cum homine suo armato, et datus fuit eis dies ad proximum comitatum, scil. in crastino S. Hillarii ad quem Willelmus optulit se uersus eundem Robertum cum homine suo armato, set nec idem Robertus uoluit warantizare essonium suum, nec uenit cum homine suo ad defendendum ius suum, set tulit breue Dom. Regis quod recordum et iudicium ueniret coram Dom. Rege[4].

Nota de recordo comitatus.

Robertus de Wymbisse audito recordo isto dicit quod bene fecerunt recordum istud in parte, uiz. usque ad punctum illum recordi ubi Willelmus filius Ricardi dixerat se recuperasse coram iusticiariis itinerantibus in eodem comitatu quendam[5] terram uersus Ricardum de Codray, et obiectum ibi fuisse per eundem Robertum de Wynbisse pro parte tenentis quod non ei debuit responderi quia habuit fratrem primogenitum scil. Willelmum le Neuu, in quo puncto Robertus dicit quod male recordantur, quia in captione predicte assise coram G. de Boclond' et sociis suis nichil fuit eidem Willelmo filio Ricardi obiectum de fratre suo primogenito, nec aliquid inde per iuratores attinctum fuit.

[1] *iuratam illam*, B.
[2] *Radulfi*, B.
[3] *Tintagel*, B.
[4] The statement of this *recordum* in B presents many verbal variants from our text; but they are immaterial. The *recordum* was probably in English or French, and of this we have two independent Latin versions.
[5] Corr. *quandam*.

Item in puncto illo ubi recordantur quod Robertus iterato consilio capto uenit et defendit ius suum et totum etc. per corpus etc. et quod hoc fecit gratis spontanea uoluntate recedens a prima responsione sua, dicit idem Robertus quod in hoc male recordantur, quia dictum fuit ei in comitatu illo pro iudicio prolato per os Johannis de Westwyke quod responsio sua nulla fuit, et nisi aliud diceret, amitteret seisinam predicte terre, et sic inuitus et metu coactus mutauit suam responsionem, et dixit defendendo ius suum ita quod duellum uadiatum fuit inter eos ut predictum est. Et ad hoc probandum produxit testes iur' se hoc audiuisse et uidisse, et insuper et[1] hoc optulit diracionare per corpus etc. qui tunc presens fuit in comitatu et hoc uidit et audiuit siue probando per corpus eiusdem quod sic fuit sicut dixit, uel defendendo recordum illud quod ita non fuit sicut comitatus dicit, sicut curia consideraret[2].

Et comitatus per predictos iiij. milites [3]presente uicecomite[3] offert probare uel defendere modo predicto per corpus etc.[4] qui presens fuit etc. sicut curia etc.

Postea coram iusticiariis aput Westmonasterium uenit Willelmus le Neuu et dicit quod legitimus est et de legitimo matrimonio sicut de uxore desponsata[5] et hoc offert probare ubi et quando probare debebit.

Et Willelmus filius Ricardi uenit et hoc defendit et petit inde iuratam[6], et quia hoc non potest inquiri nisi in curia cristianitatis, et preterea campio ipsius Roberti tenentis non uenit armatus ad comitatum, nec poterit inde fieri inquisicio in layca curia, Consideratum est quod Willelmus le Neuu[7] probet se legitimum in curia cristianitatis. Et Robertus concessit quod nisi idem Willelmus possit probare se legitimum infra terminum a curia domini Regis ei datum, quod predictus Willelmus filius Ricardi recuperet seisinam suam sine duello uel alia dilacione saluo postea iure cuiuslibet. Et mandatum est Episcopo Londoniensi quod faciat inquisi-

[1] Omit *et* (?).

[2] The version of this plea in B is not so full.

[3–3] *et uicecomitem*, B.

[4] *cuiusdam liberi hominis eiusdem comitatus Willelmi de Alreford nomine*, B.

[5] *legitimus est et uxoratus*, B.

[6] *iur'*; so in B.

[7] *Newou*, B.

cionem, et quod negocium determinet sine dylacione, et partes concesserunt quod non appellabunt a sentencia dicti episcopi et quod terminabit negocium infra quindenam post talem[1] terminum. Ad diem illum mandauit episcopus quod non habuit predictum Willelmum pro legitimo. Et ideo consideratum fuit quod Willelmus filius Ricardi recuperauit seisinam | suam de eadem secundum predictam conuencionem et Robertus in misericordia. Et preceptum est uicecomiti Essexie quod procedat in comitatu suo in loquela que remansit in eodem comitatu predicta occasione. [36.]

244. [2] Assise noue disseisine inter Hugonem de Elonde et Johannem de Anhope querentes et Willelmum Comitem Warenne de tenementis in Kyrkestuna et Hiperun ponuntur in respectum usque a die S. Mich.[3] j. mensem per preceptum domini Regis et iuratores tunc ueniant. Et Hugo ponit loco suo Walterum de Elande. Ebor.

245. [4] Willelmus Comes Warenne ponit loco suo Rogerum de Hales uersus Emmam de Bella Fago de placito aduocacionis ecclesie. Nor.

246. [5] Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Legha que uacat ut dicitur, et cuius aduocacionem Nicholaa filia Bartholomei de Legha clamat uersus Galfridum Priorem de Esseby, qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia bene cognoscit quod Hugo de Legha antecessor ipsius Nicholae praesentauit ultimam personam que mortua est, set post presentacionem illam idem Hugo dedit domui de Esseby ecclesiam illam in liberam elemosinam. Et profert cartam ipsius Hugonis, que testatur quod idem Hugo dedit etc. deo et ecclesie S. Marie de Esseby et canonicis ibidem deo seruientibus ecclesiam de Legha cum pert., et unam dimid. uirg. terre in Pudingtona quam Osbertus tenuit cum mesagio, et aliam dimid. uirg. terre de dominico liberam et quietam ab omni seculari seruicio. Profert eciam cartam Bartholomei filii ipsius Hugonis que donum illud confirmat, Bed.

[1] Trinity Sunday, B.
[2] B. m. 3.
[3] Supply *in*.
[4] B. m. 3.
[5] B. m. 3.

unde dicit quod ipsa Nicholaa debet ei donum illud warantizare.

Et Nicholaa per attornatum suum uenit et dicit quod carte ille non debent ei nocere, nec eidem Priori ualere, quia postquam predictus Hugo cartam illam fecit, presentauit idem Hugo Willelmum de Glannuilla qui ultimo obiit persona et inde ponit se super iuratam. De carta Bartholomei dicit quod mala est, quia facta fuit post mortem ipsius Bartholomei.

Et Prior dicit quod carta ipsius Hugonis facta fuit postquam Willelmus presentatus fuit, et inde petit iuratam et Nicholaa similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat a die Pasche in unum mensem ad recognoscendum si predictus Hugo postquam presentauerat ipsum Willelmum fecit ei cartam, uel si presentauit ipsum Willelmum antequam fecit ei cartam, quia tam etc., et interim se inde ita certificent, ut iustic' inde plenius certiorare possint. Et concessum est a partibus quod siue uenerint ad diem illam siue non, quod iurata procedat.

247. Sussex. [1] Johannes de Monte Acuto et Lucia uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum Willelmo de Monte Acuto fratri eiusdem Johannis quare ipsi nutriri faciunt ad exhereditationem ipsius Willelmi, quandam garciam Katerinam nomine tamquam filiam et heredem eorum desicut ipsa non est filia nec heres eorum, nec idem Johannes alium habet heredem apparentem quam ipsum Willelmum ut idem Willelmus dicit.

Et Johannes uenit et dicit quod nullam garciam nutrire [2] facit, nec Katerinam nec aliam, quia nunquam filiam habuit nec alium heredem habet quam predictum Willelmum et offert etc.

Recordum et iudicium de Johanne et [4] Monte Acuto et Willelmo fratre suo et Katerina que se fecit heredem Johannis et que fuit partus falso suppositus ad exheredationem ipsius Willelmi.

Et Lucia dicit quod reuera habuit unam filiam, set nescit si uiuat uel non, et ideo petit uisum de ea et cum eam uiderit, dicet ueritatem utrum sua sit uel non.

Et super hoc uenit dominus Wyntoniensis Episcopus [3] in

[1] B. m. 2 d.

[2] Corr. *nutriri*.

[3] Peter des Roches.

[4] Corr. *de*. A little below this note another note has been partially erased. I think that it ran:—*Recordum de Katerina de Monte Acuto*. The annotator seems to think that Katherine *was* supposititious. Bracton, citing this case f. 68 b, seems to think so too.

cuius custodia predicta Katerina est, et dicit quod ipsa Lucia fuit pregnans de ipsa Katerina, et in uigilia S. Katerine peperit ipsam Katerinam, unde uocata fuit Katerina et hoc monstrabit etc., unde datus fuit dies eidem Episcopo ad habendam ipsam Katerinam coram iusticiariis ut predicta Lucia uideret eam. Ad hunc diem uenit idem Episcopus et produxit Katerinam, et dicit quod hec est filia et heres predictorum Johannis et Lucie, et hoc bene patet quia idem Johannes per cartam suam quam profert et que testatur hoc, concessit maritagium eiusdem Katerine et[1] filie et heredis sue Johanni Marescallo, et idem Johannes Marescallus maritagium illud concessit eidem[2] per cartam suam quam profert et que hoc testatur, et quod ipsa sit eadem Katerina producit sectam, scil. Sauaricum de Bohun[3] fratrem predicte Lucie qui hoc testatur et Willelmum de S. Johanne parentem ipsius Katerine qui hoc testatur, et Petrum de Malo Lacu qui eam nutriuit, et dominum Comitem Cestrie qui eam similiter nutriuit per longum tempus et Comitem Marescallum et multos alios, et Rogerum le Suche qui eam similiter nutriuit. Set quia Lucia se essoniauit ad hunc diem, datus est eidem Episcopo dies a die Pasche proximo preterito in j. mensem ut Episcopus tunc habeat Katerinam. Ad[4] diem illum non uenit Lucia, et Katerina uenit et Episcopus optulit se quarto die uersus eam, et Johannes per attornatum suum et Willelmus de Monte Acuto presentes sunt. Et quia Johannes alias per cartam suam illam concessit ad maritandum ut filiam suam et heredem suum, et ita aduocauit eam pro filia sua, et eciam predicta Lucia cognouit quod habuit unam filiam Katerinam nomine, et predictus Episcopus inde producit sectam sufficientem et quod ista est eadem Katerina, Consideratum est quod ipsa remaneat heres ipsius Johannis, nisi forte ipse in posterum habeat filium et Johannes in misericordia. |

248. [5]Willelmus Comes Warenne et Hugo Prior de Lewes[6] [36 b.] Ebor.

[1] Corr. *ut*, B.
[2] Supply *Episcopo*, B.
[3] *Bon'*, B.
[4] This is postscript, B.
[5] B. m. 2 d.
[6] Monast. 5. p. 1. The Earl of Warenne is the advocatus of the Priory.

petunt uersus Adam de Nouo Mercato aduocacionem ecclesie de Hatfeud cum pertinenciis ut ius eorum, unde Willelmus Comes Warenne antecessor suus fuit seisitus ut de feodo et de iure tempore H. Regis senis, scilicet anno et die quo obiit, ita quod aduocacionem illam dedit cuidam Ankero Priori de Lewes, et idem Ankerus post donum illud presentauit ad ecclesiam ipsam quendam Ricardum de Besewilla qui ad presentationem suam fuit admissus capiendo inde expleta ad ualenciam c. sol. etc.

Et Adam uenit et defendit uim et iniuriam nunc et alias quando et ubi debet, et dicit quod non debet eidem Comiti respondere quia Comes cognoscit quod antecessor suus dedit quicquid iuris habuit in predicta aduocacione, unde ipse nichil petere potest. De iure Prioris dicit quod illud defendit precise, et ponit se in magnam assisam et petit recognicionem fieri, utrum ipse maius ius habeat in aduocacione illa ut in illa que pertinet ad tenementum suum quod tenet de Comite Warenne an idem Prior et ecclesia sua tenendi eam in dominico. Et Comes cognoscit quod reuera nichil clamat in illa aduocacione nisi ut aduocatus eiusdem Prioris de aduocacione illa. Et ideo consideratum est quod magna assisa fiat inter ipsum Adam et predictum Priorem. Dies datus est eis die dominica ante Asscencionem Domini, et tunc ueniant iiij.[1] et Adam ponit loco suo Eliam Paruum clericum suum uel Hugonem de *Sauila*[2].

249. Cumberland. [3]Preceptum fuit uicecomiti quod iuste etc. esse faceret racionabiles diuisas inter terram Ricardi de Leuingtona in Leuingtona et terram Petri de Tyllol in Scales sicut esse debent et solent, unde idem Ricardus queritur quod predictus Petrus plus trahit inde ad feodum suum quam ad eum pertinet habendum. Et super hoc uenit idem Ricardus et queritur quod idem Petrus iniuste attraxit ad eum circa iiij. carucatas terre cum pertinenciis de eodem manerio de Scales, de qua terra Richirus auus patris sui fuit seisitus in dominico suo et ut de iure tempore H. Regis aui Dom. Regis, capiendo inde expleta ad ualenciam dimidie marce

[1] Four knights to choose twelve recognitors.

[2] *Grauel*, B.

[3] B. m. 4.

etc. De Richero descendit ius terre illius Ade filio suo, et de ipso Ada Ade filio suo[1] patri ipsius Ricardi, et de ipso Ada, ipsi Ricardo ut filio suo et heredi et offert etc.

Et Petrus uenit et defendit ius suum nunc et alias ubi et quando defendere debebit, et dicit quod non debet ad breue respondere, quia continetur in breui quod diuise iuste fiant sicut esse debent et solent, unde idem Petrus trahit ad se plus etc., et idem Petrus nichil trahit ad se, et nichil attraxit, nec aliquid habet nisi terram unde pater suus et antecessores sui obierunt seisiti de patre in filium a primo conquestu et feffamento antecessorum suorum et sicut[2] breue dicit quod ipse trahit non wlt ad hoc breue respondere, nisi curia considerauerit, et si curia considerauerit quod respondere debeat ad tale breue, aliud dicet.

Et Ricardus dicit quod non debet ei nocere quod antecessores sui quandam partem attraxerunt et ipse quandam partem per transturnum cuiusdam aque, et petit inde iudicium, et dicit quod breue est racionabile secundum consuetudinem regni.

Nota de bono processu ad faciendas racionabiles d.uisas inter uicinos sicut per breue de recto et de uisu inde faciendo per quas metas.

Et quia nulla terra specificata est in breui nec potest sciri quantum terre idem Ricardus clamat nisi fieret uisus super eandem terram, Consideratum est quod nulla fiat inde perambulacio nisi Petrus uelit assentire, set ad certum diem ueniant ad eandem terram ubi uicecomes faciet assidere uisinetum uel wappentacium et coram eis ostendat idem Ricardus quam terram et quantum terre petat et apponat metas et bundas suas, et quod idem Petrus coram eisdem eodem die ostendat per quas metas et quas bundas terra sua fuerit, et si que terra fuerit intra illas metas hinc inde appositas, idem Ricardus illam petat eodem modo sicut per breue de recto, et Petrus defendat se aut per magnam assisam aut per duellum utrum maluerit et extunc in *omnia* fiat processus[3] sicut per breue de recto, ita quod eodem die aut ponat se super magnam assisam, aut uadiet duellum, non exspectato alio uisu.

250. [4]Jurata uenit recognitura de consensu parcium per testes Wygorn.

[1] B omits one Adam.
[2] Corr. *desicut*, B.
[3] *et tunc fiat processus*, B.
[4] B. m. 4 d.

nominatos in carta quam Osbertus de Abbetot protulit sub nomine Reginaldi de Breusa de manerio de Russoc cum pertinenciis quod Galfridus Esturmy clamat per assisam mortis antecessoris uersus eundem Osbertum, et unde idem Osbertus uocat eundem Reginaldum ad warantum uersus eundem Galfridum etc. ad recognoscendum si idem Reginaldus dedit Alexandro fratri ipsius Osberti cuius heres ipse est predictum manerium cum pertinenciis, habendum et tenendum eidem Alexandro et heredibus suis secundum quod continetur in carta illa quam idem Osbertus profert, et si idem Reginaldus cartam illam ei fecit uel non, unde idem Reginaldus dixit quod reuera dederat eidem Alexandro manerium illud tenendum tota uita ipsius Alexandri et heredibus suis si quos haberet de uxore sibi desponsata[1], et unde carta illa deposita fuit in thesauro aput Herefordiam, et que postea ostensa fuit coram iusticiariis per summonitorem.

Et isti testes scilicet Thomas decanus Herefordie, Henricus de Penbrigge, Hugo de Fraxino, Walterus de Bestfordia, et preterea Walterus de *Tunberhangre,* Willelmus de Pokintona, Thomas de Bosco, Henricus de Sutingtona, Ada de
[37.] Trocmaretona, | Wydo de Nentona, Thomas de Cerhulla, Willelmus de Ledena, Johannes de Piritona recognitores ad hoc summoniti simul cum testibus dicunt super sacramentum suum, scilicet predicti testes dicunt precise per se quod interfuerunt ubi Reginaldus fecit primam cartam[2] et primum donum quod tale fuit, quod idem Alexander et heredes sui quos haberet de uxore sibi desponsata, et tali modo dedit donum illud, et hoc bene sciunt set de alia carta[3] et dono nichil sciunt, scilicet de dono secundo.

Et predicti recognitores dicunt, quod nec de secunda nec de prima nichil[4] sciunt, set bene uiderunt quod predictus Reginaldus cepit homagium ipsius Alexandri in pleno comitatu de eadem terra et eum in seisinam posuit nec aliquam cartam uiderunt nec audiuerunt.

Et quia testes nichil sciunt de carta illa secunda, nec

[1] Observe the limitation.

[2] The deed creating a conditional fee.

[3] The deed produced by Osbert.

[4] *aliquid* not *nichil*, B.

iuratores super quos idem Osbertus se posuit, et preterea testatum est et predictus Osbertus cognoscit quod idem Alexander frater ipsius fuit camerarius ipsius Reginaldi, et tulit sigillum suum tempore illo quo carta illa facta fuit, et idem Osbertus defecit in probacione sua de probanda illa carta ad ueram, Consideratum est quod predictus Reginaldus non tenetur terram illam warantizare eidem Osberto, et quod assisa procedat uersus Osbertum, et utraque carta cancellatur, quia Alexander nullum habuit heredem de uxore sibi desponsata. Et iuratores de eadem assisa inter predictum Galfridum et Osbertum dicunt super sacramentum suum dicunt quod Thomas Esturmy pater predicti Galfridi fuit seisitus de manerio illo cum pertinenciis ut de illo quod Willelmus de Bello Campo dum fuit infra etatem et in custodia Regis Johannis ei dedit pro homagio et seruicio suo, et de illo quod Walterus de Bello Campo postea iterum ei dedit et homagium suum inde cepit, et bene sciunt quod obiit post terminum[1], et quod Galfridus est proximus heres, et dicunt quod reuera terra illa fuit Willelmi de Breusa patris ipsius Reginaldi et idem Willelmus illam amisit occasione J. Regis tempore quo disseisitus fuit de omnibus terris suis. Et quia iuratores dicunt quod Thomas obiit inde seisitus et ex dono Willelmi de Beauchamp et Walteri, siue Walterus habeat[2] inde seisinam iuste siue iniuste, Consideratum est quod Galfridus recuperauit seisinam suam, et Osbertus in misericordia.

De eo qui terram dedit infra etatem dum fuit in custodia pro homagio et seruicio, et conualuit postea per confirmacionem alterius quam a donatore.

Et Reginaldus de Breusa apponit clamium suum de eadem terra sicut de illa que ad eum debet reuerti pro defectu heredis ipsius Alexandri de uxore sibi desponsata.

251. [3]Magna assisa uenit recognitura per Rogerum de S. Martino, Aluredum de Glentham, Robertum de Amundeuilla, Osbertum Arsic, Radulfum de Gousle, Ricardum Blancard, Thomam de Escotingny, Willelmum filium Drogonis, Henricum de Langetona, Radulfum de Mortuo Mari, Robertum filium Willelmi, et Willelmum de Rokewyla, ad recognos- **Linc.**

[1] The period of limitation for a mort d'ancestor; first coronation of Richard.

[2] *haberet*, B.

[3] B. m. 6.

cendum utrum Hugo de Neuilla qui petit maius ius habeat in una carucata et vj. bouatis terre cum pert. in Glentham[1] et in dimid. caruc. terre cum pert. in Cates, an Philippus de Kime qui tenet, et qui eandem terram warentizauit Willelmo de Kime.

Juratores dicunt quod quidam Simon filius Willelmi tenuit terram illam et habuit duos nepotes, scil. quendam Bertram et Willelmum Raffyn[2], et quia amauit eos pro bono seruicio eorum dedit predicto Bertram quandam terram in Faudingworthe quam predictus Hugo adhuc tenet, et Willelmo Raffyn dedit predictam terram in Geham[3] et in Cotes et hoc fuit in tempore Regis Stephani, et in eodem tempore eiusdem Regis, iratus[4] Simon cum eodem Willelmo et abstulit ei predictam terram quam ei dederat pro homagio et seruicio suo et semper postea tenuit idem Simon terram illam, et post eum antecessores ipsius Philippi usque ad ipsum Philippum. Et requisiti si Willelmus habuit heredem de se, dicunt quod nesciunt.

Nota qui *ponit*[6] de seisina de tempore Regis Stephani quod fuit gwerrinum amittit, et sic per consequens de aliis terris[7] gwerrinis.

[5]Et Sampson de Capelonde uenit et apponit clamium suum ut ille qui exiuit de Willelmo ut dicit.[5] Et quia Hugo petiit terram illam ut de seisina aui sui ut de tempore pacis, et tempore H. Regis aui Dom. Regis, et iuratores dicunt quod non fuit seisitus in tempore illo nisi tantum in tempore Stephani Regis quod fuit[8] werrinum, Consideratum est quod predictus Philippus teneat in pace terram illam sibi et heredibus suis quiete de heredibus ipsius Hugonis inperpetuum, et Hugo in misericordia.

252. Sumerset. [9]Rogerus de Cliftona petit uersus Georgium de Safeubse[10] feodum dimidii militis cum pert. in Estona ut ius suum unde Adam de Cliftona antecessor suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico suo tempore Henrici Regis, aui Dom. Regis, capiendo inde expleta ad ualenciam xx. sol. De Ada

[1] *Ingham*, B.
[2] *Kafin*, B.
[3] *Ingham*, B.
[4] Supply *fuit idem*, B.
[5–5] A third party puts in his claim. This is parenthetical.
[6] Perhaps it should be *petit;* the note is hasty.
[7] Corr. *temporibus*. See Br. 373 b.
[8] *fuit* repeated.
[9] B. m. 6 d.
[10] *Safuble*, B, which has sometimes *Georgius* and sometimes *Gregorius*.

descendit ius terre illius Rogero filio suo, de Rogero, Elie filio suo, de Elya, ipsi Rogero ut filio et heredi suo etc.

Et Georgius uenit et defendit ius suum nunc et alias etc. et dicit quod Elyas pater suus per quem clamat, tantum fecit quod idem Rogerus nullum ius habet in terra illa et profert cartam ipsius Elye que testatur quod ipse fecit concordiam cum Alexandro filio Rogeri de Ruilla de manerio de Estona quod Alexander tenuit, unde placitum erat in curia Dom. Regis, ita quod ipse dedit et concessit predicto Alexandro pro bono pacis dimidium manerium[1] de Estona tenendum de eo et heredibus suis libere et quiete in omnibus rebus que ad idem manerium spectant, et insuper patronatum ecclesie, et ipse Alexander inde fecit ei homagium. Profert eciam cartam eiusdem Alexandri que testatur quod dedit Willelmo de Saffuble pro homagio et seruicio medietatem uille de Estona sicut illam tenuit de Elya de Cliftona sibi et heredibus suis, tenendam de eo et heredibus suis. Profert eciam cartam | Henrici Regis aui Dom. Regis, que testatur [87 b.] quod ipse concessit et confirmauit concordiam et finem factum coram eo inter Elyam de Cliftona et heredem Rogeri de Ruilla de manerio de Estona, scil. quod Elyas de Cliftona concedit medietatem uille de Estona Alexandro filio Rogeri de Ruilla et dat ei filiam suam Agnetem in uxorem, et preterea concessit eidem Alexandro presentacionem ecclesie eiusdem manerii, [2]et illa medietas remanebit ipsius Rogeri tenenda etc. et Elya de Cliftona et heredibus[2] per seruicium [3]. Et ideo uult et precipit firmiter, quod finis ille sicut inter eos factus est stabilis permaneat. Et ideo non wlt inde respondere nisi curia consideraurit.

Et Rogerus non dedicit cartas illas, nec donum predictum. Et ideo consideratum est quod Georgius teneat in pace et quiete inperpetuum, et Rogerus in misericordia.

Et Georgius cognoscit aduocacionem ecclesie illius esse

[1] *medietatem manerii*, B.

[2–2] *et quod illa medietas remanebit heredibus ipsius Rogeri tenenda etc. de Elia de Cliftona et heredibus suis*, B.

[3] A blank space. B has *dimidii militis*. A note in the margin of the note-book has been carefully and totally erased.

ius J. Battoniensis Episcopi et ecclesie sue Wellensis et illam ei recognouit inperpetuum.

253. Kent. [1] Dyamanda que fuit uxor Ricardi Lucet petit uersus Herbertum Clericum medietatem cc. acrarum terre cum pert. in Dungemareys ut dotem suam, unde predictus Ricardus etc.

Et Herbertus uenit et dicit quod non potest terram lucrari, uel perdere, quia non tenet illam nisi ad terminum de Abbate de Bello, et bene cognoscit quod Ricardus uir suus obiit seisitus et nuper obiit, et iusticiarii concordantur [2] quod idem Ricardus parum ante mortem suam recuperauit terram illam uersus eundem Abbatem, et ideo preceptum est uicecomiti quod habere faciat eidem Dyamande seisinam suam de medietate [3] tocius terre unde Ricardus uir suus obiit seisitus ut de feodo, et quod Abbas summoneatur ad respondendum quo waranto deforciat heredibus illius Ricardi terram illam quam idem Ricardus nuper recuperauit uersus eundem Abbatem in curia domini Regis coram iusticiariis aput Westmonasterium.

254. Ebor. [4] Abbas S. Marie de Eboraco attachiatus fuit ad respondendum Nicholao de Estuteuilla quare non tenet ei finem factum in curia Dom. J. Regis coram iusticiariis suis aput Wyntoniam inter ipsum Abbatem petentem et Nicholaum de Estuteuilla patrem predicti Nicholai cuius heres ipse est tenentem de communa bosci et pasture de Heutona, Spauntona, et Farendale unde cyrographum etc. unde idem Nicholaus queritur quod desicut idem Abbas non debet habere nisi communam ibi de boscho ad ardendum et edificandum et communam animalibus suis et porcis, idem Abbas uendit et destruit boscum ita quod deterioratus est et dampnificatus ad ualenciam xl. libr. Et Abbas uenit et bene cognoscit finem illum, set non debet ad finem illum respondere quia Nicholaus pater ipsius Nicholai qui finem fecit eundem finem postea defecit, quia ipse accessit ad Dom. Regem et tantum fecit cum Dom. Rege quod inpetrauit ab eo quod perambulatio fieret inter terram ipsius Nicholai

[1] B. m. 6 d.
[2] *recordantur*, B.
[3] Observe the Kentish dower.
[4] B. m. 6 d.

et boscum Dom. Regis qui fuit foresta sua, et ad petitionem suam facta fuit perambulatio per quam boscus predictus et pastura remanserunt Dom. Regi. Et idem Dom. Rex postea boscum illum dedit eidem Abbati. Et profert cartam Dom. J. Regis factam post cyrographum illud que testatur quod Johannes Rex dedit et confirmauit Abbati et conuentui S. Marie de Eboraco totum boscum cum forestaria, et totam terram illam ab aqua Duue, usque ad aquam que appellatur Siuena in latitudine et in longitudine a diuisis Cliuelande usque ad uiam que uadit de Pukering ad Helmelay per landam de Caltwayt, et prohibet forestariis suis ne de bosco illo uel de terra illa se intromittant, set idem Abbas et successores sui habeant et teneant inperpetuum bene libere etc. totum predictum boscum cum forestaria eiusdem bosci et totam predictam terram saluis predicto Regi ceruo et cerua, apro, ancipitre etc.

Et Nicholaus dicit quod carta illa non debet ei nocere, quia perambulacio illa tantum facta fuit de foresta Dom. Regis et de uenacione sua, et non de communa, nec de aliqua terra, nec aliqua mentio facta est in carta Dom. Regis de fine illo, unde bene dicit quod pater suus nullam terram nec communam amisit per perambulacionem illam.

Et Abbas dicit quod perambulacio[1] de communa et de terra precise, et inde ponit se super curiam Dom. Regis, et bene patet quia idem Nicholaus pater suus nec ipse postea nunquam seisinam inde habuerunt. Et dicit quod Dom. Rex debet ei terram illam warantizare per cartam suam.

255. [2]Philippus de Columbariis et Cecilia mater sua summoniti fuerunt ad respondendum Abbati de Goggeshale[3] quare non permittunt eum presentare ydoniam personam ad ecclesiam de Acholt que uacat et ad suam spectat donacionem unde idem Abbas per attornatum suum dicit quod Philippus de Columbariis pater predicti Philippi dedit aduocacionem eiusdem ecclesie deo et S. Marie de Goggeshale et monachis ibidem deo seruientibus ecclesiam[4] in uilla de Suff.

[1] Supply *fuit*, B.
[2] B. m. 7.
[3] *Coggeshal'*, B. Monast. vol. 5, p. 451.
[4] Supply *suam*, B.

Acholt, et profert cartam ipsius Philippi que donum illud testatur. |

[88.] Et Phillippus et Cicilia per attornatum ipsius Cecilie ueniunt et dicunt quod non debent ad hoc breue respondere, quia ecclesia illa non uacat quia Thomas de Acholt est inde persona et admissus per arch'[1] loci uacante sede ad presentacionem predicte Cecilie, et sicut[2] dicit quod ecclesia uacat et non uacat nolunt ad breue respondere nisi curia considerauerit.

Et Abbas per attornatum suum dicit quod uacat et quod episcopus habet ipsam pro uacante.

Et Philippus dicit quod reuera Cecilia mater sua presentauit racione dotis quam tenet in eadem uilla et sine clamio uel inpedimento ipsius Abbatis uel alicuius alterius, et preterea dicit quod carta illa non debet ei nocere, quia predictus Philippus pater suus nunquam cartam illam uel donum illud ei fecit, set reuera[3] infirmitate sua unde obiit et postquam amiserat memoriam et fuit in custodia ipsius Abbatis cum sigillo suo et cum omnibus aliis rebus suis, [4]idem Abbas[5] de sigillo suo quod habuit in custodia sua id quod uoluit et inde ponit se super testes nominatos in carta et super alios.

Et Abbas dicit quod iniuste hoc dicunt quia ipse Philippus illam cartam fecit dum fuit in ligia potestate in sanitate sua et bene compos sui, et inde ponit se super testes nominatos in carta, exceptis fratribus ipsius Philippi et tantum duo uiui sunt scil. Robertus de Aignaus et Willelmus de Howbrigge. Et omnes ponunt se super illos duos testes. Et ideo uicecomes Essexie illos uenire faciat coram iusticiariis aput Westmonasterium a die S. Trin. in xv. dies ad recognoscendum si predictus Philippus tempore quo fuit compos sui et habuit memoriam suam, donum et cartam illam fecit uel non.

256. Ebor. [6]Dominus Robertus Sarrisbiriensis Episcopus questus fuit

[1] *archid'*, B; *archidiaconum.* The see of Norwich was vacant in 1226.

[2] *desicut*, B.

[3] Supply *in*, B.

[4] Supply *et*, B.

[5] Supply *fecit*, B.

[6] B. m. 6. *Robertus* is interlined by the annotator, and seemingly he has made a mistake. The bishop was Richard le Poor who was succeeded by Robert Bingham in 1228.

quod cum haberet ex dono Dom. Regis custodiam Margerie et Alicie filiarum et heredum Ricardi de Bodenho, et posuisset ipsam Aliciam cum monialibus de Swin[1] in eadem domo nutriendam, Eustacius frater Saheri de Suttona uenit ad eandem domum et ipsam Aliciam de eadem domo contra pacem Dom. Regis abduxit, de custodia Dom. Regis, et de sua custodia, et fecit de ea quicquid uoluit, ita quod in custodia sua inuenta fuit per uicecomitem Eboraci per preceptum Dom. Regis, unde ipse deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam cc. marc. Dicit eciam quod Saherus de Suttona frater ipsius Eustachii consenciens[2] ad hoc faciendum contra coronam et dignitatem Dom. Regis etc.

Et Eustachius et Saherus ueniunt et defendunt uim et iniuriam et pacem Dom. Regis, et quicquid est contra coronam Dom. Regis, et quod nunquam eam cepit neque abduxit et hoc offert[3] defendere sicut curia considerauerit.

Et Episcopus dicit quod non potest[4] hoc dedicere, quia uicecomes Eboraci per preceptum Dom. Regis illam inuenit in custodia ipsius Eustachii aput Satcote terram predicti Saheri in domo Galfridi de Wattona.

Et uicecomes presens est et hoc cognoscit et testatur et adduxit ipsam Aliciam. Et Alicia cognoscit quod exiuit de domo illa per se solam, et sicut fuit extra domum in chimino Dom. Regis, uenit idem Eustachius ad illam et eam adduxit usque ad domum predicti Galfridi de Satcote, et idem Galfridus inuenit ei estouerium suum[5] per ix. ebdomadas et quod idem Eustachius inuenit ei j. robam de uiridi, set dicit quod non est desponsata et quod idem Eustachius non cognouit eam. [6]Et Eustachius cognoscit quod non desponsauit eam nec eam cognouit[6].

Et quia uicecomes cognoscit quod eam inuenit in terra ipsius Saheri et ipsa dicit quod Eustachius eam abduxit, Eustachius custodiatur et committitur gaole. Et preceptum est uicecomiti Eboraci quod uenire faciat predictum Galfridum in cuius domo fuit ad cognoscendum per quem fuit in domo

[1] The convent of Swine in Yorkshire.
[2] Supply *fuit*.
[3] Corr. *offerunt* (?).
[4] *possunt*, B.
[5] *estoueria sua*, B.
[6-6] Not in B.

sua, et quis ibi eam adduxit, et quod inquirat quis fuit scissor qui scidit robam suam, [1] ad certificand' iustic' etc. a die S. Trin. in xv. dies.

Et Saherus sit interim sub plegio. Plegii eius sunt Willelmus de Suttona, Philippus de Faukebergo. Et Episcopus ponit loco suo Henricum de Winteshulle uel Willelmum de Cruteuilla.

Et Alicia committitur in custodia Episcopi Sarrisbiriensis.

257. Sumerset. [2]Swanus de Westuna petit uersus Magistrum Alexandrum de Dorsete j. uirgatam et j. ferlingum terre cum pert. in Westuna ut ius suum etc. unde Swanus de Westona fuit seisitus tempore Henrici Regis aui etc. capiendo inde expleta ad ualenciam etc. Et de Swano descendit ius terre illius quatuor filiabus suis, scilicet Gunilde, Emme, Matillidi et Grecie. Et Matillis, Gunilda, et Emne[3] mortue sunt sine herede de se et ideo descendit ius terre illius Grecie matri ipsius Swani, et idem Alexander fuit filius predicte Emme, unde petit terram illam ut propartem suam que eum contingit.

Nota de bastardia obiecta ex tali causa, quia natus ante matrimonium per tantum tempus. Ad quod fuit responsum quod post, et ideo ad iudicium.

Et Alexander uenit et defendit ius suum et bene cognoscit parentelam, set dicit quod idem Swanus nullum ius habere potest in terra illa eo quod bastardus est, ita scilicet quod natus fuit per quatuor annos antequam mater sua fuit desponsata | [38 b.] et hoc offert probare sicut curia considerauerit.

Et Swanus precise dicit quod natus fuit post matrimonium contractum, et quod legitimus est et hoc offert probare ubi et quando curia considerauerit.

Idem Alexander petit uersus eundem Swanum j. uirgatam et quartam partem unius uirgate terre in eadem uilla ut ius suum per predictam parentelam et per predictam seisinam predicti Swani, aui sui, unde dicit quod idem Swanus nullum ius habet in terra illa eo quod bastardus est secundum quod predictum est.

Et Swanus uenit et defendit ius suum et dicit quod legitimus est, et natus post matrimonium sicut prius et hoc offert probare etc.

[1] Supply *et illum uenire faciat*, B.

[2] B. m. 7 d.

[3] Om. *et Emne*, B.

Dies datus est eis de audiendo iudicio suo in oct. S. Trin. Ad iudicium[1].

258. [2]Preceptum fuit uicecomiti quod haberet corpus Andree Peuerel coram iusticiariis aput Westmonasterium die dominica proxima post translacionem Beati Thome martiris ad respondendum Dom. Regi quo waranto tenet manerium de Naketona cum pertinenciis quod est de dominico Dom. Regis. Et ipse non uenit. Et uicecomes mandauit quod non fuit inuentus. Et ideo per consideracionem curie consideratum est quod manerium capiatur etc. et ipse summoneatur quod sit in crastino S. Petri Aduincla coram Dom. Rege ubicunque fuerit. Suff.

PLACITA APUT WESTMONASTERIUM IN OCTABIS S. TRINITATIS ANNO XJMO[3].

259. [4]Dies datus est Galfrido de Uppetona appellanti uersus Robertum Set[5] de placito pacis Dom. Regis infracte, unde duellum uadiatum fuit die Lune ante Natiuitatem S. Joh. ut de die in diem, eo quod idem Robertus propter infirmitatem qua detentus est de oculis suis non potuit ad illum diem pugnare et unde Robertus Pipard, Robertus de Chileham et Johannes de Hogeling' tres milites ad eum missi per iusticiarios de banco ad uidendum utrum per infortunium et stulticiam suam talis sit uel per morbum superuenientem, dicunt quod per infirmitatem talis est quod non potest uidere, et quod infirmitas illa non prouenit ex stulticia sua. Oxon.

Si in duello de pace et plagis per infortunium accidit quod appellans uel appellatus pugnare non possit et non per stulticiam suam si de hoc constiterit per quatuor milites missos ad ipsum, dabitur alius dies et differtur duellum[6].

260. [7]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Ellefordia que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Rogerus de Monte Alto clamat uersus Philippum de Orreby qui uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet fieri, quia bene cognoscit quod Randulphus de Mohaut[8] Stafford.

[1] By the copyist.
[2] This entry is repeated below, see Case 268. It must apparently belong to Trinity term. The Translation of S. Thomas is 7 July.
[3] The roll here cited as B, is Coram Rege Roll No. 27.
[4] B. m. 9.
[5] *Red*, B.
[6] See Br. f. 142, 144.
[7] B. m. 9.
[8] *de Monte Alto* and *de Mohaut* are the same name. In B, this person is called Ralph, not Randolph.

presentauit Willelmum de Haia qui ultimo obiit persona de eadem ecclesia, set post presentationem illam idem Randulphus dedit manerium illud cum pert. Rogero de Mohaut fratri suo qui manerium illud cum pert. tenuit tota uita sua, et post mortem eius descendit manerium illud cum pert. Leuce filie sue, et de Leuca Agneti filie ipsius Leuce, cuius custodiam idem Philippus habet per ipsum Rogerum de Mohaut[1] capitalem dominum et profert cartam ipsius Rogeri, que testatur quod idem Philippus dabit eidem Rogero c. marcas argenti pro custodia Agnetis filie ipsius Leuce et tocius hereditatis descendentis de Rogero[2] patre ipsius Leuce in Ellefordia et in *Callingland'* cum pert. et desicut Randulphus dedit terram illam cum pert. et non excepit aduocacionem ecclesie nec ecclesia prius uacauit petit iudicium si predictus Rogerus possit aduocacionem illam clamare, desicut aduocacio pertinet ad manerium, et petit sibi allocari quod idem Rogerus qui cartam illam fecit nichil excepit.

Et Rogerus per attornatum suum uenit et dicit quod Randulphus[3] antecessor suus qui ultimo presentauit, et[4] qui terram illam dedit nunquam fuit in seisina de aduocacione illa nec Leuca filia sua, nec Agnes, et desicut idem Philippus cognoscit seisinam ipsius Randulphi, petit seisinam suam. Et quesitus si Randulphus dedit manerium illud cum pert. dicit quod nescit, et bene cognoscit cartam quam fecit eidem Philippo de terra cum pert. in qua nichil excipitur, set tantum dicit quod Rogerus feoffatus nunquam habuit seisinam de presentatione, et petit iudicium.

Et Philippus similiter petit iudicium suum desicut Rogerus cognoscit cartam suam in qua nichil excipitur[5] defendit quod Rogerus antecessor ipsius Agnetis ita esset feoffatus sicut predictum est.

Et quia ambo cognoscunt quod Randulphus post ultimam presentationem dedit manerium cum pert. predicto Rogero[6], secundum quod predictum est, et predictus Rogerus[7] nichil ostendit quod aduocacio excipiatur nec sectam producit, nec

[1] The plaintiff.
[2] Roger brother of Randolph.
[3] Supply *fuit*, B.
[4] Corr. *et Rogerus cui terram illam dedit.*
[5] Supply *et.*
[6] Brother of Randolph.
[7] Plaintiff.

cartam profert nec aliquid aliud nisi simplicem uocem suam et preterea cognoscit quod Rogerus obiit seisitus de manerio illo cum pertinenciis, et Leuca postea eodem modo, Consideratum est quod Philippus recuperauit seisinam suam racione custodie predicte Agnetis saluo iure ipsius Rogeri, si postea inde loqui uoluerit, et Rogerus in misericordia. |

261. [1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de [2] que uacat, cuius aduocacionem Emma de Bella Fago clamat uersus Willelmum comitem de Warrenna[3] et Matillidem uxorem eius et Willelmum de Verdum et Ricardum de Ferebrigg'. Et Matillis et Willelmus et Ricardus non uenerunt et fecerunt defaltam, ita quod die dominica ante Asscensionem Domini consideratum fuit quod assisa caperetur per defaltam uersus eos. [39.] Norf.

Et Comes uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ipsa non habet in uilla illa nisi terciam partem illius uille et idem Comes et alii habent duas partes et ideo non potest ipsa clamare nisi terciam partem illius aduocacionis. Et bene cognoscit quod Gilebertus de Norfolcia[4] quondam uir ipsius Emme presentauit ultimam personam.

Et Emma hoc idem cognoscit de presentatione uiri sui, et quesita si nominatim dotata fuit de aduocacione illa et de illa parte terre quam tenet in dotem, dicit quod nescit, set dicit quod ecclesia sita est in terra illa quam tenet in dotem. Et[5] omnes cognoscunt quod Gilebertus presentauit ultimam personam, Consideratum est quod iuratores recedant sine die. Et quia ipsa Emma nichil ostendit quod inde dotata esset nec sectam nec uiuam uocem inde producit, et Comes defendit quod ipsa non fuit nominatim inde dotata, Consideratum est quod Emma non potest clamare nisi terciam partem illius aduocacionis, desicut non habet nisi terciam partem manerii. Et ideo Comes inde sine die et Emma in misericordia.

Nota quod mulier tenens in dotem terciam partem alicuius manerii petere poterit terciam partem aduocationis ratione dotis sue[6].

[1] B. m. 10.
[2] A space is left; B has *Felebrigg'*.
[3] *Warr'*; sic B.
[4] *Norf'*; sic B.
[5] Supply *quia*, B.
[6] See Br. f. 96 b.

262. Kent. [1]Magna assisa uenit recognitura per Henricum[2] de Cobham, Willelmum de Appeldreffeud, Simonem de Sharsted' de Wyteringburn'[3], Willelmum de Detling', Philippum Ruffyn, Johannem Chaun, Henricum filium Engelr', Stephanum de Cusingtona, Gilebertum de Otheringebiria, Albinum de *Chimineye* et Rolandum de Acstede ad recognoscendum utrum Willelmus Prior de Vasto[4] qui petit maius ius habeat in aduocacione ecclesie de Westenham an Thomas de Camuilla qui tenet.

Juratores dicunt quod Thomas maius ius habet in aduocacione illa quam Prior, quia nunquam uiderunt quod idem Prior uel aliquis ex predecessoribus suis presentauit clericum ad ecclesiam illam.

Nota quod iuratores in magna assisa non poterunt conuinci de fac.li[5].

Et super hoc uenit idem Prior et dicit quod male iurauerunt, quia aduocacio illa simul cum aliis terris ei data fuit, et profert cartam Eustachii Comitis Bononie in qua continetur quod idem Comes dedit ecclesie de Vasto manerium de Wynterburnia et ecclesiam de Westerham et ecclesiam de Boctona cum pert., unde dicit quod per donum illud est in seisina de manerio illo et de aduocacione ecclesie de Boctona et de viij. marcis nomine pensionis de predicta ecclesia de Westerham. Profert eciam cartam Hugonis de Kamuilla que testatur quod ipse et Cristiana uxor eius mater predicti Thome concesserunt et confirmauerunt predicte ecclesie de Vasto ecclesiam de Westerham quam Comes Eustachius ei dedit. Profert eciam cartam ipsius Cristiane que ecclesie predicto[6] modo donum illud testatur et confirmat. Profert *autem* cartam Waleranni quondam Roffensis Episcopi[7] que testatur quod ad presentationem S. Prioris et monachorum de Vasto G. cantorem Eborycy uicarium perpetuum in ecclesiam de Westerham canonice instituit sub pensione viij. marcarum quas inde dictis monachis persoluet annuatim. Profert eciam cartam Gileberti quondam Roffensis Episcopi[8]

[1] B. m. 12.
[2] *iur'* (*iuratores*) interlined.
[3] *Simonem de Harested', Willelmum de Wintringborn'*, B.
[4] Qu. *le Waast* near Boulogne. The church of Westerham had belonged to the Count of Boulogne.
[5] No attaint of a grand assize, Br. f. 290, 290 b.
[6] *predicto*, inserted by annotator.
[7] A.D. 1182—4.
[8] A.D. 1185—1214.

que testatur quod ad presentationem S. Prioris de Vasto admisit Thomam clericum ad ecclesiam de Westerham et ipsum in ea personam instituit canonice, reddendo eidem Priori viij. marcas per annum.

Et Thomas dicit quod non uult ad predictas cartas respondere, set petit iudicium suum de hoc quod iuratores dixerunt.

Dies datus est partibus de audiendo iudicio suo a die S. Mich. in xv. dies ut interim loquatur cum domino Rege et iustic'[1] et iuratores sine die donec aliud audiuerint[2]. Et postea datus fuit eis a die Pasche in j. mensem de audiendo iudicio suo ad quem diem Prior non uenit, et ideo Thomas recedat sine die, et habeat aduocationem et presentationem quiete de ipso Priore et successoribus suis secundum quod data est ei per magnam assisam etc.

263. [3]Prior Hospitalis Ierosolime in Anglia per attornatum suum petit uersus Robertum le [4] quod secundum consuetudinem maneriorum de Buningtona et de Herts'[5] faciat auxilium ad uallas et fossata facit[6] in predictis maneriis ad communem utilitatem et emendationem terrarum ipsius Prioris et Roberti etc., unde idem Prior ostendit quod sicut ipse et alii deberent auxilium facere ad unum exsucatorem[7] faciendum per medium terre Domini Cant'[8], idem Robertus noluit auxilium facere quantum pertinet ad terram suam, ita quod ei a retro sunt l. sol. et terra ipsius Prioris per defaltam illam deteriorata est ad ualenciam iiij^{xx} libr. et inde habet sectam. Kent.

Et Robertus uenit et defendit uim et iniuriam et deteriorationem et totum de uerbo in uerbum et dicit quod nullum auxilium debet ad hoc facere nec unquam fecit quia habet terram suam in manerio illo ex dono antecessorum Dom. Regis qui inde feoffauerunt antecessores suos per seruicium custodiendi falcones suos pro omni seruicio, unde nullum

[1] Probably with the chief justiciar, Hubert de Burgh.
[2] B stops.
[3] B. m. 12.
[4] A blank space; *le Fauconer*, B.
[5] Bonnington and Hurst in Romney Marsh. Haxted's Kent, vol. 3, p. 459, 461.
[6] Corr. *faciendas* (?). B has *ad wallias faciendas et fossata.*
[7] A sewer.
[8] Archbishop of Canterbury.

aliud seruicium facere debet nec auxilium nec aliud seruicium facere wlt sine domino Rege.

Et Prior dicit quod per commune consilium tocius patrie fuerunt exsequia[1] illa facta et talis est consuetudo marisci qui[2] unus homo non potest esse contra communem prouisionem de exsequiis et guteriis faciendis. Et inde ponit se super iuratam et Robertus similiter. |

[29 b.] Et inde fiat iurata et ueniad[3] a die S. Mich. in xv. dies ad recognoscendum si predictus Robertus secundum consuetudinem marisci debet auxilium facere ad exsequias et guterias faciendas ad emendationem terrarum etc.

264. Dorset. [4]Petrus de Russell' dat unam marcam pro licencia concordandi cum Rogero de Vilers de placito terre et idem Rogerus dat unam marcam pro eodem[5]. Et idem Rogerus reddet eidem Petro omnia munimenta que habet de eadem terra, etc.

265. Sumerset. [6]Cristiana que fuit uxor Nicholai Pistoris petit uersus Johannem Pistorem terciam partem unius uirgate terre cum pert. exceptis v. acris in Lidefordia unde predictus Nicholaus uir suus eam dotauit per assensum et uoluntatem Margerie de Lidefordia matris ipsius Nicholai cuius hereditas terra illa fuit et quod ita fuit dotata producit sectam etc.

Nota quod ita poterit uxor alicuius dotari per assensum matris de hereditate matris sicut per assensum patris et eodem modo per assensum alicuius parentis[7].

Et Johannes uenit et dicit quod non debet inde habere dotem quia nunquam fuit inde dotata per assensum et uoluntatem predicte Margerie matris uiri sui et hoc offert defendere sicut curia considerauerit.

Et Cristiana producit sectam quod ita fuit dotata, scilicet Rob' Spark, Rand' de Sulingny, Henr' de Glannuilla, Willelmus fil' Henrici, Walt' Harang', Willelmus *Chunise* qui hoc testantur[8].

266. Glouc. Casus Radulphi de Arundell' simil' isti in Cornub'. [9]Hugo de Marinis petit uersus Willelmum de Mariscis quod reddat ei Willelmum filium et heredem Agnetis que fuit uxor Willelmi de Mariscis cuius custodia ad eum pertinet eo quod predicta Agnes tenuit de eo per seruicium militare.

[1] Sewers. See Ducange, *exseuia*. B has *essequia*.
[2] Corr. *quod*, B.
[3] Corr. *ueniat*.
[4] B. m. 12.
[5] Sic.
[6] B. m. 10.
[7] Br. f. 305.
[8] John produces no suit; therefore judgment for demandant, B.
[9] B. m. 11 d.

Et Willelmus uenit et dicit quod non debet inde custodiam habere, quia idem Willelmus est filius suus et heres suus de predicta Agnete genitus et ipse tenet terram suam per consuetudinem regni, quia puerum habuit de predicta Agnete, cuius hereditas terra illa fuit[1].

Dies datus est eis a die S. Mich. in xv. dies de audiendo iudicio suo etc.

267. [2]Ismania que fuit uxor Philippi de Herseueske optulit se quarto die uersus Johannem de Lillebon' de placito xl. sol. redditus cum pert.[3] Suthomton' quas clamat in dotem uersus eum et unde nominatim dotata fuit ut dicit. Suht.

Et Johannes non uenit etc. Et sum' etc. Et super hoc uenit quidam garcio et uoluit eum essoniare quarto die et cognouit quod prius non uenit nec potuit sanare defaltam. Et Ismania petit inde iudicium etc. Et ideo redditus capiatur in manu Dom. Regis et dies etc. et ipse summoneatur quod sit in oct. S. Mich. etc.

268. [4]Preceptum fuit uicecomiti quod haberet corpus Andree Peuerel coram iusticiariis aput Westmonasterium die dominica proxima post translationem S. Thome Martyris ad respondendum Dom. Regi quo waranto tenet manerium de Naketona cum pertinenciis quod fuit de dominico Dom. Regis. Et ipse non uenit et uicecomes mandauit quod non fuit inuentus et ideo per considerationem curie consideratum est quod manerium capiatur etc, et ipse sumoneatur quod sit in crastino S. Petri ad Vincula coram Dom. Rege ubicumque fuerit. Suff.

Nota quod per defaltam ad breue quo waranto capiatur terra in manum Regis[5].

269. [6]Nigallus de Amundauilla queritur quod cum Egidius de Marck uendidisset ei v^{xx}. et xviij. acras terre cum pert. in Cestr' et fecisset eum capere homagia et fidelitates Hunt.

[1] According to Bracton, f. 89 b, the lord cannot claim wardship of an heir whose father is tenant by the curtesy.

[2] B. m. 18 d.

[3] Supply *in*.

[4] This is the same case as 258.

[5] A *quo waranto* is a mixed action, so there is mesne process against both person and thing. See Br. 369 b, 372.

[6] In the note-book there is no new heading but I believe that we here pass from Trinity term 1227 (A. R. 11) to the Hilary and Easter terms of 1228 (A. R. 12). The roll for Trinity 1227 has not these cases. Bracton cites several of them from the 12th year, and the adjournments point to Hilary and Easter terms, for which terms I can find no roll.

hominum de eadem terra saluo Randulfo de Karuilla termino suo usque ad festum S. Mich. primo preteritum et tribus uirgatis terre quas dedit eidem Randulfo ad quem terminum habuit terram, idem Randulfus impedit quominus seisina sua uti potest, desicut idem Egidius inde cepit homagium suum et fuit in seisina de redditu de termino S. Mich. proximo preteriti, ita quod Willelmus frater Randulfi et alii milites fuerunt in domo quando predictus Egidius fecit ei seisinam suam, et tunc dicebatur[1] quod nichil exigerunt[2] in terra illa nisi terminum ipsius Randulfi, et modo impediuit seisinam suam.

Et Randulfus uenit et defendit uim et iniuriam et dicit quod terra illa est *ius* et tenementum suum et non wlt respondere de tenemento illo sine precepto Dom. Regis, nisi curia considerauerit[3], uerum tamen ob reuerentiam Dom. Regis et iustic' uult ostendere warantum suum, et profert cyrographum factum inter ipsum et predictum Egidium per quod habuit predictam terram usque ad terminum trium annorum. Profert eciam cartam ipsius Egidii que testatur quod idem Egidius dedit ei tres uirgatas terre cum pert. in Cestr'. Profert eciam cartam eiusdem Egidii que testatur quod idem Egidius dedit ei pro homagio et seruitio suo totam terram de Cestreton' sine aliquo retenemento, scilicet capitalem mansionem cum toto dominico et cum omnibus homagiis et omnibus aliis pert. tenendam et habendam, de Dom. Rege per seruicium quod ad terram illam pertinet etc. Profert eciam literas patentes eiusdem Egidii....[4] Alicie uxori sue quod redderet ei cyrographum de conuencione facta inter ipsum Randulfum et predictum Egidium de predicta terra. Et cyrographum et carte et litere patentes omnes sunt sigillate uno et eodem sigillo,
[40.] et dicit | quod per cartas illas est in tenemento suo sicut in libero tenemento suo.

Et Egidius uenit et bene[5] cognoscit cartam de tribus

[1] Or *dicebant*.
[2] Sic.
[3] Randolf's objection seems to be that he is freeholder and can only be attacked in a real action, which this is not.
[4] A word which looks like *ducitis*; perhaps *dicentes*.
[5] *et bene*, repeated.

uirgatis terre et sigill' cyrograph', et dicit quod eo quo[1] debuit fecisse cartam illam de feoffamento, scilicet ad Pentecosten anno elapso ad domum ipsius Randulfi aput [2] dicit quod tunc fuit aput Doueram et inde ponit se super milites qui tunc fuerunt cum eo. Dicit eciam quod nunquam intrauit domum ipsius Randulfi post Pascha anno elapso.

Dicit eciam Nigellus quod carta illa si facta fuit per eundem Egidium ei nocere non deberet quia carta sua prius facta fuit, et ipse prius fuit feoffatus, et dicit quod Randulfus nunquam habuit alium ingressum in terram illam nisi de firma sua et ad terminum.

Et Randulfus dicit quod reuera prius habuit terram illam ad firmam et ad terminum, set postea tantum fecit erga eum quod ei dedit terram illam pro homagio et seruicio, set dicit quod non respond'[3] sine precepto Dom. Regis nisi curia considerauerit.

Et Willelmus Bouel apponit[4]

Postea Randulfus quesitus quando carta sua facta fuit de feoffamento, dicit quod circa Pentecosten anno x°. regni Regis Henrici. Et Nigellus dicit quod sua carta fuit[5] anno xj°. post festum S. Joh., et ambo ponunt se super testes nominatos in carta ipsius Randulfi inferius nominatos[6] et super octo tam milites quam alios liberos homines ad recognoscendum super sacramentum suum si idem Egidius qui terram illam eidem Randulfo dimiserat ad firmam, terram illam ei dedit per cartam suam quam inde habet circa Pentecosten anno x°. uel non. fere casus Cole

Et ueniat iurata a die Pasch. in xv. dies, idem dies datus est partibus.

270. Assisa uenit recognitura si E. Episcopus Londoniensis[7], Abbas de Stratffordia, Galfridus Burel, Robertus Trauers, Henricus Frankelayn, Andreas le Kuper, Andreas Trespas, Reginaldus de la Grenewye, et Willelmus Esputel iniuste Essex.

[1] *eo tempore quo* (?).
[2] A blank space.
[3] Probably *respondebit*.
[4] A line left blank. Probably some outsider puts in a claim.
[5] Supply *facta*.
[6] Their names would be on the roll.
[7] Eustace of Fauconberg.

etc. disseisiuerunt Reginaldum Blundum de tenemento suo de Parua Burstede post ult' etc.[1]

Et Episcopus tantum uenit qui totam terram tenet et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia de quadam parte illius tenementi per iudicium curie sue cepit ipse in manum suam in simplex namium pro defectu seruicii sui, scilicet xxx. acras terre et semper optulit ei illas xxx. acras ita quod ipse satisfaceret ei de seruicio suo et adhuc ei offert.

Et Reginaldus dicit quod aliquando ante aduentum iusticiariorum optulit ei tenementum suum quod clarum fuit[2], set non fuit ausus illud recipere propter breue quod tulit de noua disseisina[3], et dicit quod idem Episcopus cepit redditum suum de eodem tenemento et blada sua asportauit.

De residuo tenementi dicit Episcopus quod assisa non debet inde fieri quia tenementum illud fuit cuiusdam mulieris Emme nomine ut illud quod ei descendit de Willelmo Talebat patre suo, et Episcopus Willelmus predecessor suus[4] eandem terram cum ipsa Emma dedit[5] cuidam Ade Cato tali modo quod si eam desponsasset haberet terram cum ea, sin autem nichil inde haberet et ipse Ada non desponsauit eam, set ipsam simul cum terra tradidit ipsi Reginaldo, unde uidetur ei quod ex quo idem Ada non desponsauit eam quod nullum liberum tenementum inde habere possit. Postea quia non placuit eidem Reginaldo desponsare ipsam Emmam reddidit eam simul cum terra predicto Episcopo[6].

Et Reginaldus uenit et defendit ingressum talem, et dicit quod reuera placitum fuit in curia Dom. Regis inter ipsum et Episcopum Willelmum de eodem tenemento, ita quod arramiauit quandam assisam noue disseisine uersus eundem Episcopum et in curia Dom. Regis, potencia ipsius Episcopi oppressus, uenit et retraxit se de eadem assisa, set postea idem Episcopus penitentia ductus uenit postquam

[1] Since the last return of King John from Ireland.

[2] The tenement had been cleared of its crop.

[3] Reginald had already brought his writ before the offer was made.

[4] William of St Mary's Church, 1198—1221.

[5] *dedit*, supplied by annotator.

[6] Probably Emma was the bishop's ward, and he as guardian in chivalry could sell her marriage.

eandem terram dedit predicto Ade Cato pro homagio et seruicio suo, et in tantum locutus fuit cum predicto Ada, quod idem Adam terram illam reddidit eidem Reginaldo ut ius suum et illam remisit et quietam clamauit pro xxx. marcis quas ei dedit et inde habet cartam ipsius Episcopi et eciam cartam ipsius Ade, unde dicit quod idem Adam nichil habuit cum eadem Emma immo de feoffamento, et inde ponit se super assisam.

Et Ada presens est et hoc totum defendit et dicit quod uendidit ei predictam Emmam cum terra sua pro xxx. marcis et hoc idem Episcopus dicit et dicit quod postquam se retraxit uersus Episcopum Willelmum nunquam seisinam habuit postea nisi per predictum Adam qui illam Emmam ei uendidit cum terra, et inde ponit se super iuratam et Reginaldus similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat a die Pasche in xv. dies ad recognoscendum si dictus Reginaldus aliud ius et alium ingressum habet in predicta terra etc. Idem dies datus est partibus.

Ad diem illum uenerunt xij. iuratores et dicunt super sacramentum suum quod Episcopus Willelmus dedit predictam terram eidem Ade Cato | cum predicta Emma tali [40 b.] modo, si eam desponsaret quod haberet terram illam, sin autem, non, quia eam tradidit ei sicut ius et hereditatem ipsius Emme, et idem Adam eodem modo tradidit eandem terram ipsi Reginaldo cum ipsa Emma pro xxx. marcis, quas ei dedit, ita quod idem Reginaldus nichil inde habet nisi per predictam Emmam. Et de xxx. acris dicunt quod bene sciunt quod Episcopus cepit eas in namium, et multociens eas optulit eidem Reginaldo per sic quod idem Reginaldus faceret ei seruicia debita.

Et ideo consideratum est quod Episcopus eum non disseisiuit iniuste quia tenementum illud est predicte Emme, et ipsa remaneat in seisina sua exceptis predictis xxx. acris terre quas idem Episcopus reddat eidem Reginaldo saluo seruicio suo et Reginaldus in misericordia. Idem[1] iudicium de Reginaldo de Kanc' qui nullum alium habet ingressum nisi per Reginaldum.

[1] This sentence is explained by the passage which follows it.

Eadem assisa uenit recognitura si idem Episcopus et omnes alii preter Abbatem iniuste etc. disseisiuerunt Reginaldum de Kanc' de libero tenemento suo in Parua Burstede post ult' etc.

Et Episcopus uenit et respondit eodem modo quo prius, et dicit quod non habet ingressum in eandem terram nisi per Reginaldum auunculum suum qui non habuit eam nisi cum predicta Emma secundum quod predictum[1]. Fiat iurata sicut prius et ueniat ad predictum diem[2].

271. **Hereford.** Assisa uenit recognitura si Philippus filius Elye frater Margerie fuit seisitus in dominico suo etc. de uno mesuagio et sex acris terre cum pert. in Wylig' die quo iter etc.[3], quod mesuagium Rogerus le Despenser tenet et quam terram Wyganus de Mara tenet. Et Rogerus uenit et uocat inde ad warantum predictum Wyganum qui uenit et warentizat, et alias dicit quod nichil inde clamauit nisi terminum. Post uenit Wyganus et reddit terram, et habeat seisinam suam.

272. **Berck.** Randulfus Comes Cestrie et Lincolnie petit uersus Willelmum Priorem de Pratis[4] v. hidas terre cum pert. in Stiuingtona ut ius suum etc. unde Comes Ranulfus auus suus[5] fuit seisitus in dominico suo etc. ut de feodo et iure tempore H. Regis aui Dom. Regis, capiendo inde expleta ad ualenciam xx. sol. et de predicto Ranulfo descendit ius terre illius Hugoni filio suo et heredi[6], et de predicto Hugone isti Ranulfo ut filio et heredi suo, et unde idem Ranulfus dicit quod tempore quo Hugo pater suus fuit infra etatem et in custodia Regis Henrici cum terris suis unde Ranulfus pater suus fuit seisitus[7] de terra illa sicut de aliis, et quod ita sit, offert Dom. Regi xx. marcas pro habenda inde inquisicione et si hoc non sufficit offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui.

[1] Supply *est*.

[2] The verdict and judgment appear above.

[3] *iter peregrinationis arripuit in quo itinere obiit*; see Br. f. 264.

[4] S. Mary de Pre at Rouen. See Monast. vol. 6, p. 1099. This record will be found again below; MS. f. 58 b.

[5] Ob. 1153.

[6] Ob. 1181.

[7] Supply *fuerunt predicte v. hide alienate desicut idem Ranulfus pater ipsius Hugonis obiit seisitus*. These words carelessly omitted are supplied from MS. f. 58 b.

Et Prior uenit et defendit ius suum nunc et alias etc. et seisinam predicti Ranulfi et predictum ingressum, et dicit quod non debet ei respondere de tempore illo, et profert cartam Regis Henrici patris Imperatricis[1] que testatur quod ipse concessit et confirmauit deo et ecclesie S. Marie de Prato plures terras in Normannia, adiecta est eciam in carta predicta hoc Et ex dono meo manerium in Normannia quod uocatur Bures et Estuington' in Anglia cum omnibus ei pertinentibus et cum omnibus libertatibus suis, Has tenuras et omnes alias tenuras suas quecunque fuerint et de quibuscunque habeant, uolo et firmiter precipio quod ita teneant bene et in pace etc. sicut ecclesia in regno meo potest liberius tenere, et insuper sicut mea propria. Profert eciam literas eiusdem Dom. Henrici Regis patentes in hec uerba, Henricus Rex Anglie, uicecomiti Berck' et ministris suis salutem, Precipio quod monachi S. Marie de Prato teneant manerium suum de Stiuendun' ita bene et in pace et quieta[2] cum socca etc. sicut eis illud dedi in elemosinam et sicut habui illud in manu mea. Profert eciam cartam[3] Regis Henrici aui Dom. Regis que testatur quod concedit eis et confirmat omnia ea que eis data sunt in perpetuam elemosinam, scil. ex dono Regis Henrici aui sui, Stiuingtonam in Anglia. Profert eciam cartam Regis Johannis per quam concedit et confirmat eis plures terras ex dono Regis Henrici aui patris sui, Stiuingtonam in Anglia. Profert eciam cartam Regis Henrici qui nunc est et que testatur quod confirmat eis donacionem et concessionem predicti Regis Henrici aui sui de Stuingtona in Anglia et de pluribus aliis terris etc. Unde idem Prior dicit quod super cartas illas non uult respondere nisi curia considerauerit, et si curia considerauerit quod super hoc debeat respondere, dicet aliud.

Et Comes dicit quod post primam cartam fuit auus[4] inde seisitus ut de feodo et de iure, sicut predictum est et predicto modo fuit terra illa alienata tempore predicti Hugonis secundum quod predictum est et hoc offert etc.

[1] Henry I.
[2] Sic.
[3] Monast. vol. 6. p. 1100.
[4] Supply *suus*.

et petit inde iudicium etc. Et Prior ponit loco suo Randulfum Priorem de Rissepe uel Clarum Priorem de Stiuingtona[1]. Postea prouisum est coram Dom. Rege quod Prior dicat aliud.

Et Prior postea uenit et dicit quod non uidetur ei quod eidem Comiti debeat[2] respondere quia loquitur de seisina antecessorum suorum tempore Regis Henrici aui Dom. Regis, et ipsi[3] fuerunt in seisina de eadem terra per xv. annos ante mortem predicti Regis Henrici scilicet anno et die quo obiit per cartam ipsius H. de feoffamento anno regni sui xxj°. et semper postea fuerunt in seisina de eadem terra per confirmationem omnium Regum sequencium ita
[41.] quod | nunquam fuerunt extra seisinam post primum foeffamentum, et desicut habent cartam predicti Henrici Regis aui qui fuit auus de feoffamento et cartas aliorum Regum subsequencium de confirmatione, nolunt super cartas illas respondere, nisi curia considerauerit, et si curia considerauerit quod debeat respondere super cartas sine Rege dicet aliud, et monstrabit sufficienter quod Comes nichil habet in eadem terra.

Et Comes per attornatum suum uenit et dicit quod ipse loquitur de seisina Rannulfi aui sui qui post feoffamentum illud fuit in seisina de eadem terra, et hoc petit per breue et per os et hoc offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Galfridi nomine et si hoc non sufficit offert Dom. Regi xxx. marcas, et quod obiit seisitus de eadem terra et quod ita fuit seisitus pro habenda inquisicione[4]. Et petit iudicium desicut Prior aliud non wlt respondere.

Et Prior dicit quod ostendit feoffamentum suum et cartam predicti Henrici Regis senis, et cartas aliorum Regum que testantur donum illud, et Comes nichil ostendit quod postea inde feoffatus esset, unde uidetur ei quod satis respondit pro se et Dom. Rege qui ei debet warantizare

[1] Ruislip in Middlesex and Steventon in Berks, were cells of the Abbey of Bec. Monast. vol. 6, p. 1044, 1050.

[2] *debeat*, interlined.

[3] The monks.

[4] Words are dislocated. He offers the king 30 marks *pro habenda inquisicione quod* [*auus suus*] *obiit seisitus.*

si ausus esset illum uocare, et si curia considerauerit quod debeat sine Dom. Rege aliud respondere, aliud respondebit[1].

273. Prior de Okeburnia[3] petit uersus Hugonem de Radecliue quod faciat ei consuetudines[4] recta seruicia que ei facere debet de tenemento quod tenet de eo in Radecliue, unde idem Prior dicit quod debet ei per annum xx. ,sol. et arreragia petit xxv. sol. Leicestr[2]

Et Hugo uenit et bene cognoscit quod tenuit de eo et quod debuit seruicium illud, et dicit quod non tenet tenementum illud quia Johannes de Cuylly et Philippus de Wyndeby tenent tenementum illud, set ipse non potest eos distringere. Et per consilium curie summoneantur quod sint etc. a die Pasche in xv. dies ostensuri quo waranto tenent se in xij. uirgatis terre quas predictus Hugo tenuit de eodem Priore et unde idem Prior queritur quod per uim et impedimentum eorum non potest distringere feodum illud pro seruicio quod ei debetur.

274. Robertus filius Hugonis de *Chounre* summonitus fuit ad respondendum Randulfo Priori de Okeburnia[5] et Ricardo de Turri quo iure exigit communam in terris suis in Bledelawe desicut idem Prior et Robertus non habent communam in terra ipsius Roberti nec idem Robertus eis facit seruicium etc. Et Ricardus non uenit ideo ipse et plegii sui de prosequendo in misericordia, scil. Wymundus de Swynecumba et Randulfus de Swynecumba. Et Robertus uenit ideo respondeat Priori. Oxon. Placitum Quo Jure.

Et Robertus uenit et dicit quod iuste exigit communam in terra ipsorum Prioris et Ricardi, quia idem Prior et Ricardus plures habent liberos homines qui omnes communam habent in terra sua et semper a conquestu Anglie usque nunc et adhuc habent. Nota quod sufficit si homines querentis communicent quod erit ac si dominus communicaret[6].

Et Prior non potuit hoc dedicere set dicit quod ipse habet magnam partem de bono boscho et Robertus des-

[1] As to vouching the king, see Br. f. 382 b.
[2] Perhaps this is *Lancaster*.
[3] In Wiltshire. Monast. vol. 6. p. 1016.
[4] Supply *et*.
[5] A cell of Bec. Monast. 6. 1016.
[6] This is implied in Bracton's account of the *Quo Jure*, f. 230.

truxit et prostrauit boscum[1] ubi idem Prior non potest habere pannagium suum sicut habere solet.

Et Robertus uenit et dicit quod habet bonum boscum et maiorem pasturam quam ipse Prior habet de centum acris. Et ideo consideratum est quod Robertus eat inde quietus et Prior in misericordia, et quilibet eorum communicet cum alio sicut prius solent.

275. Essex. Randulphus de Gingos petit uersus Warinum de Monte Kaneso quod aquietet eum de seruicio quod E. Londoniensis Episcopus[2] exigit a predicto Randulpho de tenemento quod idem Randulphus tenet de predicto Warino in Hormodona, unde idem Warinus qui medius est eum aquietare debet ut dicit, et unde queritur quod pro defectu eius destringitur ad faciendam sectam in curia domini Episcopi desicut idem Warinus eum debet adquietare.

Et Warinus uenit et defendit uim etc. et dicit quod pro defectu eius non destringitur, nec ipse facit sectam pro eo, quia nec ipse nec antecessores sui unquam fecerunt sectam in curia Episcopi, immo idem Randulphus et antecessores sui semper fecerunt forinsecum seruicium pro tenemento illo ipsi Episcopo pro eo et antecessoribus suis, et preterea *warde*[3] castri de Stortfordia ij. sol., et ideo non debet facere sectam pro eo.

Et Randulphus uenit et dicit quod antecessores sui nunquam fecerunt sectam in curia Episcopi, nec unquam dederunt predictos duos solidos *wardam* castri de Stortfordia quousque idem Randulphus fuit infra etatem et in custodia ipsius Warini qui de quodam libero homine ipsius Randulphi fecit attornatum suum ad reddendum predictos duos solidos, et preterea[4] idem Randulphus et antecessores sui[5] fecerunt sectam in curia Episcopi, ponit se super patriam.

Et Warinus uenit et dicit quod Reginaldus antecessor ipsius Randulphi omnibus diebus uite sue fecit sectam in curia Episcopi per assignationem Michaelis de Stortfordia

[1] I, the Prior, have wood in which you common, while you, Robert, have destroyed your wood.

[2] Eustace of Fauconberg.

[3] Here and below the word is more like *waid-e-am*.

[4] Supply *quod*.

[5] Supply *non* (?).

senescalli Cecilie proaue sue[1] et postea Rogerus pater ipsius Randulphi toto tempore suo similiter per assignationem eiusdem senescalli fecit eandem sectam et inde ponit se super patriam et Randulphus similiter. Et ideo fiat iurata et ueniat | a die Pasche in xv. dies ad recognoscendum, si Reginaldus auunculus Rogeri patris ipsius Radulphi fecit predictam sectam ad predictam curiam et reddidit predictos duos solidos, et si idem Rogerus pater ipsius Radulphi toto tempore suo similiter fecit eandem sectam et idem seruicium per assignationem Michaelis de Stifordia senescalli Cecilie proauie eiusdem Warini et si idem Reginaldus et Rogerus debuerunt seruicium illud et sectam illam de iure, quia tam Warinus quam Radulphus posuerunt se in iuratam illam. [41 b.]

Et sciendum est quod Episcopus uenit coram iusticiariis et cognouit quod destringit predictam terram pro secta quam Warinus ei debet sicut de tenemento quod de eo tenet. Et Warinus ponit loco suo Nicholaum de Berk'.

276. Priorissa de Etona optulit se iiij^to^ die uersus Magistrum [Alanum][2] officialem domini Wyntoniensis Episcopi de placito quare non admisit iodoneam[3] personam ad presentationem Priorisse ad capellam de Clenefeud' de cuius aduocatione contentio fuit inter ipsam et Bartholomeum Archidiaconum Wyntoniensem et quam postea disrationauit coram iusticiariis ad hoc assignatis. Et Magister Alanus non uenit etc. et mandatum fuit uicecomiti quod attachiaret [eum], et uicecomes mandauit quod non habet laicum feodum per quod distringi possit in balliua sua. Et ideo dies datus est eidem Priorisse a die Pasche in xv. dies, et mandatum est [Magistro Alano sicut] officiali quod admittat clericum suum, alioquin dominus Rex capiat se ad episcopum cuius uices gerit[4]. Et [Priorissa] ponit loco suo fratrem Robertum de Lectona, uel fratrem Willelmum de Etona. Suhampt.

277. Cum contentio esset inter Dom. Regem et Dom. S. Kent.

[1] *proauie sue*, Warin's ancestress.
[2] The words within [] are interpolated by the annotator.
[3] Corr. *idoneam*.
[4] See Br. f. 442 b; mesne process against a clerk who has no lay fee.

Cantuariensem Archiepiscopum[1] super quibusdam libertatibus, uidelicet de iudicio et iusticia faciendis de hominibus feodi ipsius Archiepiscopi rectatis et indictatis de pace Dom. Regis infracta, et de attachiamentis faciendis et[2] de eisdem hominibus, et de custodia et incarceratione eorundem hominum et de catallis fugitiuorum et de seisinis faciendis de terris recuperatis in curia Dom. Regis, et de bobus habendis, ut omnes malicie et contentiones amouerentur et plena pax inter eos firmaretur, Dom. Rex ad instanciam et peticionem magnatum suorum et pro salute anime sue et animarum antecessorum suorum et successorum suorum concessit, quod cum aliquis de feodo ipsius Archiepiscopi rectatus fuerit uel indictatus de aliquo quod ad coronam Dom. Regis pertineat, loquela illa in curia Dom. Regis per inquisiciones et alio modo plene deducetur usque ad iudicium, et tunc ad requisicionem balliuorum ipsius Archiepiscopi, mittetur loquela in curiam eiusdem Archiepiscopi, ut ibi presentibus duobus iusticiariis Dom. Regis, uel tribus, iudicium et iusticia ibi fiant siue homo ille deliberandus siue dampnandus. Habeat eciam Archiepiscopus custodiam et incarcerationem talium hominum. Concessit etiam quod habeat catalla hominum fugitiuorum de feodo suo et quod per balliuos ipsius Archiepiscopi fiant seisine de terris que sunt de feodo suo recuperatis in curia Dom. Regis, siue per assisam, siue alio modo. Et Archiepiscopus habeat boues[3] occasione earundem seisinarum habendos. Attachiamenta eciam facienda de hominibus feodi Archiepiscopi fiant a balliuis ipsius Archiepiscopi per uisum seruientis Dom. Regis, etc.

De libertate Archiepiscopi Cantuariensis ei per dominum H. Regem concessa.

278. Linc. Phillippus Gery peciit coram M. de Patesholl' et sociis suis iusticiariis ultimo itinerantibus aput Lincolniam[4] uersus Magistrum Ricardum le Grant Cancellarium Lincolnie[5] ij.

[1] Stephen Langton. He died 6 July 1228. For more about this dispute see *Annals of Dunstaple*, a. d. 1228. Langton offered the king 3000 marks for this concession.

[2] Om. *et*.

[3] See Br. f. 187. A convicted disseisor has to pay an ox or five shillings. Generally this goes to the sheriff.

[4] The eyre of 1226. See the writ of summons in Rot. Cl. vol. 2. p. 151.

[5] Who succeeded Langton as Abp. of Canterbury.

bouatas terre et duo mesuagia cum pert. in Lincolnia. ut ius suum, et ut illa unde Philippus des Apostoles antecessor suus fuit seisitus ut de feodo et de iure et in dominico die quo obiit.

Et idem Magister uenit coram iusticiariis et defendit ius suum et seisinam predicti Philippi et posuit se in iuratam secundum consuetudinem ciuitatis ad recognoscendum utrum predictus Philippus des Apostoles fuit seisitus de predicta terra et mesuagio ut de feodo etc. die quo obiit uel non, secundum quod predictum est. Set quia placitum illud fuit in recessu predictorum iusticiariorum, et idem iusticiarii non potuerunt iuratam illam propter libertatem ciuitatis alibi extra ciuitatem capere[1], idem iusticiarii preceperunt Radulpho filio Reginaldi tunc uicecomiti Lincolnie ut coram eo et coram maiore et balliuis et probis hominibus Lincolnie, caperet iuratam illam, presentibus ipsis Philippo Gery et Magistro Ricardo.

Nota de iure Decani Linc' ecclesie, uersus Philippum Gery.

Et uicecomes uenit et recordatur quod iuratam illam eligere fecit *pluries*, ita quod amouit omnes iuratores quos idem Philippus amouere uoluit uel potuit, uel quos aliquo modo essoniare potuit, et eciam qui tenebant de tenementis[2] ipsius Cancellarii et *dedit*[3] partibus diem de iurata capienda et interim terre uisum fieri fecit, et post uisum ad diem eis datum uenerunt iuratores et similiter predicti Philippus et Magister Ricardus, et cum primus iuratorum deberet iurare secundum quod partes consenserant, et idem iurator manum suam super librum teneret, idem Philippus dixit quod iuratam illam non admitteret, set statim recessit et uocatus semel secundo et tercio et pluries ut rediret et audiret iuratam in quam coram iusticiariis consensit, et noluit redire, nec postea coram iud'[4] uoluit comparere, unde iurata illa remansit capienda, eo quod idem Philippus tali modo recessit sine licencia. Et ideo idem Philippus summoneatur quod sit coram eodem Martino de Pateshill' auditurus iudicium suum inde.

Lincoln'.

[1] See the Lincoln charters, Rot. Cart. p. 5, 56.

[2] *de ten'*, interlined by annotator.

[3] The annotator has in this plea made several corrections which are not very legible.

[4] *iud'* interlined by annotator; *iudicibus* (?).

Ad diem suum non uenit Philippus, et maior et balliui ciuitatis dicunt quod summonitus fuit et noluit uenire.
[42.] Et quia consensit | in predictam iuratam et loquela deducta fuit ad iudicium, Consideratum est quod idem Ricardus et successores sui teneant in pace quiete de ipso Philippo et heredibus suis inperpetuum et Philippus in misericordia.

279. Idonea que fuit uxor Nicholai Burdet petit uersus Willelmum Burdet j. carucatam terre cum pert. in Alingtona ut dotem suam et unde fuit nominatim dotata et inde producit sectam.

Linc.

Et Willelmus uenit et dicit quod non debet ei dotem facere quia ipsa deforciat ei filium et heredem ipsius Nicholai quondam uiri sui.

Exceptio contra mulierem petentem dotem quod audiri non debuit quia detinuit heredem cuius custodia et maritagium pertinent ad ipsum.

Et predicta Idonea dicit quod non habet heredem illum nec illum ei deforciat, quia comes Johannes illum habet occasione custodie terre quam idem Nicholaus tenuit de eo in capite, ita quod Henricus Tuschet habet custodiam terre illius que est de feodo comitis per ipsum comitem qui presens est et hoc cognoscit.

Post uenit Willelmus et concedit ei terciam partem illius terre. Et Idona dicit quod non tenet se inde contentam, quia nominatim dotata fuit de tota terra illa et inde producit sectam, scilicet Willelmum de Westmund' Radulphum Cosyn, Thomam de Bussex, Robertum de Pattona, Johannem de Perpund, Johannem Gernun, Johannem de L*iu*lingtona, qui hoc idem testantur.

Et Willelmus uenit et dicit quod non fuit ita dotata et inde ponit se super patriam et dicit quod non potuit inde dotari quia ita amitteret ipse wardam suam[1] et petit iudicium et Idonea similiter. Et quia ipsa producit sectam quod ita fuit nominatim dotata, et Willelmus nullam sectam habet quod alio modo dotata esset, Consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam nomine dotis, et Willelmus in misericordia. per plegium Henrici de Lilleburnia. perdon'.

Jur'[2] si nominatim dotata de tota uel de parte.

280. Ricardus de Hof petit uersus Johannem de Reingny

Comb.

[1] Bracton citing this case, f. 92 b, says that the lord in such a case suffers *damnum* but not *iniuriam*. He cites from Easter in the twelfth year.

[2] But the case is *not* sent to a jury.

Cumb.' Muleton'[1].

manerium de Neutona cum pert. ut ius suum et unde Robertus de Reingny auus suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo tempore Henrici Regis qui fuit auus aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. et de ipso Roberto descendit ius terre illius Johanni filio suo ut filio et heredi suo, et de ipso Johanne isti Ricardo ut filio et heredi suo et hoc offert probare.

De anno et die quia non fuerunt nominati coram M. de Pateshull' amisit petens imperpetuum[2].

Et Johannes uenit et defendit ius suum nunc et alias etc. et seisinam ipsius Roberti et petit iudicium si debeat ei respondere, et desicut non nominat annum et diem quo idem Rex H. auus aui fuit uiuus et mortuus.

Et Ricardus uenit et dicit quod loquitur de seisina aui sui, et de tempore H. Regis qui fuit auus aui et de tempore pacis et petit iudicium. Et quia non[3] potest clamare aliquam terram de tempore Regis Henrici qui fuit auus aui ante annum et diem quo uius fuit et mortuus, Consideratum est quod idem Johannes eat inde quietus de ipso Ricardo et heredibus suis imperpetuum et Ricardus in misericordia.

281. Warr.

Willelmus de Bissopestuna Willelmus de Ludingtona, et Galfridus de Cherlescote milites quos Dom. Rex constituit iusticiarios ad assisam noue disseisine capiendam quam Thomas filius Ade arramiauit uersus Radulfum Priorem de *Stiffleppe*[4] et plures alios de tenemento in Aldrestuna[5] ad faciendum recordum illius assise coram iusticiariis aput Westmonasterium et ad certificandum eisdem iusticiariis quatenus in assisa eadem processum est et idem Thomas summonitus fuit ad audiendum illud recordum. Et ipsi Willelmus et Galfridus ueniunt et recordantur, quod assisa uenit recognitura coram eis si predictus Prior et Thomas filius Pagani, et Gilebertus filius Henrici, Osmarus le Bracur iniuste et sine iudicio et post ultimum etc. disseisiuerunt

[1] Thomas Muleton was one of the judges sent in the eyre of 1226 to some of the northern counties, but seemingly not to Cumberland. Rot. Cl. vol. 2 p. 151.

[2] It will not do to say that one's ancestor was seised in the time of Henry I.; one must say that he was seised when Henry died. This rule serves as a statute of limitation. Soon after this the period was shortened by the Statute of Merton. See Br. f. 373.

[3] *non*, interlined by annotator.

[4] This I expect should be *Rissleppe*, Ruislip, Middx, where there was a cell of the Abbey of Bec.

[5] Supply *summoniti fuerunt* or similar words.

Nota de exceptione opposita quod querens uillanus fuit quia fecit seruicia et consuetudines uillanas set certas et bene sciuit quid et quantum. Responsio quod licet faceret uillanas consuetudines, liber fuit quantum ad corpus. Et certas fecit consuetudines et seruicia, quod uillanus facere non potest qui tenet willenag'[1].

predictum Thomam filium Ade de libero tenemento suo in Aldredestuna. Et Prior uenit coram eis et requisitus si quid dicere uellet contra assisam, dicebat quod assisa non debuit inde fieri, quia idem tenementum fuit uillenagium suum, et idem Thomas uillanus suus et debuit uillanas consuetudines sicut omnes alii predicti manerii, sicut arruras et messuras, et filiam suam maritare non potuit sicut homo liber.

Et Thomas cognouit quod debuit quasdam consuetudines ad cibum ipsius Prioris et quod debuit ei unum redditum et certum finem pro filia sua et dixit quod fuit liber homo et libere tenuit de *ipso* Priore et inde posuit se super iuratam. Et super hoc capta fuit iurata et iuratores dicebant quod ipsi disseisiuerunt eum de libero tenemento suo et post terminum et dampnum taxatum fuit et estimatum ad duas marcas.

Et Prior dicit quod in parte bene recordantur set in parte parum dicunt quia iuratores dixerunt quod debuit dare xij. den. pro filia sua maritanda, et debuit plures alias consuetudines et petierunt[2] respectum ut assensum habere possent a domino Roberto de Lexintona utrum hoc esset liberum tenementum ex quo sciunt quid debuit facere *et quid* non et nullum respectum habere potuerunt.

Et iusticiarii hoc totum defendunt, et dicunt quod iuratores nichil dixerunt de illis ij.[3] den. Et ideo consideratum
[12 b.] est quod iusticiarii | iustum fecerunt iudicium et ideo inde quieti et Prior in misericordia et perquirat se uersus Thomam si uoluerit.

282. Assisa uenit recognitura si Johannes de *Certesey* pater
Surr. Henrici qui infra etatem est fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de una caruc. terre cum pert. in Cretesey die etc. quam terram Abbas de Certesy tenet qui uenit per attornatum suum uenit[4] et dicit quod assisa non debet inde fieri quia

[1] The last clause of this note seems to have been written at a later time than the rest. Br. f. 200, cites the case as from Easter a. r. 12. *de Wilhelmo de Bissopest.*

[2] The Prior says that the jurors, or perhaps the defendants, of whom he was one, desired that the case might be respited in order that the opinion of Robert Lexington, one of the regular judges, might be taken as to whether this was freehold, the services being fixed. Lexington visited Warwickshire in the eyre of 1226.

[3] Corr. *xij.* (?)

[4] Om. *uenit.*

bene concedit quod pater suus obiit seisitus de terra illa ut de feodo et iure set dicit quod secundum consuetudinem terre illius et feodi illius[1] debet habere custodiam terre illius et heredis et predecessores sui habuerunt custodiam antecessorum ipsius Henrici, quia Abbas Adam habuit custodiam Johannis patris ipsius Henrici et dimisit eam Ricardo Rakelf' cum maritagio, ita quod tunc uenit Johannes de Stanes auunculus ipsius Johannis et emit custodiam illam ab eodem Ricardo cum maritagio, et quod Abbas ita habuit custodiam illam, et eam dimisit predicto Ricardo, ponit se super iuratam.

Et Henricus qui infra etatem est uenit et hoc totum defendit, et dicit quod predictus Johannes auunculus patris sui nunquam habuit custodiam illam per Abbatem nec predictum[2], set habuit illam sicut proximus heres ex parte matris sue secundum consuetudinem socagii, ita quod cepit de Michaele de Estrifordia tantum pro maritagio ad opus filie sue, et inde ponit se super iuratam et attornatus Abbatis similiter. Et ideo fiat iurata ad recognoscendum si predictus Adam Abbas custodiam illam habuit sicut predictum est, et eam dimisit Ricardo, et si predictus Johannes alium ingressum habuit in custodiam illam quam per predictum Ricardum cui Abbas custodiam illam dimisit, uel non, uel si predictus Johannes habuit custodiam illam ea ratione quod fuit auunculus suus ex parte matris sue sicut consuetudo est in socagio, et uenit[3] die dominica ante Asscensionem Domini. Et uicecomes habeat corpora.

283. Willelmus de Clintona petit uersus Adam de Mara duas caruc. terre cum pert. in Ortona ut ius suum etc. Oxon.

Et Adam uenit et defendit ius suum nunc et alias etc. et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia tenet terram illam de Dom. Rege in capite per serianteriam falconerie et facit seruicium Dom. Regi, et fecit illud Johanni Regi et Regi Ricardo et fuit inde homo ipsorum, et desicut

[1] Bracton, f. 85 b, says that in the bishopric of Winchester, *de consuetudine et per abusum* the lord has wardship of tenant in socage. It seems here admitted that such a custom may be good.

[2] Supply *Ricardum*.

[3] Corr. *ueniat*.

predictus Willelmus clamat terram illam tenere de Johanne de Maupertesale, petit iudicium si debeat inde respondere.

Et Willelmus cognoscit quod Adam tenet de Dom. Rege in capite per ballium Regis Ricardi. Et ideo consideratum est quod non respondeat sine speciali mandato Dom. Regis etc., et ideo sine die etc., et Willelmus perquirat se uersus Regem si uoluerit.

284. Essex. Beatricia que fuit uxor Ricardi Corbicu' per attornatum suum petiit uersus Adam filiam Henrici de Sancta Elena terciam partem[1] lx. et x. acr' terre et xx. acr' prati cum pert. et iiij. sol. redditus et unum mesuagium integrum cum pert. in Lutona ut dotem suam, et Adam uocat inde warantum Thomam de Ardern' qui uenit et ei warantizat et inde uocat ad warantum Abbatem de Straffordia qui uenit per attornatum suum et exigit quod ostendat ei per quod debeat warantizare. Et Thomas profert cartam ipsius Abbatis que testatur quod concessit Radulpho[2] et heredibus suis plures terras et continetur in carta quod tenetur warantizare eidem Radulpho et heredibus suis predictas terras et homagia que ei concesserat erga Ricardum Corbicum et heredes suos.

Et Abbas dicit quod non debet warantizare eidem Thome terram illam contra ipsam Beatriciam, desicut ipsa non est Ricardus nec heres suus et petit inde iudicium.

Et Thomas dicit quod ipse Abbas feoffatus fuit ab antecessoribus ipsorum heredum, et idem Abbas feoffauit Radulphum patrem ipsius Thome per predictam cartam et petit inde iudicium.

Et quia continetur in carta ipsius Abbatis quod tenetur warantizare contra Ricardum et heredes suos et ipsa Beatricia non est heres Ricardi,[3] consideratum est quod non tenetur warantizare, et ideo habeat Beatricia seisinam suam et Thomas faciat escambium predicto Ade ad walenciam predicte tercie partis predicte terre et predicti mesuagii integri, et Thomas in misericordia et Adam teneat escambium tota uita ipsius Beatricie et post decessum suum Adam habeat seisinam

[1] *terciam partem*, repeated.

[2] Ralph father of Thomas, as appears below.

[3] The widow claiming dower is not *heres*. As to these limited warranties see Br. f. 37 b.

suam de predicta tercia parte, et Thomas rehabeat escambium etc.

285. Assisa xxiiij. ad conuincendum xij. uenit recognitura utrum due uirgate terre cum pert. in Wycumba sint laycum feodum Hugonis Fabri de Wycumba Roberti Tye Willelmi de Marsa uel libera elemosina pertinens ad capellam Dom. Regis de Wallingfordia, unde ipsi Hugo Willelmus et Robertus queruntur quod xij. iuratores assise que inde summonita fuit et capta aput Eyllesbyry coram iusticiariis ibidem itinerantibus falsum fecerunt sacramentum. Et super hoc uenit dictus Radulfus[1] per Johannem Planez attornatum suum, et reddidit et concessit predictis Hugoni, Willelmo, et Roberto totam terram illam cum pertinenciis tenendam sicut prius tenuerunt antequam fieret inde iurata | per xij. iuratores. Et preterea xij. iuratores scil. Robertus le Glorius, Radulphus de Wydingdona, Rogerus de Bockemere, Robertus Cayllard, Reginaldus Chessebech', Osbertus de Kocham, Geruasius de Huchendena, Robertus filius Simonis et Willelmus Blundus[2] ueniunt et dicunt quod coacti fuerunt per iusticiarios itinerantes dicere quod terra illa fuit libera elemosina ipsius capelle, et ita quod ille qui narrauit pro eis coram iusticiariis captus fuit et inprisonatus et bene sciunt quod male iurauerunt et ponunt se inde in misericordiam. Et xxiiij. milites sine sacramento illud idem dicunt. Dicunt eciam xxiiij. quod predictus Hugo qui amisit per iuratam illam j. uirgat. terre habuit dampnum in mesuagio et blado ad ualencium v. marc. et Robertus eodem in grauis et aliis ad ualenciam xl. sol. de una uirgat. terre et Willelmus de Marisco de dim. uirgat. terre de domibus asportatis et blado ad ualenciam xl. sol[3]. Buck. [43.]

286. [4]Jurata uenit recognitura de consensu partium per Robertum de Stoke, Willelmum de Suwyc, Alexandrum Forestarium testes nominatos in carta Egidii de Mercke, et per Willelmum de Gyneges, Henricum de Longeuilla, Johannem de Foke- Huntingd.

[1] Perhaps Ralph is the parson or chaplain of Wallingford.

[2] Only nine names.

[3] Bracton, f. 288 cites as from Hil. a. r. 12 what seems to be this case, to prove that an attaint will lie after an assize *utrum*.

[4] For the beginning of this case see above No. 269. It is cited Br. f. 398 as of Easter a. r. 12.

worth', Wydonem de Wateruilla, Johannem le Cyr, Laurencium de By [1] Reginaldum filium Acelini de Ouertona Theobaldum de Lecke et Walterum de Niwetona, ad recognoscendum, si Egidius del Merck postquam dimisit Radulpho de Kareuilla ad firmam v^{xx} et xvij. acras terre cum pert. in Cestretona uendidit eandem terram eidem Radulpho et cartam quam Radulphus inde habet ei fecit circa festum Pentecosten anno regni Regis Henrici x^{o}., uel non, unde predictus Egidius del Merck dicit quod nunquam ei cartam illam fecit de feoffamento, immo illam dedit Nigello de Amundeuilla.

Iuratores dicunt scil. primo tres testes quod bene recolunt quod predictus Radulphus aliquando uenit ad eos et eos rogauit quod essent testes in carta illa set cartam nunquam uiderunt nec audiuerunt nec interfuerunt ubi facta fuit nec ubi ei seisinam fecit. Et omnes iuratores alii dicunt, quod carta illa non fuit facta ad terminum predictum nec audita in hundredo uel comitatu, set si facta fuit facta fuit post festum S. Mich. proximo preteritum postquam idem Egidius terram illam dedit predicto Nigello, set bene sciunt quod de tribus uirgat. terre fecit ei cartam de feoffamento per multum tempus ante. Et ideo consideratum est quod Nigellus recuperauit seisinam suam et Radulphus in misericordia et custodiatur et dampnatur carta saluis tamen eidem Radulpho tribus uirgat. terre predictis, quas prius habuit. Et Baldewynus de Ver unus ex testibus in misericordia pro defalta.

287. Berk. [[2]Robertus Archidiaconus uenit et defendit uim et iuiuriam et dampnum xx. marcarum et totum de uerbo in uerbum et quod nunquam deseisiuit eum, et dicit quod idem Radulphus.]

Berk. Robertus Archidiaconus attachiatus fuit ad respondendum Radulpho de *Ledecunb'* capellano quare cum idem Radulphus post mortem Jocelini fratris sui cuius heres ipse est se tenet in domibus et *terra* que fuerunt ipsius Joscelini, predictus Robertus in domibus illum obsedit et postea domos illas prostrauit et asportauit contra pacem et coronam Dom. Regis,

[1] A blank; the name unfinished.
[2] The copyist makes a false start. The words within [ ] should be disregarded.

unde idem Radulphus querit[1] quod cum Elya pater suus teneret duas hidas terre et dim. in Westcote de qua terra obiit seisitus, Reginaldus filius suus primogenitus fuit inde seisitus, et obiit inde seisitus et post eum predictus Joscelinus et obiit inde seisitus ut frater et heres ipsius Reginaldi, et defuncto ipso Joscelino, iste Radulphus fuit inde seisitus ut frater et heres ipsius Joscelini per xiij. dies, et idem Robertus uenit cum ui sua et cum uiris armatis et eum obsedit per v. dies, et ita quod nullus potuit ad eum accedere et arbores in circuitu domus abcidi et prosterni fecit et inde se non tenuit contentum, set domum in qua Radulphus fuit prosterni fecit, ita quod nisi cicius exiuisset, oppressus esset in eadem domo, unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xx. marcarum et inde producit sectam sufficientem[2].

Et Robertus uenit et defendit uim et iniuriam et dampnum xx. marc., et totum de uerbo in uerbum et quod nunquam deseisiuit eum, et dicit quod idem Radulphus nunquam seisinam inde habuit neque per unum diem neque per j. horam, set uerum uult dicere, Willelmus Archidiaconus[3] auus suus illam terram dedit Elye patri ipsius Radulphi qui per donum illud terram illam tenuit per aliquod tempus, postea quare dilexit Goscescelinum filium suum, et idem Goscelinus fuit bastardus, per concessionem illius Willelmi Archidiaconi dedit Elyas pater ipsius Radulphi Joscelino predicto terram illam tenendam ad uitam suam et post uitam suam reuerti debuit ad Willelmum Archidiaconum et heredes suos nisi idem Goscelinus heredem haberet de corpore suo, et quia non habuit heredem de corpore suo, idem Robertus posuit se in terram illam per predictam conuencionem, nec idem Radulphus aliquid clamat ut heredes[4] Goscelini quia ipse Radulphus bastardus est. Et requisitus si aliquam cartam habeat de predicta conuencione, dicit quod non nisi uiuam uocem.

[1] Corr. *queritur.*

[2] A rare example of trespass *quare clausum fregit.* Seemingly the disturbance amounted to a disseisin and an assize would have lain. But *disseisina sub se continet transgressionem*, Br. f. 167. A doctrine to become fruitful hereafter.

[3] *Archidiaconus* has become a surname, *Lercedekne.*

[4] Corr. *heres.*

Et Radulphus dicit quod legitimus est et petit quod habeat seisinam suam qualem ipse Joscelinus habuit die quo obiit et qualem ipse habuit post mortem Goscelinus[1], et petit iudicium et dicit quod de dim. hida terre fuit Elyas pater ipsorum seisitus ut de antiquo feoffamento quod ei de antecessoribus suis[2], et predictas duas hidas terre adquisiuit ipse in uita sua, et unam hidam inde dedit Clementi filio suo et aliam predicto Joscelino et de dimidia hida obiit ipse seisitus que postea descendit Reginaldo filio suo qui inde obiit seisitus sine herede de se, et de eodem Reginaldo descendit ipsa [43 b.] dimidia hida | Joscelini[3] fratri suo, et similiter illa hida quem Clemens tenuit qui obiit sine herede de se.

Et quia Robertus cognoscit quod Joscelinus obiit seisitus de predicta terra et nichil ostendit de aliqua conuencione facta inter ipsum Joscelinum et Willelmum Archidiaconum patrem suum, et preterea cum idem Robertus sit dominus feodi et ad eum non pertinet inponere bastardiam tenenti suo cum non sit heres eiusdem tenentis, Consideratum est quod Radulphus habeat talem[5] qualem Joscelinus habuit et Robertus in misericordia.

Nota quod non pertinet ad Dominum Capitalem opponere bastardiam cum non sit heres[4].

DE TERMINO SANCTI MICHAELIS ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS XIJ°. INCIPIENTE XIIJ°[6].

288. Cantebr. [7]Isabella que fuit uxor Stephani de Ebroycis petit uersus Ricardum de la Bere quod reddat ei custodiam terre que fuit ipsius Stephani in Trumpingtona que ad eam pertinet eo quod predictus Stephanus tenuit predictam terram in socagium, et predicta Isabella propinquior est heredi ipsius Stephani etc. ex parte patris[8].

[1] Corr. *Goscelini.*

[2] Supply *descendit,* or the like.

[3] Corr. *Joscelino.*

[4] This seems clearly the case *de Roberto Hachard* cited from Easter a. r. 12 by Bracton, f. 418. *Non pertinebit ad dominum capitalem bastardiam objicere.*

[5] Supply *seisinam.*

[6] For this term B=Coram Rege Roll No. 29; C=No. 35.

[7] B. m. 5; C. m. 4 d.

[8] *ex parte patris,* added by annotator; not in B nor in C. Probably *patris* should be *matris.*

Et Ricardus uenit et dicit quod non[1] potest custodiam terre illius eidem reddere quia ipse non habet custodiam terre illius, quia Dom. Comes Marescallus de quo idem Ricardus tenuit feodum illud habet custodiam illam, et bene cognoscit cartam suam quam fecit eidem Stephano de eadem terra que talis est quod idem Ricardus concessit eidem Stephano terram illam pro homagio et seruicio suo, reddendo inde per annum ij. marc., et idem Ricardus et heredes sui warentizabant etc. et de forinsecis seruiciis aquietabunt que ad eandem pertinent, unde dicit quod terra illa debet seruicium militare scilicet quartam partem feodi j. militis ita quod liberi homines qui tenent de eodem feodo semper fecerunt seruicium forinsecum pro eodem Stephano ita quod dederunt ad scutagium[2] de Muntgumeri ad scutagium dim. marc.

Et Isabella dicit quod terra illa est socagium et debet reddere per annum j. marc. pro omni seruicio, et[3] ipse cognoscit cartam et in carta continetur quod idem Ricardus debet aquietare terram illam de forinseco seruicio petit iudicium si custodia ipsa pertineat ad predictum Ricardum. Post cognouit attornatus Isabelle quod Stephanus uir suus semper recepit forinsecum seruicium de liberis hominibus suis et inde fecit ei predictum redditum j. marc. Et quia cognoscit quod liberi homines faciunt ad hunc[4] seruicium forinsecum, et preterea continetur in carta quod terra debet forinsecum, Consideratum est quod terra illa non est soccagium, unde predicta Isabella ullam custodiam clamare poterit, et ideo Ricardus inde quietus et Isabella in misericordia[5].

289. [6] Philippus de Nortona qui se essoniauit de malo lecti uersus Episcopum Lincolniensem de placito terre mandauit per Johannem fratrem uicecomitis quod nondum uisus est, et petit licenciam surgendi et habet. Et Johannes manu- Linc.

[1] *non*, interl. by annotator; it is in B and C.

[2] *socagium* altered into *scutagium* by annotator. Scutage for the Welsh war of 1223. Two marks on the knight's fee. Stubbs, Const. Hist. vol. 2, p. 36.

[3] Supply *desicut*, B, C. This is part of Isabella's reply.

[4] Corr. *adhuc*, B, C.

[5] For the distinction between forinsic and intrinsic services, see Br. f. 36. Compare with this Case 236.

[6] B. m. 5 d; C. m. 4 d.

cepit quod ueniet a die S. Hyll. in xv. dies. Idem dies datus est Episcopo in banco qui cognouit quod nondum uisus est.

290. Deuon. [1] Rogerus de Hele et Emma uxor eius per eundem Rogerum attornatum ipsius Emme petit uersus Johannem de Dunessland' j. uirg. terre cum pert. in Smitham et in Feida [2] ut ius et maritagium ipsius Emme et in quam non habet ingressum nisi per Mauricium de Londonia primum uirum ipsius Emme cui ipsa in uita sua contradicere non potuit etc. [3]

Et Johannes uenit et uocauit ad warantum Robertum de Londonia filium predicti Mauricii per cartam ipsius Mauricii quam profert et que testatur quod predictus Mauricius dedit predicto Johanni totam predictam terram suam in Fordham et in Smitham cum omnibus pert. suis etc. habendam et tenendam sibi et heredibus de predicto Mauricio et heredibus suis, reddendo inde per annum xvj. sol. etc. et si terram illam warantizare non posset daret ei escambium in comitatu Deuonie etc.

Et Robertus uenit et cognoscit quod [4] cartam et donum et war' set quod nichil habet in Deuonia unde warantizare possit etc. et bene cognoscit quod hoc fuit maritagium matris sue.

Et Johannes uenit et dicit quod tempore confectionis carte et tempore quo donum ei factum fuit idem Mauricius habuit [5] quoddam manerium in Deuonia, scilicet manerium de Assele, ita quod postea feoffauit Johannem de Argenten per seruicium x. marc. per annum, ita quod predicta Emma mater predicti Roberti dotata est de predictis x. marc. que ei assignate fuerunt in dotem, et inde ponit se super patriam [6].

Et Robertus dicit quod predictus Mauricius prius feoffatus fuit de eadem terra de Esselega antequam aliquod feoffamen-
[44.] tum | factum fuisset eidem Johanni [7].

[1] B. m. 8; C. m. 7.
[2] *Smitham et Forda*, B.
[3] See Br. f. 321 b.
[4] Om. *quod*.
[5] *habuit*, interlined by annotator.
[6] The version in C is shorter and stops at this stage.
[7] The version in B is shorter and ends with a *concordia*.

291. [1]Assisa uenit recognitura si Adam Abbas de Eynesham, Thomas le Messer, Willelmus Dusing' Radulphus Scot et Henricus Coche iniuste etc. desseisiuerunt Robertum de Norfolcia de libero tenemento suo in Histona post etc. Cantebr.

Et Abbas uenit et dicit quod predictus Robertus habuit tenementum illud unde assisa arramiata fuit cum Agnete uxore sua, et quando ipsa mortua fuit uenerunt sui statim, et seisiuerunt tenementum illud in manum Abbatis donec rectus heres ueniret et faceret eidem Abbati pro tenemento illo quod facere ei deberet, et nullam aliam fecit disseisinam, et hoc fecerunt firmarii sui saluo iure cuiuslibet.

Post uenit Robertus aput Westmonasterium et produxit pueros quos habuit de predicta Agnete uxore sua racione quorum clamat tenere tenementum illud tota uita sua secundum legem et consuetudinem regni.

Et Abbas per attornatum suum dicit quod hoc non debet ei nocere, quia predictus Robertus desponsauit ipsam Agnetem postquam omnes pueri nati fuerunt per tres menses ante mortem ipsius Agnetis et matrimonium factum fuit apud Fendraytonam et hoc offert probare etc.

Et Robertus dicit quod reuera desponsauit eam [2] Sanctum Iuonem xij. annis elapsis, set priuatim quia non ausus fuit sollempniter eam desponsare pro amicis et parentibus suis nec pro domino suo cui nunc [3] seruiuit et postea fuit crecesignatus [4] et postquam pueri nati fuerunt uenit ipse aput Fendraytonam et ibi per consilium amicorum eandem Agnetem in facie ecclesie sollempniter desponsauit, ut sponsalia plenius scirentur.

Et Abbas dicit quod bene patet quod non desponsauit eam ante predictam sollempnitatem apud Fendraitonam, quia ipsa Agnes inplacitauit ipsum Abbatem tribus [5] transactis, et tunc stetit idem Robertus cum ea sicut armiger suus nulla facta de eo mencione in breue nec in placito quod esset uir suus. Et Robertus non potest hoc dedicere quia curia hoc recordatur. Et ideo consideratum est quod Ro-

[1] B. m. 8 d; C. m. 7.
[2] Supply *apud*, B, C.
[3] Corr. *tunc*, B, C.
[4] Corr. *crucesignatus*.
[5] Supply *annis*, B, C.

bertus nichil capiat per assisam illam, et Abbas inde sine die usque ad etatem puerorum saluo tunc iure et clamio puerorum si quid inde habuerint, et Robertus in misericordia.

292. Sallop. [1] Assisa uenit recognitura si Rogerus de Hales pater Rogeri de Hales fuit seisitus in dominico suo etc. de iij. uirg. terre et x. acr. terre cum pert. in Hales die etc. et si etc., quam terram Abbas de Hales tenet, qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia terra illa fuit de dominico Dom. Regis in quo nulla talis iacet assisa.

Et Robertus uenit et dicit quod terra illa non est de antiquo dominico eiusdem manerii et dicit quod Rogerus pater suus feoffatus fuit per quandam Agnetem.

Et Abbas dicit quod predicta Agnes neminem potuit inde feoffare.

Et quia Rogerus dicit quod pater suus feoffatus fuit de eadem terra, procedat assisa [2]. Postea dicit Abbas quod non habet nisi medietatem illius terre in dominico, quia alii tenent aliam medietatem. Et Rogerus dicit quod tenet totam terram illam et si alii aliquam partem inde tenent hoc est postquam breue fuit inpetratum, et ideo procedat assisa, set ponitur in respectum usque in Oct. S. Hyll. pro defectu recognitorum, quia nullus uenit, et ideo uicecomes habeat corpora eorum ad predictum terminum.

293. Linc. [3] Magister Willelmus de Brauncewell' attachiatus fuit ad respondendum Gileberto Parleben' quare traxit eum in placitum in curia cristianitatis de catallis eiusdem Gileberti que non sunt de testamento uel matrimonio. Et Henricus Decanus de Lafford' attachiatus fuit ad respondendum eidem Gileberto quare tenet placitum illud.

Et Willelmus et Decanus ueniunt et dicunt quod post prohibicionem Dom. Regis nunquam tenuerunt nec secuti fuerunt placitum illud. Set uerum uolunt dicere quod reuera idem Willelmus uendidit eidem Gileberto et cuidam participi suo decimas garbarum suarum de ecclesia sua pro xxxvij. marcis, et quia denarios illos non reddidit ad terminos

[1] B. m. 11; C. m. 9 d.
[2] See Br. f. 200.
[3] B. m. 9 d; C. m. 9 d.

statutos ille sicut persona implacitauit in capitulo ante prohibicionem, et petit iudicium si illud potuit facere etc. uel non.

Et Gilebertus uenit et hoc totum cognoscit, set dicit quod reddidit ei predictos denarios set nullam [sectam inde habet. Et dicit quod ipse exigit ab eo quandam penam. Et Willelmus dicit quod nullam [1]] penam ab eo exigit nec exiget.

Et ideo consideratum est quod bene licet eidem Willelmo sequi placitum illud in curia cristianitatis cum sit de decimis et predicto Decano tenere illud, et Gilebertus in misericordia [2].

294. [3] Cristiana que fuit uxor Ailrici Corduanarii petit uersus Ricardum de Wyndesores unam shoppam cum pert. in suburbio Wintonie ut ius et maritagium suum et in quam non habet ingressum nisi per predictum Ailricum, quondam uirum suum, cui ipsa in uita sua [4] etc. | Sutht.

Et Ricardus [5] uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia predictus Ailricus uir ipsius Cristiane [6] in magna necessitate sua uendiderunt shoppam illam [7], unde secundum consuetudinem et libertatem ciuitatis Wintonie nichil potest clamare in shoppa illa [8]. [44 b.]

Et Cristiana dicit quod shoppa illa est extra libertatem ciuitatis, et ideo hoc non debet nocere. Et balliui ciuitatis proferunt cartam [9] domini Regis qui nunc est in qua continetur quod nullus eorum qui fuerit infra gildam mercatoriam placitet extra muros ciuitatis Wyntonie de ullo placito, preter placita de tenuris exterioribus exceptis morreariis [10] et ministris suis.

Et quia recognitum est per partes quod shoppa illa est de tenuris exterioribus Consideratum est quod respondeat. Et Ricardus uenit et uocat inde ad warantum Galfridum filium et heredem predicti Eylrici. Per auxilium curie habeat eum

[1] Words in bracket supplied from B; obviously they are wanted. C agrees with B.

[2] See Br. f. 407.

[3] B. m. 12; C. m. 9 d.

[4] *contradicere non potuit.*

[5] *Willelmus*, C.

[6] Supply *et ipsa Cristiana*, B; *quia ipsa cum predicto Ailrico*, C.

[7] *eo quod pauperes erant*, B.

[8] Bracton f. 321 b, holds that a husband can effectually alienate his wife's land when this is for their common good.

[9] See charter of John to Winchester, Rot. Cart. 217.

[10] *monetariis*, B, C; *monetariis et ministris nostris*, Rot. Cart.

a die S. Hyll. in tres septimanas[1]. Et postea per licenciam iusticiariorum concordati sunt, et est concordia talis quod ipsa remittet clamium pro v. marcis.

295. Suff. [2]Hugo de Polstede summonitus fuit ad respondendum Johanni de Lenham quid iuris ipse clamat in centum sol. redditus cum pert. in Polstede unde Matillis auia ipsius Johannis cuius heres ipse est fuit seisita die quo obiit ut de maritagio suo quod habuit ex dono Hugonis de Polstede patris ipsius Hugonis. Et Hugo uenit et bene concedit quod terra illa fuit maritagium ipsius Matillidis, et bene cognouit quod terra illa est ius et hereditas ipsius Johannis, et ipsa[3] nichil inde clamat nisi custodiam usque ad etatem ipsius Johannis. Et Ricardus de Argenteinn[4] custos ipsius Johannis dicit quod non debet inde custodiam habere, quia terra illa fuit maritagium ipsius Matillidis et ipse nondum cepit homagium suum.

Et Hugo dicit quod non[5] inde capere homagium suum usque ad tercium heredem. Et ideo consideratum est quod Hugo habeat custodiam predicti redditus, usque ad etatem ipsius Johannis, et quod non capiat homagium suum usque ad tercium heredem nisi uoluerit[6].

296. Bed. [7]Paulinus Piuere[8] attachiatus fuit ad respondendum Willelmo le Cauf[9] persone ecelesie de Dudingtona de placito quare non tenet ei in[10] finem factum in curia domini Regis Ricardi coram iusticiariis aput Westmonasterium inter Rogerum Piuere patrem ipsius Paulini cuius heres ipse est petentem et Hugonem quondam personam de Dudingtona de tanto terre cum pert. in Dudingtona, et unde pes cyrographi est in thesauro quod testatur etc. ut infra[11].

Et Paulinus uenit et cognoscit finem et cyrographum, set dicit quod curia Dom. Regis decepta fuit quia idem Hugo de quo cyrographum loquitur nunquam fuit persona in

1 Here C stops.
2 B. m. 11 d; C. m. 8 d.
3 Corr. *ipse*, B, C.
4 *Argentham*, B.
5 Supply *debet*, B, C.
6 See Br. 21 b for the rule about the third heir.
7 B. m. 10 d; C. m. 9.
8 *Peiure*, B, C.
9 *Willelmo Caluo*, B, C.
10 Om. *in*, B, C.
11 The effect of the fine is stated in B and C. Hugh had granted the land to Roger for Roger's life and on his death it was to revert to the church of Toddington.

eadem ecclesia, set procurator et firmarius Abbatis de Cultura[1], et post finem illum uenit Abbas ille et recuperauit terram et ecclesiam illam et feoffauit inde Rogerum Piuere patrem suum de eadem terra, et inde uocat ad warantum predictum Abbatem de Cultura. Et Paulinus quisitus si Rogerus pater suus tenuit terram illam die quo hec concordia facta fuit dicit quod nescit, item quisitus si unquam post finem illum fuit pater suus inde disseisitus, dicit quod nescit, set dicit quod idem Willelmus non est inde persona immo predictus Abbas et Willelmus est inde uicarius per quandam ordinationem factam ab episcopo inter eos etc.

Et Willelmus dicit quod ipse est inde persona et Abbas nichil inde habet nisi quandam porcionem garbarum etc.

Et quia idem Paulinus dedicit quod Willelmus non[2] est inde persona, mandatum est Episcopo Lincolniensi quod scire faciat iusticiarios per litteras suas utrum Willelmus sit persona, uel non. Postea mandauit Episcopus quod Willelmus est persona eiusdem ecclesie, et quod Abbas non est persona nec uicarius. Et ideo consideratum est quod finis teneatur, et Willelmus recuperauit seisinam suam, et Paulinus in misericordia, et sequatur uersus Abbatem si uoluerit.

297. [3]Rogerus de Dantesye et Matillis uxor eius ueniunt et petunt quod Comes ostendat cartam per quam tenentur warantizare. Et Comes dicit quod alias fuit placitum inter eos aput Wyndesores de eodem ita quod ipsi spreuerunt tunc hoc responsum et ceperunt se ad conuencionem inter eos factam per cyrographum quod factum fuit inter eos et quod idem Comes profert et quod testatur quod idem Willelmus Marescallus consilium suum et auxilium suum fideliter apponet dictis Rogero et Matillidi ad ius et hereditatem ipsius Matillidis perquirendam, et idem Rogerus et Matillis pro consilio eiusdem Comitis habendo et in recompensacionem sumptuum ipsius Willelmi si quos ad hoc apposuerit dabunt Warr.

[1] La Coûture, Gall. Christ. vol. 14, col. 468.

[2] Om. *non*, B.

[3] B. m. 12 d; C. m. 10. Supply—*Rogerus de Dantesye et Matillis uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum W. Com. Penbroc' de hoc quod warentizauerunt ei medietatem manerii de Cumptona cum pertin' quam tenet et de eis tenere clamat et unde cartam eorum habet*, B; C agrees.

ipsi Comiti l. libras annuas sterlingorum ad duos terminos anni percipiendas quousque eidem Willelmo assignauerint l. libr' terre cum pertinenciis in loco competenti, unde idem Comes dicit quod contra conuentionem illam uocant ipsi ad warantum literas *ipsius* Marescalli patentes.

Et ipsi Rogerus et Matillis dicunt quod summoniti[1] sunt ad respondendum de placito warancie carte et petunt sicut prius quod ostendatur carta et quod de conuentione nullum diem habent set proferunt literas ipsius Comitis patentes per quas concedit quod non potest nec debet nec uult aliquid exigere de predictis Rogero et Matillide et[2] l. lib' sterlingorum quas ei debent annuis pro consilio et auxilio suo habendo ad ius et hereditatem ipsius Matillidis perquirendam quousque dominus Rex recognouerit eis ius et hereditatem ipsius Matillidis scilicet honorem Essexie unde Willelmus de Ma*un*deuilla Comes Essexie obiit seisitus[3].

Et Comes dicit quod litere iste nocere non debent quia Dom. Rex recognouit eis ius suum de predicto honore et illum honorem eis reddidit, et petit inde iudicium. |

[45.] Et Rogerus et Matillis petunt similiter iudicium desicut nullum diem habent ad respondendum de conuentione illa set tantum ad placitum warancie carte de quo nullam cartam ostendunt[4].

298. Buck. [5]Willelmus de Cocham petit uersus Stephanum de Cliuedena dim. hidam terre cum pert. in Cliuedena ut ius suum unde Hubertus antecessor suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Regis Henrici aui[6] Regis Johannis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol., et de predicto Huberto descendit ius terre illius cuidam Milioni filio suo, et de Milione Nicholao filio suo, et de Nicholao cuidam Milioni filio suo, et de predicto Milione isti Willelmo sicut auunculo suo. Postea deaduocauit Willelmus narracionem Johannis de Planez aduocati sui, et ideo *inde* Johannes in misericordia.

[1] *sum'* repeated.
[2] Corr. *de*, B, C.
[3] In the margin are the words *equore cum gelido* very carefully written by an old hand.
[4] Corr. *ostendit*.
[5] B. m. 13 d; C. m. 12 d.
[6] Observe the pleader's blunder, for which he suffers amercement.

Et Willelmus narrat postea de tempore Henrici Regis, qui fuit auus aui Dom. Regis.

Et postea uenit Stephanus et petit uisum. Habeat. Dies datus est etc.

299. [1]Assisa uenit recognitura si Willelmus Muchet frater Ricardi Muschet fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de quinquies uiginti acr. terre et vj. sol. redditus cum pert. in Dittona et de quatuor sol. redditus cum pert. in Horningesheye, et xvij. den. redditus cum pert. in Clayheye, die etc., et si etc., quam terram et quem redditum Henricus Muschet tenet. Qui uenit et dicit quod ipse est filius et heres predicti Willelmi, unde assisa non debet [2] super eum etc. Cantebr.

Et Ricardus dicit quod predictus Henricus bastardus est et ita bastardus quod natus fuit antequam mater sua fuit desponsata.

Et Henricus dicit quod legitimus est et natus post matrimonium. Et ideo mandatum est Episcopo Elyensi quod[3] inquirat rei ueritatem etc. et iuratores inde sine die etc.

PLACITA DE TERMINO S. MICHAELIS ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS IIIJ^{o}. ET INCIPIENTE V^{TO}.[4]

300. [5]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit etc. ad ecclesiam de *Strettona* que uacat etc. cuius aduocacionem Radulfus filius Nicholai clamat uersus Priorissam de Etona que uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ecclesia illa quam uocat ecclesiam est capella et non uacat quia ipsa et moniales sunt inde persone ut de illa que est capella pertinens ad ecclesiam suam de Burtona et inde profert[6] etc. ut infra. Warr.

Et quia contentio fuit inter partes utrum uacans esset

[1] B. m. 13 d; C. m. 12 d.

[2] Supply *procedere*, B, C.

[3] *quod* repeated.

[4] The roll for this term here cited as A is Coram Rege Roll No. 9; B is No. 8.

[5] A. m. 1 d; B. m. 1 d. This is but a summary of the case as enrolled.

[6] A charter of Hugh of Nonant bishop of Coventry, the effect of which is stated in A, B.

necne, requisitum fuit testimonium Episcopi, utrum uacans esset uel non.

301. Linc. [1]Assisa xxiiij uenit recognitura si Willelmus de Lasceles iniuste et sine iudicio disseisiuit Willelmum de Maundeuilla Comitem Essexie de libero tenemento suo in Holebeck infra [2] etc., unde idem Willelmus de Maundeuilla [questus][3] fuit quod iuratores assise noue disseisine, que capta fuit coram iusticiariis ultimo itinerantibus falsum fecerunt sacramentum etc.

Juratores dicunt quod post mortem Conani filii Elye qui de terra illa obiit seisitus uenit idem Comes et tulit breue Dom. Regis de habenda seisina de terra et de herede predicti Conani et Willelmus filius Wor' [balliuus] fecit ei seisinam suam de terra illa et seisitus fuit per unum mensem et plus. Tunc uenit quidam [Judeus] ad curiam et ostendit quod terra illa fuit uadium suum pro xxiiij. libr. quas Conanus ei debuit et [tulit] breue domini Regis Johanni Bonet tunc uicecomiti ut haberet seisinam de uadio illo et habuit et tunc uenit predictus Johannes[4] de Lasceles, et ita locutus fuit cum Judeo quod Judeus dimisit ei terram illam, et Johannes ingressum habuit per Judeum, unde consideratur[5] quod predictus Willelmus non disseisiuit ipsum Comitem iniuste etc.

302. Buck. [6]Rogerus de Calceto et Almarus de Nodar'[7] et Gilebertus de S. Claro et Robertus Achard' petunt uersus Albredam de Jarpenuilla quam Alicia de Jarpenuilla uocauit ad warantum et que ei warentizauit medietatem wille[8] cum pert. ut ius eorum et ut illam unde quidam Dauid Romenel fuit inde[9] seisitus ut de feodo etc.

Et Alicia[10] uenit et defendit ius eorum etc. et dicit quod non uidetur ei quod debeat eis respondere de terra illa, quia eandem terram tenuerunt Willelmus de Lisiors et Alicia

[1] A. m. 8; B. m. 11.
[2] A space is left; *assisam* A, B.
[3] The words within [ ] have been inserted by the annotator.
[4] Corr. *Willelmus;* om. *Johannes* in next line; A, B.
[5] *consid';* but this word should not be here; all this is part of the verdict, there is no judgment; there is a *concordia;* A, B.
[6] A. m. 12; B. m. 9 d.
[7] *Nuers*, A, B.
[8] Supply *de Eston'*, A, B.
[9] Omit *inde*, A, B.
[10] *Albreda*, A, B.

mater eius tempore Henrici Regis aui Dom. Regis, ita quod tunc temporis quia ipsa sciuit quod terra illa fuit ius et hereditas sua Willelmus de Jarpunuilla tunc uir suus et ipsa inplacitauerunt predictos Willelmum de Lisiors et Aliciam matrem eius et durauit placitum per sex annos, tandem concordati fuerunt in curia Regis per cyrographum quod profert et quod testatur quod xxviij° anno regni ipsius Regis Henrici predicti Willelmus de Lisiurs et Alicia mater eius quietam clamauerunt de se et heredibus predicto Willelmo de Jarpunuilla et Albrede uxori eius et heredibus suis uillam de Estona pro c. et vij. libr. et xiiij. sol. etc. et desicut antecessores ipsorum petentium et eciam ipsi Rogerus[1] tunc fuerunt in terra et clamium suum non apposuerunt, petit iudicium si debeat ei respondere super finem illum. |

Et ipsi ueniunt et concedunt et cognoscunt finem illum [45 b.] et quod non apposuerunt clamium suum etc. et dicunt quod nesciunt ubi fuerunt antecessores sui eo tempore quo finis factus fuit, set uidetur eis quod finis ille non debet eis nocere quia ipsi petunt terram illam ut in proparte sororum, ut[2] predictus Willelmus de Lisiurs et predictus Willelmus de Jarpunuilla et Albreda inter quos finis factus fuit non fuerunt parentes nec ad eos[3] aliquo [4] et ideo petunt iudicium si debeant per finem illum amittere clamium suum etc.

Post dixit Almarus quod pater suus tunc fuit in partibus transmarinis cum Comite de Bethuna. Et Almarus[5] dicit quod placitum durauit per sex annos in curia Regis priusquam finis factus fuit, ita quod pater predicti Roberti tunc fuit in curia in[6] presens quando finis factus fuit, et fuit armiger suus et non apposuit clamium, et ideo petit iudicium[7].

303. [8] Bartholomeus filius Ricardi petit uersus Osbertum filium Ricardi fratrem suum feodum j. militis cum pert. in Cadewell' Linc.

[1] Supply *et Robertus*, A, B.
[2] Corr. *et*, A, B.
[3] Supply *in*, A, B.
[4] A space is left; the copyist is puzzled by a cramped interlineation in A; in both rolls the word seems to be *pertin'*, (*pertinentes*).
[5] *Albreda*, A, B.
[6] Omit *in*, A.
[7] For absence beyond seas as an excuse for non-claim see Br. f. 436.
[8] A. m. 14; B. m. 13.

ut ius suum etc. et ut illud unde predictus Ricardus pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore Regis J. et[1] capiendo inde etc., et obiit inde seisitus in guerra, et ipse sicut primogenitus filius de uxore desponsata petit illam terram uersus eum ut uersus fratrem suum postnatum de eadem uxore et hoc offert probare prout curia considerauerit.

Et Osbertus uenit et defendit ius suum nunc et alias quando et ubi defendere debebit, et dicit quod ipse Osbertus est filius primogenitus et heres ipsius predicti Ricardi et nunquam Bartholomeus fuit filius ipsius Ricardi, nec frater suus est, nec umquam habebatur pro filio patris sui, nec pater suus eum nutriuit ut filium suum, nec aduocauit eum ut filium suum nec ut filium suum se fecit, et desicut non est frater suus et pater suus eum non aduocauit ad filium, et idem Osbertus tenens est ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in terra illa si curia considerauerit quod assisa iaceat. Dicit eciam quod pater suus tenuit de Ricardo Comite de Clare illam terram et ipse post mortem patris sui fecit homagium ipsi Comiti et postea huic Comiti ut filius et heres ipsius Ricardi. Dicit eciam quod predictus Bartholomeus natus fuit in comitatu Suffolcie et nutritus in domo Roberti de Crek, et ubi[2] tenebatur pro fratre ipsius Roberti, et inde ponit se super patriam illam, et desicut non est de stipite suo nec frater suus, offert Dom. Regi xx. sol. pro habenda magna assisa, uel pro habenda iurata patrie sicut curia considerauerit.

Et Bartholomeus dicit quod ipse est primogenitus filius predicti Ricardi et frater est ipsius Roberti primogenitus de eadem uxore et natus fuit in domo Ricardi patris sui aput Hunesdonam in comitatu Suffolcie postquam ipsa uxor desponsata fuit eidem Ricardo, et nutritus in eadem domo per dimidium annum, set postea uenit auia sua mater Ricardi patris sui et dixit Ricardo patri suo quod idem Bartholomeus non fuit filius suus et in tantum procurat

[1] Omit *et*, A, B.

[2] *ibi*, A, B.

quod mater sua non ausa fuit eum retinere et per hoc missus fuit ad nutriendum matri Falconis Bainnard' ita quod nunquam postea ausus fuit redire ad patrem suum ut cum eo moram faceret et hoc offert probare sicut curia considerauerit.

Et Bartholomeus quisitus de quo auia sua habuit suspicionem pro eo, dicit quod nescit. Quesitus eciam quid fecit quando pater suus obiit, et si tunc uenit ad Comitem ut offerret ei suum homagium, dicit quod fuit in seruicio Comitis Rogeri le Bigod domini sui, ita quod non iuit ad Comitem de Clare.

Et Osbertus dicit quod reuera bene potest esse quod idem Bartholomeus esset filius matris sue, set natus fuit ante desponsacionem matris sue, et *intelligit*[1] quod fuit filius Bartholomei de Crek.

Et quia Osbertus dixit quod Bartholomeus non fuit frater suus et preterea uoluit ponere se in magnam assisam Dom. Regis de iure uel ponere se super patriam quod Ricardus pater suus nunquam tenuit eundem Bartholomeum pro filio nec idem Bartholomeus ante mortem predicti Ricardi uenit ad eum tamquam ad patrem suum nec post mortem ipsius Ricardi optulit homagium et releuium suum Comiti de Clare capitali domino feodi ut idem Bartholomeus cognouit, et preterea idem Bartholomeus nullam probacionem optulit quod esset filius Ricardi, Consideratum est quod Osbertus teneat terram illam in pace, et Bartholomeus in misericordia pro falso clamore, quia loquela sua uana fuit, et uacua[2].

304. [3]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis Hereford.
presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Aleinesmora, que uacat etc., cuius aduocacionem Henricus Ruffus clamat uersus Decanum de Herefordia, qui uenit per attornatum suum, et tulit litteras Episcopi Herefordensis testificantes quod ecclesia non uacat, quia Rogerus de Lamore Nota quod mandatum Episcopi de uacatione ecclesie parum ualet si alia ueritas reperiatur[4].

[1] Doubtful, but *intelligit* in A, B.

[2] Bracton cites this case f. 63 b, and again f. 65 b. The tenant retains the land *sine assisa, iurata vel inquisitione*, the demandant having made fatal admissions.

[3] A. m. 15 d; B. m. 14 d.

[4] Same doctrine Br. f. 241 b; the bishop's certificate is not always conclusive; sometimes bishops will not tell the truth.

clericus illam possedit xxx. annis transactis. Set quia Decanus prius hoc idem dixerat, et Henricus Ruffus respondit quod Willelmus pater ipsius Rogeri obiit hoc anno inde persona, consideratum fuit quod assisa procedat, set ponitur in respectum usque in tres septim. post festum S. Hyll. pro defectu recognitorum quia tantum tres uenerunt et cum quibus etc. et Johannes se essoniauit[1] etc. et uicecomes habeat corpora aliorum et loco Henrici de Penebrigg' Henrici de Safeid' etc.

305. Salop. [2] Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam [46.] de Tunge, | que uacat etc., cuius aduocacionem Rogerus de la Suche clamat uersus Abbatem Salopesbirie. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ecclesia non uacat, immo Robertus de Shurefordia est inde persona qui presens est et hoc idem dicit et profert cartam Willelmi Conuentrensis Episcopi[3], que testatur quod ipse dedit et concessit ecclesiam de Tunge cum omnibus pert. Roberto de Surefordia clerico ad presentacionem Abbatis et conuentus Salopesbiry salua tamen in eadem ecclesia uicaria Ernulphi clerici qui dicto Roberto dim. marc. soluit nomine pensionis et ipsum Robertum in eadem canonice instituit etc. Abbas eciam profert cartam[4] Rogeri Comitis Salopesbirie que testatur quod idem Rogerus dedit eis plures terras et plures ecclesias inter quas nominat ecclesiam de Tonge. Profert eciam cartam Regis Henrici aui Dom. Regis que donum illud eis confirmat et cartam Dom. Pape que similiter donum illud eis confirmat. Predictus eciam Robertus profert cartam ipsius Abbatis et conuentus Salopesbirie, que testatur quod ipsi concesserunt eidem Roberto dim. marc. argenti de ecclesia de Tonge, illam scilicet quam Ernulphus clericus canonicus de *Lichefeldia* de eadem ecclesia [5] monachis annuatim reddere[6] nomine pensionis habendam et percipiendam a dicto Ernulpho quam[7] idem Ernulphus uixerit, ita quod post decessum ipsius Ernulphi [eisdem

1 *et j.* [*unus*] *se essoniauit*, A, B.
2 A. m. 15 d; B. m. 14 d.
3 A.D. 1214—23.
4 Monast. vol. 3, p. 519.
5 A space is left; the omitted word is *eisdem*, A.
6 Supply *consueuit*, A, B.
7 *quamdiu*, A.

monachis[1]] prefatus Robertus eandem ecclesiam de Tonge libere et absolute possidebit reddendo annuatim [*] nomine pensionis dimidiam marcam quam idem Robertus reddere consueuit.

Et Rogerus per attornatum suum dicit quod carte ille non debent ei nocere quin assisa procedet[2] quia predictus Ernulphus fuit inde persona ad presentationem Willelmi de Beaunes fratris sui cuius heres ipse est, reddendo inde per annum eidem Abbati dim. marc. nomine beneficii et bene cognoscit quod idem Abbas debet inde habere dim. marc. et aduocacio residui debet ei remanere. Dicit eciam quod idem Ernulphus obiit hoc anno ultimo persona, et inde petit assisam. De cartis dicit quod postquam facte fuerunt presentauit predictus Willelmus frater suus clericum ad ecclesiam illam, scilicet predictum Ernulphum et inde petit assisam etc.

Et quia Rogerus dicit quod Ernulphus obiit ultima persona presentatus et post cartam Comitis Rogeri consideratum est quod assisa procedat. Et Hugo de Belinhal' etc. jur' sum' quod sint a die etc. parati sacramento recognoscere, quis aduocatus etc.

306. [3]Assisa uenit recognitura si J.[4] de Turri auunculus Roberti fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de vij. acris terre cum pertinenciis in Pecham die quo etc. si obiit post primam coronacionem Henrici[5] Regis auunculi et si etc., quam terram Reginaldus de Brentungeherste tenet qui uenit et bene concedit assisam[6]. Surr.

Juratores dicunt quod predictus Judanus[7] fuit seisitus ut de feodo suo et in dominico die quo iter suum arripuit in peregrinacione sua et quod idem arripuit post terminum etc. et quod idem Robertus est propinquior heres eius, set nesciunt pro uero si Jordanus mortuus est nec ne, set melius credunt quod mortuus sit quam uiuus. Et quesiti si fuit seisitus die quo obiit sicut breue dicit, dicunt quod

Nota quod in hoc dubio ubi nescitur a iuratoribus utrum ita sit uel non, quod tenens inde sine die, quia nichil probant ex quo dubitant an ita sit uel non.

[1] Transfer these words to [*]. The blunder is due to an interlineation in A.

[2] *procedat*, A.

[3] A. m. 18 d; B. m. 7 d.

[4] *Jordanus*, A, B.

[5] It should be *Ricardi*. In A *H.* has been corrected into *R.*

[6] Here B stops.

[7] Corr. *Jordanus*.

nesciunt. Et Reginaldus quesitus per quem ingressum habuit, dicit quod per Dom. Regem, scilicet per Reginaldum tunc balliuum suum. Set quia iuratores dicunt quod nesciunt si obiit inde seisitus, recedat Reginaldus sine die. Concordati sunt, ita quod Reginaldus reddidit ei terram illam tenendam de eo pro duabus marcis.

307. Buck. [1] Johannes filius Rollondi per attornatum suum petit uersus Walterum de Dunitona dim. uirg. terre cum pertinenciis in Chamfunt' ut ius suum, et ut illam unde Rollondus pater suus fuit seisitus tempore H. Regis etc. Item[2] Rollandus quando *iuit in peregrinacione* sua dedit eidem Johanni terram illam, et quia idem Johannes tunc fuit infra etatem commisit eum cum terra illa Johanni patri predicti Walteri in custodia, ita quod idem Walterus non habet alium ingressum in terram illam nisi per Johannem patrem suum qui inde habuit non nisi custodiam, et hoc offert disracionare sicut curia considerauerit.

Et Walterus uenit et defendit ius suum et dicit quod uidetur ei quod non debet ei inde respondere, quia idem Johannes alias inplacitauit eum per breue de recto in curia Dom. Willelmi de Albaniaco et in tantum processit ibi loquela quod idem Walterus posuit se in magnam assisiam Dom. Regis ita quod quatuor milites summoniti fuerunt ad eligendum xij. in aduentum iusticiariorum et in ultimo itinere iusticiariorum scilicet S. de Segraue et sociorum eius uenerunt ipsi et quatuor milites et elegerunt xij., et xij. milites summoniti fuerunt quod essent aput Bedefordiam, et tunc fecit idem Johannes defaltam, per quod ibi consideratum fuit quod idem Walterus iret inde sine die et inde ponit se super recordum iusticiariorum etc.

Nota quod si per breue de recto petat quis terram uersus alium et postquam tenens se posuerit in magnam assisam ita quod iiij^or milites electi sint ad eligendum xij. defaltam fecerit[3] ulterius non audietur nec aliquis heredum suorum.

Et Johannes dicit quod reuera alias inplacitauit eum per

[1] A. m. 20; B. m. 6.

[2] *Idem*, A, B.

[3] There is or has been here a word which is smudged; it looks like *tenens* and has I think been intentionally obliterated. Bracton cites this case, f. 367. There had been a difference of opinion *inter veteres* as to whether a default made in a writ of right after the election of the four knights would operate as a judgment against the defaulter not hereafter to be questioned. Bracton reconciles the authorities by fixing the election of the twelve recognitors as the fatal moment. Thus he does not quite agree with this note but adopts the decision.

breue de recto et non potuit sequi pro infirmitate, set bene defendit quod nunquam posuit se Walterus in magnam assisiam, nec assisa summonita fuit nec coram iusticiariis defaltam fecit et inde ponit se super iusticiarios. Et Walterus similiter. Justiciarii recordantur quod Walterus posuerat se in magnam assisam sicut idem Walterus dicit et quod xij. summoniti fuerunt, et datus fuit dies partibus aput Cantebrigiam, et tunc non uenit Johannes nec se essoniauit unde consideratum fuit coram eis quod Walterus iret inde sine die et quietus, et Johannes in misericordia. Et ideo consideratum est quod Walterus et heredes sui teneant in pace inperpetuum, et Johannes iterum in misericordia.

308. [1]Assisa uenit recognitura utrum unum mesuagium cum Linc.
pert. in Scandefordia sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam | Prioris de Dauintr' de Scandefordia an laycum feodum [46 b.]
Roberti le Butyller qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia de eodem mesuagio arramiauit eodem modo assisam Gregorius de Cressone qui est persona illius ecclesie ad recognoscendum utrum sit liberat elemosinat[2] pertinens ad ecclesiam suam de Scandefordia, uel laycum feodum suum, et petit iudicium si debeat de una et eadem terra ad duo breuia de assisa respondere, desicut idem Prior non est inde persona et licet esset inde aduocatus non tamen uidetur ei quod eidem Priori deberet inde respondere[3].

Et Prior dicit quod ipse est inde persona percipiens inde annuatim nomine pensionis xx. sol., et Gregorius non est inde nisi firmarius suus.

Et Robertus dicit quod Prior non est inde persona quia episcopus contulit ecclesiam illam predicto Gregorio autoritate Lateranensis consilii pro contentione que fuit inter ipsum Robertum et predictum Priorem, et dicit quod si idem Prior amitteret per assisam hoc non esset stabile quum Gregorius iterum eum posset inplacitare. Dies datus est eis in octab. S. Mich. aput Westmonasterium de audiendo iudicio suo si

[1] A. m. 21; B. m. 6 d.
[2] Corr. *libera elemosina.*
[3] The assize *Utrum* is a remedy for a rector, not for a patron and not for a vicar. But there was controversy about the limits of this remedy. Br. f. 285 b.

assisa debeat procedere, necne, et nullus uenit recognitorum, et ideo omnes attachientur etc.

Postea uenit idem Robertus et cognouit quod nichil clamat in mesuagio illo nec in dominico, nec in seruicio, set illud tenet ad terminum et ad uoluntatem Prioris Hospitalis Jerosolime in Anglia qui presens est et hoc idem testatur etc.

Postea uenit idem Prior[1] et recognouit et concessit predictum mesuagium cum pertinenciis esse ius ipsius Prioris[2] et ecclesie de Scandefordia et cuiuscumque pro tempore ibidem persona fuerit, saluo ipsi Priori redditu xij. den. quem inde annuatim percipere debet et solet ut dicit.

Et ideo idem Prior habeat breue ad uicecomitem de habenda inde seisina etc.

309. Warr. Nota. In malo lecti de essoniatoribus omnes uiderunt set et omnes dederunt essoniato diem set quartus languidus fuit quod recordum facere cum tribus sine quarto nec recipi potuit sine eo. Et ideo preceptum fuit uicecomiti, quod loco ipsius quarti mitteret alium militem simul cum predictis tribus, ut ipso presente ipsi tres milites scire facerent petenti diem suum, et ipsi tres cum ipso quarto *darent* ei diem scilicet essoniato et quod uicecomes uenire faceret

[3]Theodorus de Duntona per attornatum suum optulit se quarto die uersus Sarram uxorem Gileberti de Boningeswurthe que se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito terre etc. et ipse non uenit etc., set Johannes le Aleman Nigellus le Butyller, et Henricus filius Johannis tres milites de comitatu Eboraci ubi ipse[4] se essoniauit de malo lecti scilicet aput Munketonam uenerunt et dicunt quod Seiso[5] de Westwico quartus miles ita languidus est quod numquam poterit itinerare etc. et quod ipsi iiij. uiderunt eam et dederunt ei diem a xv. die Maii in unum annum aput turrim Londonie. Set quia recordum recipi non potest sine iiij^to^ milite preceptum uicecomiti Eboraci quod loco Serlonis unius uisorum infirmitatis etc. et qui languidus est ut dicitur mittat alium militem simul cum predictis tribus ut ipso presente predicti tres milites scire faciant predicte Sarre quem diem ipsi cum ipso Serlone dederunt ei per preceptum domini Regis, et ipsum militem uenire facias[6] coram iusticiariis ad talem diem ad testificandum simul cum predictis etc. predictum diem quem ei dederunt.

310. Suff. illum de nouo appositum ad certum diem[7].

[8]Assisa uenit recognitura quis aduocatus etc. ad ecclesiam de Sproultona que uacat etc. cuius aduocacionem Basilia de

[1] *Hospital Jerlm'* interlined in A. There are now two Priors in the case.
[2] *de Dauintr* interlined in A.
[3] A. m. 23; B. m. 17.
[4] Corr. *ipsa.*
[5] *Serlo,* A, B.
[6] Corr. *faciat.*
[7] See Br. f. 854 b.
[8] A. m. 26; B. m. 17 d.

Farmamuilla clamat uersus Priorem de Gyppewico qui uenit et dixit quod non potuit respondere sine P. Noruint[1] electo et uocat eum ad warrantum. Et Robertus[2] per attornatum suum uenit et ei warentizat et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ecclesia non uacat quia predictus Prior est inde persona et preterea idem Prior habet ecclesiam illam de dono Roberti de Furmamuilla quondam uiri ipsius Basilie per cartam suam quam profert et que testatur quod idem Robertus dedit et concessit in perpetuam elemosinam deo et ecclesie S. Trinitatis de Gyppewico et canonicis etc. ecclesiam Omnium Sanctorum de Sproltona etc. unde dicit quod per donum illud fuit idem Prior in seisina illius ecclesie lx. annis transactis ut persona.

Et Basilia uenit per attornatum suum et dicit quod ecclesia illa uacauit die quo idem Prior summonitus fuit, et si electus postea aliquid inde fecit non debet ei nocere quia quidam Galfridus clericus obiit inde persona duobus annis transactis ad presentationem ipsius Basilie et inde profert cartam Johannis quondam episcopi Norwicensis[3] que testatur[4] ad eiusdem Basilie presentationem admisit ipsum Galfridum ad ecclesiam de Sproutona etc. et ipsum in ea personam instituit etc. unde ipse[5] dicit quod statim post arramiauit ipsa assisam istam. Dicit eciam quod post cartam [6] si unquam facta fuit presentauit ipsa tres personas et inde ponit se super iuratam.

Et Prior dicit quod omnes clerici fuerunt uicarii et non persone quia Prior lx. annis elapsis percepit inde annuatim duos sol. nomine pensionis et inde ponit se super iuratam.

Et ipsa Basilia per attornatum suum dicit quod reuera quidam Ricardus qui fuit inde persona luce[7] aduocato dedit eidem Priori duos sol. pro bono pacis quod non uexauerunt eum[8]. Consideratum est quod assisa procedat.

Juratores dicunt quod Basilia predicta presentauit ul-

[1] *Norwic'*, A, B. Pandulph bishop elect of Norwich.

[2] *Et P.* [*Pandulphus*] *per attornatum*, A, B.

[3] John Grey, ob. 18 Oct. 1214.

[4] Supply *quod*.

[5] Corr. *ipsa*, A, B.

[6] A space left; *predictam*, A, B.

[7] *persona sine aduocato*, B and probably A also, but A's *sine* is misleading.

[8] *eo quod uexauerunt eum*, A.

timam personam, scilicet predictum Galfridum qui persona iuit in terram Jerosolime ultimo[1] obiit, de uicaria nichil sciunt.

Consideratum est quod Basilia recuperauit seisinam suam et habeat breue ad electum quod ad presentationem, et Gerardus Bermicoste etc.[2] |

[47.] PLACITA DE TERMINO S. HYLLARII ANNO REGNI HENRICI FILII REGIS JOHANNIS XIIJ^o.[3]

311. Norht. [4]Hugo Reuel attachiatus fuit ad respondendum Hugoni Coco et Agneti uxori eius et Alicie sorori ipsius Agnetis, quare non tenet eis finem factum in curia Henrici Regis aui inter Robertum Reuel patrem ipsius Hugonis cuius heres ipse est, et Willelmum filium Hugonis patrem predictarum Agnetis et Alicie, cuius heredes ipse sunt tenentem de tribus uirgat. et xx. acr. terre et viij. acr. prati cum pert. in Pokeste et in Couesgraue, unde cirographum etc., et unde idem Hugo Agnes et Alicia queruntur quod idem Hugo Reuel contra finem illum assartauit boscum quendam in quo deberent habere husbote et heybote.

Et Hugo Reuel uenit et cognoscit finem illum et concedit husbote et haybote secundum proportum suum quantum boscus ille durauerit, etc.

312. Suff. [5]Rogerus de Cestrefordia optulit se iiij^to. die uersus Aliciam de Herlestona et Willelmum filium suum de placito quare ipsi intruserunt se in xiiij. sol. et viij. den. redditus cum pert. in Tudenham et in Tostoke[6] dum idem Rogerus fuit in prisona Dom. Regis aput Londoniam de quo redditu

[1] *ubi* not *ultimo*, A.

[2] *et habeat breue ad Electum quod ad presentacionem etc. et Gerardus Bruncoste j. recognitorum in misericordia pro defalta. misericordia j. marca.* A, B. The appropriation to monasteries of parish churches seems to have given rise to a great deal of litigation. It is often a difficult question whether a certain man was the mere *vicarius* of the monks or a true *persona* though bound to pay some annual *pensio* to the monastery. There is no assize if what is vacant is merely the vicarage. See Br. f. 241 b.

[3] The roll referred to as A is Coram Rege Roll No. 34.

[4] A. m. 3 d.

[5] A. m. 4.

[6] *Toftstoke*, A.

idem Rogerus fuit seisitus ut de feodo die quo captus fuit et positus in prisona Dom. Regis. Et Alicia et Willelmus non uenerunt, et uicecomes mandauit quod manent in comitatu Kantie et nichil in comitatu suo habent per quod distringi possunt. Et ideo mandetur uicecomiti de Kantia quod distringat eos per terras et per catalla quod sint a die Purif. Beat. Mar. in xv. dies pro prisona.

313. [1]Willelmus filius Walteri petit uersus Thurstanum de Bisteche duas partes unius uirgate terre cum pert. in Olestorp ut ius suum et in quam non habet ingressum nisi per Simonem de Diue auunculum ipsius Thurstani cuius heres ipse est qui illam ei dimisit ad terminum qui preteriit quia dicit quod idem Simon non habuit ingressum in terram illam nisi per predictum Willelmum qui illam ei dimisit ad terminum. Warr.

Et Thurstanus uenit et defendit ius suum etc., et dicit quod nullum ingressum habet in terram illam per eundem Simonem ad terminum, set dicit quod idem Willelmus qui nunc clamat terram aliquando clamauit per breue de recto in curia Willelmi de Diua uersus eundem Willelmum, et in tantum processit loquela quod predictus Willelmus filius Walteri quietum clamauit totum ius quod habuit in terra illa predicto Willelmo de Diua pro v. marc., et inde profert cartam suam que hoc testatur. Profert eciam cartam eiusdem Willelmi de Diua que testatur quod ipse et Agnes uxor eius dederunt eandem terram Simoni de Diua filio suo pro homagio et seruicio pro v. marc. argenti. Profert eciam cartam eiusdem Simonis de Diua que testatur quod dedit eidem Thurstano terram illam pro homagio et seruicio et pro v. marc., habendam et tenendam etc. Et desicut idem Simon eum inde feoffauit et predictus Willelmus qui nunc[2] totum ius suum quod habuit in eadem terra eidem Simoni quietum clamauit, petit iudicium si debeat ei inde respondere.

Et Willelmus uenit et defendit totum, et omnes predictas cartas, et dicit quod ipse tradidit terram illam predicto Simoni et inde ponit se super patriam set nullam producit sectam.

[1] A. m. 4 d. [2] Supply *clamat*, A.

Et Thurstanus uenit et dicit quod idem Willelmus nunquam inde seisinam habuit, set reuera quidam Simon filius Roberti de Olestorp' qui dicebat se habere ius in terra illa, dedit ius suum eidem Willelmo et per cartam suam et postea quando Willelmus filius Walteri quietum clamauit ius suum Willelmo de Diua reddidit cartam illam eidem Willelmo de Diua et profert eandem cartam.

Et Willelmus filius Walteri bene cognoscit quod Simon filius Roberti dedit ei terram illam et dicit quod per donum illud fuit ipse in seisina fere per unum annum, et postea tradidit eandem terram ad firmam predicto Simoni de Diua secundum quod predictum est, et profert cartam ipsius Simonis de dono sub eadem forma in testibus et aliis sub qua carta ipsius Thurstani profertur.

Postea cognoscit Willelmus quod uendidit terram illam Simoni de Diua, set Simon non reddidit ei denarios quos ei debuit dedisse pro terra. Et ideo consideratum est quod Thurstanus inde quietus et Willelmus in misericordia. pauper est.

314. [1] Willelmus filius Gileberti [2], Henricus frater eiusdem et
Suff. Johannes de Lodues attachiati fuerunt ad respondendum
[47 b.] quare ceperunt Robertum | de Lonn' et Ricardum de Auleuilla homines Henrici de Coham ciuis Londonie et eos inprisonauerunt contra pacem Dom. Regis, et contra libertates ciuitatis Londonie unde idem Henricus querit [3] quod per captionem illam et inprisonamentum illud amiserunt homines sui de catallis suis per quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xl. marcarum.

Et Willelmus Johannes Henricus uenerunt. Et super [4] uenit, scilicet Nicholaus de Marcham balliuus de Gernesm' [5] et petit curiam uille de Gernesm', et dicit quod Willelmus et alii non debent nec possunt hic placitare, quia dominus Rex J. concessit eis per cartam [6] quod nullus homo de Gernesm' placitet extra burgum de Gernesm' de ullo placito preter placitum de tenuris exterioribus.

[1] A. m. 6.
[2] *Gereberti*, A.
[3] Corr. *queritur*, A.
[4] Supply *hoc*.
[5] Yarmouth.
[6] Rot. Cart. 175 b.

Et Willelmus Henricus et Johannes salua libertate sua intrant in responsum, et defendunt[1] et inprisonamentum iniuste, et dicunt quod quidam Robertus de Haueryate homo Comitis Rogeri qui tulit ceruisiam ad uendendum in nundinis de Gernesm' uenit wlneratus et male tractatus ad dictum Willelmum et socios tanquam ad balliuos Dom. Regis, et questus fuit eis de predictis Roberto de Lenn' et Ricardo de Albeuilla hominibus ipsius Henrici de Coham quod contra pacem Dom. Regis wlnerauerunt eum et abstulerunt ei tunicam suam et supertunicam de russeto, et optulit dictis balliuis uadium et plegium ad sequendum uersus eos, ita quod predicti Willelmus et socii sui tanquam balliui domini Regis miserunt quendam Abel seruientem suum ad attachiendos predictos Robertum de Lenn' et Ricardum de Albeuilla cum predicto Roberto de Haueryate querente, qui cum illuc uenisset, dicti Robertus et Ricardus homines ipsius Henrici cum ui sua iterum wlnerauerunt predictum Robertum de Haueryate et male tractauerunt predictum Abel seruientem per pilos et uerberauerunt [2] ictibus, et cum dicti Robertus et Abel rediissent et questi fuissent predictis balliuis de tali transgressione, dicti balliui uocauerunt milites et mercatores aput Tolbotham[3] requirentes consilium quid eis super hoc esset agendum.

315. [4]Robertus de Morz[5] petit uersus Philippum de Stialey[6] xxiiij. bouat. terre cum pert. in Aselbach ut ius suum, et uersus Robertum filium Walteri de Stralegha xj. bouat. terre in Chillewlla et duas partes duarum bouetar. cum pert. in eadem uilla, ut ius suum, unde Isilia antecessor sua fuit seisita in dominico ut de feodo et iure tempore H. Regis aui Dom. Regis, capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. et amplius, et de ipsa Isilia descendit ius terre illius cuidam Roberto ut filio et heredi suo, et de illo Roberto, Roberto filio et heredi suo, et de illo Roberto Dereby.

[1] Supply *capcionem*, A.
[2] *orbis*, A. The copyist who has left a blank did not, I suppose, understand that *orbis ictibus* means *with blind blows*, blows which do not draw blood.
[3] The Tollbooth.
[4] A. m. 7 d.
[5] *Moiz*, A.
[6] *Straley*, A.

isti Roberto ut filio et heredi suo, et quod tale sit ius suum etc. offert probare etc.

Et Philippus uenit et de terra illa quam ipse tenet uocat predictum Robertum ad warantum qui uenit et ei warentizat et ponit se in magnam assisam, et petit recognicionem fieri utrum eorum maius[1] habeat in predicta terra.

Et de terra quam idem Robertus[2] petit uersus eum, scilicet de duabus bouetis terre et duabus partibus duarum bouet. in Chillewella petit idem Robertus[3] uisum. Habeat.

Et Robertus de Morz uenit et dicit quod magna assisa non debet inde fieri, quia ipsi exierunt de eodem stipite, scilicet de predicta Ysilia quia ipsa habuit duos uiros Willelmum de Morz primum uirum qui fuit pater[4] predicti Roberti[5], et postea Walterum de Stralegha antecessorem predicti Roberti[6] et de quo ipse Robertus exiit, quia idem Walterus habuit unum filium Sampsonem nomine, et Sampson unum filium Walterum nomine patrem ipsius Roberti.

Et Robertus de Straylegha uenit et bene concedit quod predicta Isilia habuit duos uiros scilicet Willelmum et Walterum et de Willelmo habuit predictos Robertum et duos alios qui omnes obierunt sine herede de se, et preterea predicta Isilia tenuit predictam terram in maritagium et partita fuit terra inter tres[7] filios de secundo uiro scilicet inter Sampsonem et Rogerum fratrem, et postea uenit Robertus et quietum clamauit Sampsoni fratri suo partem suam et quicquid iuris habuit in terra illa[8], et preterea idem Robertus auus istius Roberti nunquam uxorem habuit, et quod ita sit ponit se in magnam[9] Dom. Regis, et petit recognicionem fieri, utrum ipsorum maius ius habeat in terra illa.

Et Robertus de Moiz uenit et hoc totum defendit et dicit quod predictus Robertus auus patris sui habuit uxorem sibi desponsatam de qua habuit predictum Robertum auum suum.

[1] Supply *ius*.
[2] Demandant.
[3] Tenant.
[4] *pater*, interlined; *auus*, A.
[5] Demandant.
[6] Tenant.
[7] *inter tres filios suos de primo uiro et inter duos filios suos de secundo uiro*, A. A stupid omission.
[8] *in hereditate illa*, A.
[9] Supply *assisam*, A.

Et quia Robertus de Stralegha non cognoscit quod idem Robertus de Moyz sit heres exiens de primogenito filio eo quod pater suus fuit bastardus, et preterea dicit quod primi filii predicte Isilie remiserunt partem que contingebat filiis secundi uiri, consideratum est quod magna assisa fiat[1]. |

Dies datus est eis a die Pasch. in unum mensem etc. [48.]

316. [2]Jurata[3] uenit recognitura utrum dim. uirg. terre et vij. acr. terre cum pert. in Stauntona sint libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Sulingny de Stauntona, aut laycum feodum Walteri Morel, Willelmi Poydras, et Roberti filii Ricardi, unde Walterus tenet dim. uirg., Willelmus iiij. acr., et Robertus tres acr. Et Willelmus[4] Robertus ueniunt et uocant inde ad warantum Gilebertum de Stauntona qui presens est et eis warentizat. Et ipse et Walterus dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia de eadem terra fuit placitum in comitatu Huntingdunie inter Robertum de Stauntona patrem predicti Gileberti cuius heres ipse est petentem et predictum Walterum Morel et in tantum processit loquela quod duellum percussum fuit inter eos et concordati fuerunt in campo sine clamio quod idem Galfridus qui tunc fuit persona apponeret, et inde petit iudicium si assisa debeat super hoc procedere. Huntig.

Et Galfridus uenit et bene cognoscit quod tunc fuit persona et quod ante duellum illud percussum perquisiuit ipse breue de assisa sicut et nunc, ita quod dedit Dom. Regi xx. sol. pro habenda iurata de comitatu usque ad curiam Dom. Regis, et ponit se super recordum curie etc.

Et Walterus et Gilebertus hoc totum defendunt et dicunt quod nunquam nec ante nec post duellum perquisiuit idem Galfridus aliquod breue, nec inde aliquod placitum mouit. Et postea quia predicti Walterus et Gilebertus non possunt dedicere quin placitum motum esset, Consideratum est quod assisa procedat.

Juratores dicunt quod quidam Leonardus antecessor

[1] If the parties are confessedly of the same stock and agree about the pedigree there can be no duel or grand assize. But that is not the case here.

[2] A. m. 7 d.

[3] *Iurata*, A, but he who scored the roll has substituted *Assisa*.

[4] Supply *et*, A.

Gileberti de Stauntona tenuit terram illam et ecclesiam illam, et post eum quidam Ricardus filius ipsius Leonardi tenuit terram illam et ecclesiam, et post Ricardum quidam Robertus pater Gileberti et frater Ricardi retinuit laycum feodum et dedit ecclesiam illam predicto Galfrido, et quesiti utrum predicti Leonardus et Ricardus tenuerunt terram illam ut laycum feodum, uel ut ius ecclesie sue, dicunt quod tenuerunt terram illam ut laycum feodum, et quod reddiderunt capitalibus dominis feodi x. sol. per ann. Et ideo consideratum est quod Walterus et alii teneant in pace, et Galfridus in misericordia.

317. Suhant. [1]Ascelina que fuit uxor Johannis de Stanham per attornatum suum petit uersus Johannem de Aspele et Aliciam uxorem eius unam uirg. terre cum pert. in Aldungtona ut ius et hereditatem suam, et in quam non habet ingressum nisi per predictum Johannem uirum suum cui ipsa est etc.[2]

Et Johannes et Alicia ueniunt et dicunt quod non habent ingressum per ipsum Johannem, set per ipsam Ascelinam matrem ipsius Alicie que sponte et bona uoluntate sua et per assensum ipsius Johannis dedit ei terram illam, et hoc bene patet, quia post mortem ipsius Johannis uiri sui in uiduitate sua ratam habuit donacionem illam quam ei fecerat[3], ita quod cepit redditum de eadem terra, scilicet unam libram cimini per tres annos ita quod semel cepit[4] pro libr. cymini, et inde ponit se super iuratam.

Et Ascelina hoc totum defendit et dicit quod nunquam post mortem uiri sui cepit redditum illum, set illum semper refutauit et inde ponit se super iuratam, et bene concedit quod si iurata dicat quod redditum illum post mortem ipsius Johannis receperit, quod tunc Johannes et Alicia teneant in pace per donum illud, sin autem, tunc rone[5] Ascelina. Et ideo fiat iurata et ueniat a die Pasch. in tres sept. ad recognoscendum si predicta Ascelina post mortem predicti Johannis uiri sui recepit de predictis Johanne et Alicia redditum unius

[1] A. m. 8.

[2] Om. *est*, A; *cui ipsa in uita contradicere non potuit.*

[3] See Br. f. 321 b.

[4] Supply *iiij. s.*, A; four shillings instead of the pound of cumin.

[5] This is the abbreviated form of *ratione*. The word in A is indistinct, but it seems to be *rec'*; Ascelina is to recover.

libre cymini, uel si ipsa semper postea redditum illum refutauit, etc.

A die S. Hillarii in tres septimanas.

318. [1] Assisa uenit recognitura si Andreas de Cancellis iniuste et sine iudicio disseisiuit Abbatem Grestenn'[2] de libero tenemento suo in Merse post etc. Et Andreas non uenit etc. Et Robertus de Aumari et Robertus de Valoines, Henricus de Scaccario et Robertus de Braey[3] quatuor milites ad hoc iusticiarii constituti ueniunt recordaturi et dicunt quod Andreas nunquam comparuit coram eis et habuit alios dies coram eis et Dom. Rex mandauit quod assisa poneretur coram iusticiariis in banco aput Westmonasterium ad hunc diem, ad quem nec Andreas uenit. Et ideo capiatur assisa uersus eum per defaltam. Et Robertus de Chetwude et Willelmus filius Reginaldi recognitores eiusdem assise in misericordia pro defalta. Buck.

Juratores dicunt quod Johannes de Monte Acuto tenuit manerium de Merse de Abbate Gresten', et idem Robertus[4] uenit et reddidit eidem Abbati manerium illud et cartam quam inde habuit reddidit eidem Abbati pro quieta clamancia firme quam idem Johannes ei debuit[5], et idem Abbas remansit inde in seisina et posuit ibi quemdam monachum suum. Et postea uenit archidiaconus Lewensis et tulit breue Dom. Regis de habenda seisina de omnibus terris unde predictus Johannes de Monte Acuto obiit seisitus et monachus noluit exire de eadem terra, quia predictus Johannes non obiit inde seisitus, et post uenit Andreas de Cancellis cum ui sua et amouit ipsum monachum et disseisiuit predictum Abbatem, et ideo dicunt quod | idem Andreas eum [48 b.] iniuste etc. desseisiuit sicut breue dicit. Et ideo consideratum est quod Abbas recuperauit seisinam suam, et Andreas in misericordia. Et iuratores requisiti de dampnis ipsius Abbatis dicunt quod non possunt requirere[6] que dampna

[1] A. m. 8.
[2] Grestain in Normandy.
[3] *Bracy*, A.
[4] Corr. *Johannes*, A.
[5] More of this matter in Case 354.
[6] Corr. *inquirere*, A.

habuit, set inquirent. Et ideo si opus fuerit fiat inde inquisicio.

319. Norhamton. [1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Haregraue que uacat, cuius aduocacionem Ricardus de Desebing' clamat uersus Priorem Hospitalis Jerosolime in Anglia qui uenit per attornatum suum et cognouit quod quidam frater de Melkesham appellauit contra presentationem ipsius Ricardi non nomine Prioris, set cuiusdam Johannis Bauzan qui est infra etatem et in consilio ipsius Prioris, et ipse non wlt impedire, set non cognoscit quod antecessor ipsius Ricardi nunquam presentasset personam ad eandem ecclesiam. Et Johannes presens est et est infra etatem, et dicit quod presentatio ad eum pertinet, et ideo procedat assisa.

Et iuratores dicunt quod quidam Rogerus Constantin presentauit quendam Thomam qui ultimo obiit persona in eadem ecclesia et qui ad presentacionem suam fuit admissus. Et quesiti quis sit heres ipsius Rogeri, dicunt quod idem Rogerus habuit unum filium Willelmum nomine, et idem Willelmus habuit unum filium Rogerum, et unam [2]Amiciam nomine, et idem Rogerus obiit sine herede de se et descendit hereditas Amicie sorori sue que fuit uxor Ricardi de Dereburgo et de qua habet pueros. Et dicunt quod Amicia habuit hereditatem predicti Rogeri, et reuera Willelmus filius Rogeri uendidit terram de Haregraue cuidam Frumbaldo tenendam de eodem. Et quia idem Ricardus habet hereditatem uxoris sue et heredis ipsius uxoris sue secundum consuetudinem regni, Consideratum est quod Ricardus recuperauit seisinam de predicta aduocacione racione predictorum heredum et Prior in misericordia[3]. Perdonatur quia non inplacitauit nomine suo set nomine predicti Johannis.

320. Sumerset. [4]Dies datus est Reginaldo de Kalmundesdena et Agneti

[1] A. m. 9.

[2] Supply *filiam*, A.

[3] Bracton, f. 244, thinks that tenant by the curtesy can not bring the assize of darrein presentment, but only a quare impedit.

[4] A. m. 9. Copied by the mechanical copyist because the marginal mark against the last case went a little too far.

uxori eius petentibus per attornatum suum et Willelmo le Bret tenenti.

321. [1]Ricardus filius Nigelli optulit se quarto die uersus Thomam Priorem[2] de Wymundesham de placito quare [3] ei unam caruc. terre cum pert. in Wymundesham de qua terra predictus Nigellus pater ipsius Ricardi cuius heres ipse est fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit. Et Prior non uenit et sum' etc., et puer est infra etatem et cognouit quod debet tenere de Priore, et nescitur utrum sit socagium uel feodum militare. Et ideo Prior attachietur quod sit a die Pasch. in unum mensem. Norf.

322. [4]Galfridus de Clinctona petit uersus Abbatem de Rameseia unam carucatam terre cum pertinenciis in Clinctona ut ius suum etc. unde quidam Godricus antecessor suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Henrici Regis aui capiendo inde expleta ad walenciam dimid. marc. et predicto Godrico descendit ius terre illius. Huntgd.

Et Abbas uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia idem Galfridus petit unam carucatam terre cum pertinenciis in predicta uilla, et aduocacio ecclesie illius uille est de pertinenciis illius carucate terre, et desicut non excipit in breui suo nec in narracione aduocacionem illam, non wlt respondere ad hoc breue nisi curia considerauerit.

Et Galfridus dicit quod reuera petit totam terram quam Abbas tenet in eadem uilla cum pertinenciis, set non posuit in uisu aduocacionem nec aliquid clamat de aduocacione.

Et quia Galfridus cognoscit quod clamat totam terram quam Abbas tenet in eadem uilla cum pertinenciis et aduocacio est de pertinenciis et non excepit eam in breue, ideo consideratum est quod Abbas non respondeat ad hoc breue, et ideo Abbas inde sine die et Galfridus in misericordia. error[5].

323. [6]Rannulfus filius Henrici petit uersus Willelmum Britonem Norhumbr.

[1] A. m. 9.
[2] *Priorem*, repeated.
[3] A blank. *deforciat*, A.
[4] A. m. 9 d.
[5] *et Abbas nichil tenet de aduocacione*, written in the margin of A apparently by him who scored the roll. I think Bracton would have said that there was 'error' here if the Abbot had nothing in the advowson; see f. 433 b.
[6] A. m. 9 d.

xl. acr. terre cum pert. in Waskerle ut ius suum et in quas idem Willelmus non habet ingressum nisi per ipsum Rannulfum qui illas ei dimisit ad uoluntatem suam etc. unde idem Rannulfus dicit[1] tempore Regis Henrici qui nunc est terram illam ei tradidit ad uoluntatem suam et inde producit sectam.

Et Willelmus per attornatum suum uenit et defendit ius suum tenendi in dominico et predictum ingressum et dicit quod predictus Rannulfus eum feoffauit de terra illa per cartam suam set amisit cartam illam et fecit ei inde homagium suum, et quod ita sit ponit se in magnam assisam et petit recognicionem fieri, utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipso Rannulfo, an idem Rannulfus tenendi terram illam in dominico[2].

Et Rannulfus hoc totum defendit et quod nunquam eum feoffauit de terra illa nec cartam ei inde fecit, et inde ponit se super patriam, si secta sua ei non sufficit etc. Consideratum est quod magna assisa fiat. Et ideo.

324. Suht. [49.] [3]Isemania que fuit uxor Philippi le Arceueske petit uersus Dionisiam de Tydeby unam marcatam redditus | cum pertinenciis in Suhamptona ut dotem suam, unde predictus Philippus quondam uir suus etc.

Et Dionisia uenit et dicit quod non debet inde dotem habere, quia ipsa fuit uxor ipsius Philippi, et non predicta Isemania et hoc bene patet quia ipsa in curia cristianitatis hoc ipsum probauit coram iudicibus delegatis.

Et Isemania quesita quando fuit eidem Philippo desponsata, dicit quod x. anni elapsi erunt primo die Maij proximo uenturo quod desponsata fuit aput Wyntoniam[4].

Et Dyonisia petit hoc sibi allocari, et dicit quod ipsa desponsata fuit die S. Andree proximo ante guerram motam inter Johannem Regem et barones suos Anglie[5], et inde

[1] Supply *quod*.

[2] Bracton, f. 319, cites from an eyre of William Raleigh (date not given) in Northamptonshire or Northumberland a case between Peter de Galdington and W. de Breton which is very like this, and here also W. de Breton is tenant. The notable point is that the tenant in a writ of entry is allowed to put himself on the grand assize. This, because he pleads a feoffment.

[3] A. m. 13.

[4] 1 May, 1219.

[5] 30 Nov. 1214.

profert literas Eboriensis[1] Archiepiscopi que testantur quod predicta Dyonisia per testes legitimos[2] Archidiacono Noting' de causa matrimonii inter ipsum et predictum Philippum cognoscente sufficienter probauit quod dictus Philippus die S. Andree proximo ante guerram inter J. Regem et barones suos cum ipsa contraxit matrimonium Data aput Suwell' viij. kal. Januar. pontificatus[3] anno xiiij°. Profert eciam alias literas patentes ipsius Archiepiscopi que testantur quod ipse mandauit P. Wyntoniensi Episcopo quod cum idem Philippus[4] in Archid'[5] Noting' tanquam uir et uxor aliquando cohabitassent Archidiaconus eiusdem loci uolens quod super matrimonio inter eos contracto ut dicebant ecclesie fieret plena fides, predictis Philippo et Dyonisie ad probandum matrimonium inter[6] contractum diem prefixit quo adueniente matrimonium inter eos contractum legitime per testes omni exceptione maiores probauerunt.

Et quia Ismania cognoscit quod ipsa fuit desponsata post tempus quo ipsa Dyonisia eidem Philippo fuit desponsata sicut rec'[7] est per testimonium ipsius Archiepiscopi quod ipsa Ismania non dedicit, Consideratum est quod Dionisia inde quieta et teneat dotem nomine ipsius Philippi et Ismania in misericordia, et prohibitum est ei ne sequatur amplius placitum in curia cristianitatis contra ipsam Dyonisiam nec contra alios racione dotis perquirende. Plegius quod non prosequetur amplius Petrus filius Arturi.

325. [8]Ada[9] de S. Elena petit uersus Othonem filium Willelmi xj. libr. sterlingorum quas ei debet et iniuste detinet ut dicit. Et unde idem dicit quod Henricus de S. Elena pater suus cuius heres ipse est denarios illos ei acomodauit, et petit ut filius et heres ipsius Henrici et profert tayllium et producit sectam que testatur quod ita denarios illos ei debet. Midd.

Et Otho per attornatum suum uenit et defendit contra eum et contra sectam quod nichil ei debet et quod pater

[1] *Eboracensis*, A.
[2] Supply *coram*, A.
[3] Supply *sui*, A. Walter Gray was translated to York 27 March 1216; consecrated bishop of Worcester 5th Oct. 1214.
[4] Supply *et Dionisia*, A.
[5] *Archidiac'*, A; *Archidiaconatu*.
[6] Supply *eos*, A.
[7] Sic A; *recognitum* or *recordatum*.
[8] A. m. 13.
[9] Sic A.

ipsius Ade nichil ei acomodauit et hoc offert defendere sicut curia considerauerit etc.

Et ideo consideratum est quod Otho defendat se xij^{ma}. manu. Set quia Otho non est presens et mutuum debuit ei fieri[1] dictum est attornato quod faciat eum uenire in propria persona a die Pasch. in unum mensem, et tunc uadiet legem etc. in eodem statu quo nunc etc. Post uenit Otho et uadiat legem, et ueniat cum lege a die S. Mich. in unum mensem etc. Pleg' de lege etc.

PLACITA APUT WESTMONASTERIUM ANNO REGNI REGIS XIIJ°. DE TERMINO PASCHE[2].

326. Suhant. [3] Assisa uenit recognitura si Thomas de Portu pater Johannis de Portu fuit seisitus in dominico suo ut de feodo etc. de feodo unius militis cum pert. in Aune, die etc. et si etc., quod feodum[4] de Portu tenet qui uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia non tenet plene feodum illud eo quod non habet aduocacionem ecclesie eiusdem uille cum j. caruc. terre et iiij. acr. terre que pertinent ad feodum illud, et preterea Prior de Okeburnia tenet unam caruc. terre que uocatur Golhord[5] et que est de eodem feodo, preterea dicit quod idem Johannes est frater suus de uno eodemque patre de cuius morte profert assisam, et preterea dicit quod habet quendam fratrem primogenitum Philippum nomine.

Et Thomas[6] uenit et bene cognoscit quod fratres sunt et de uno patre, et ideo consideratum est quod assisa non iacet[7], et Thomas inde sine die, et Johannes in misericordia pro falso clamore.

327. Essex. [8] Johannes de Litlebyri petit uersus Isabellam de Berners j. molendinum et ij. mesuagia, et unam uirgat. et x. acr.

1 Sic A.

2 For this term B means Coram Rege Roll No. 31; C means No. 32.

3 B. m. 6 d; C. m. 7 d.

4 Supply *Thomas*, B, C.

5 *Goword'*, B, C.

6 Corr. *Johannes*, B and C have a somewhat different phrase.

7 See Br. f. 271 b; no assize between brothers.

8 B. m. 8 d; C. m. 10.

terre, et unam acr. prati cum pert. in Litlebyri ut ius suum etc.

Et Isabella per attornatum suum uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia Willelmus Luuel tenet inde unum molendinum et x. acr. et dimidium mesuagium, et tenuit priusquam breue de recto fuisset perpetratum[1] et inde ponit se super iuratam patrie et bene concedit quod nisi ita fuerit quod ipse[2] molendinum terram et dimidium mesuagium amittat[3]. |

Et Johannes hoc totum defendit et dicit quod predicta [49 b.] Isabella fuit in seisina de toto tenemento illo die quo breue fuit inpetratum et inde ponit se super iuratam[4]. Data breuis queritur et fuit inpetratum xvj. die Nouembris ann. xij. etc. et ideo fiat inde iurata. Et preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus placitorum corone Dom. Regis uenire faciat xij. etc., et per eorum sacramentum diligenter inquirat si predicta Isabella tenuit totam terram illam molendinum et mesuagium uel si predictus Willelmus die quo breue etc. et inquisicionem etc. per literas etc. sigillo suo et sigill' etc. et per duos etc. a die etc.

328. [5]Margeria filia Philippi filii Alberti petit uersus Willelmum Abbatem de Middeltona dim. hidam terre cum pert. in Upsiteling ut ius suum unde quidam Albertus auus suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo etc. tempore J. Regis tempore pacis capiendo inde expleta ad ualenciam dim. marc. etc. et de ipso Alberto descendit ius terre illius cuidam Philippo ut filio suo et heredi et de predicto Philippo isti Margerie ut filie et heredi, et quod tale sit ius suum et quod predictus Albertus ita fuit seisitus offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Dunecani Scoti nomine qui uidit predictum Albertum ita seisitum ut predictum est etc. Dorset.

[1] Corr. *impetratum.*

[2] Sic B; *ita quod concedat quod si non teneat etc. amittat seisinam,* C. See Br. *de Except.* cap. 27. This is an instance of a *jocus partitus*, the tenant consents to lose all the land that he holds if it be proved by inquest that his plea of partial non-tenure is false. It is a wager, a jeopardy.

[3] I think that here Copyist No. 3 stops and Copyist No. 1 begins again.

[4] *patriam*, C. Here C stops.

[5] B. m. 8 d; C. m. 8 d.

Et Abbas per attornatum suum uenit et defendit ius ipsius Margerie et seisinam antecessorum suorum et totum de uerbo in uerbum et hoc offert defendere per corpus cuiusdam liberi hominis sui Odonis Cornub' nomine qui hoc offert defendere per corpus suum[1] curia considerauerit. Et ideo consideratum est quod duellum uadiatur[2] inter eos et quod Odo det uadium defendendi et Dunecanus disracionandi.

329. Notingeham. [3]Mauuesinus[4] de Hersy et Theophania uxor eius Willelmus Ruffus et Isabella uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum Waltero[5] Eboracensi Archiepiscopo quo iure se tenent in aduocacione capelle S. Swithwini de Ratfordia[6] que est de feodo ipsius Archiepiscopi et sita in parochia de Clareburgo.

Et Ma*ui*esinus et alii ueniunt et dicunt quod antecessores ipsarum Theophanie et Isabelle fuerunt seisiti de capella illa ut de iure suo et sic descendit ius illius capelle istis Theophanie et Isabelle.

Post uenit Archiepiscopus per attornatum suum et petit aduocacionem predicte capelle ut ius suum unde Archiepiscopus Rogerus[7] predecessor suus fuit seisitus tempore H. Regis aui etc. ita quod presentauit quendam clericum Elyam nomine ad ecclesiam de Claroburgo qui predicto tempore cepit expleta de predicta capella etc. ad ualenciam etc. et hoc offert etc.

Et Ma*ui*esinus et alii postea ueniunt et ponunt se in magnam assisam Dom. Regis et petunt recognicionem fieri utrum ipsi maius ius habeant in predicta capella ut pertinente ad ecclesiam de Raffordia que est de eorum aduocacione uel idem Archiepiscopus ut pertinente ad ecclesiam suam de Clareburgo. Consideratum est quod magna assisa iacet[8].

330. Notingeham. [9]Radulfus filius Petri et alii[10] summoniti fuerunt ad respondendum Magistro Radulfo de Colingeham quo iure

[1] Supply *sicut*, B, C.
[2] *fiat*, B, C.
[3] B. m. 9 d; C. m. 8 d.
[4] *Maluesinus*, B.
[5] Walter Gray.
[6] *Rafford'*, B.
[7] Roger of Bishopsbridge, ob. 1181.
[8] *Et sciendum quod recordum est in rotulo de itinere M. de Pateshulla Ebor' anno xj. incip. duodecimo*, C.
[9] B. m. 7 d; C. m. 11 d.
[10] Twenty defendants.

communam exigunt in terra ipsius Magistri in Colingeham desicut idem Magister nullam communam habet in terra ipsorum Radulfi et aliorum[1] nec ipsi seruicium ei faciunt quare communam, etc.

Et Radulfus filius Petri[2] pro se et omnibus aliis quorum loco ponitur uenit et dicit quod pastura illa de qua uisus factus est et que uocatur Furlanges et quedam insula spectat ad terram suam de Karletona et est de uilla de Carletona ita quod bene licet eis[3] falcare ibidem et herbam et fenum inde asportare et animalia sua ibidem pascere sine aliqua communa quam homines de Colingeham ibi habere debent et bene dicit idem Radulfus filius Petri [4]quod insula illa que uocatur Liteleholm et predicta pastura que uocatur Langefurlanges habet[4] ipse in dominico ita quod homines de Carletona uicini sui[5] communam habent ibidem ad uoluntatem suam et per seruicium quod inde ei faciunt.

Et quum predictus Radulfus filius Petri aduocat predictam insulam et predictas Langefurlanges quod ea habet in dominico, Consideratum est quod Radulfus de Colingeham perquirat sibi per aliud breue et petat terram illam in dominico desicut uterque eorum dicit quod terra in qua communa petitur est dominicum suum, et sit[6] in misericordia pro falso clamore et Radulfus filius Petri et alii inde sine die etc.

331. [7]Assisa uenit recognitura si Ricardus Cocus pater Ricardi fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xij. acr. terre cum pert. in Etona etc. die etc. et si etc., quam terram Robertus Ruffus et Amabilis uxor eius et Henricus filius ipsius Amabilis tenent. Qui ueniunt et Robertus et Amabilis dicunt quod ipsi tenent terram illam ut dotem ipsius Amabilis, et Henricus infra etatem est, et dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia terra illa data fuit predictis Ricardo Buck.

[1] *in Karleton'* added in the margin by another hand; these words are in B and C.

[2] Bracton, f. 225 b, cites this case. The defendants including Ralph Fitz Peter have to answer by what right they claim common. Ralph's answer is 'I claim no common in this land, for the land is mine.' The action fails.

[3] *eidem Radulfo*, not *eis*, B, C.

[4–4] Sic.

[5] The co-defendants of Ralph Fitz Peter.

[6] *sit* repeated.

[7] B. m. 10; C. m. 12.

[50.] et Amabili et heredibus de ipsa Amabili prouenientibus | et iste Henricus est heres ipsius Ricardi et Amabilis, et reuera dicunt quod Rogerus de Cauz tradidit predicto Ricardo medietatem terre illius antequam eandem Amabilem desponsauit[1] et ad terminum uite sue tantum, set postquam idem Ricardus eandem Amabilem desponsauit dedit et concessit eisdem Ricardo et Amabili aliam medietatem tenendam simul cum alia medietate quam prius habuit in feodo ipsis Ricardo et Mabilie[2] etc. per cartam suam et inde ponunt se super iuratam.

Et Ricardus dicit quod antequam Ricardus pater suus desponsauit predictam Amabilem et postquam desponsauit Mabiliam matrem primam uxorem suam[3] predictus Rogerus de Cauz dederat predicto Ricardo patri suo totam terram illam integre per cartam suam de feofamento, set postquam Mabilia mater sua mortua fuit et postquam pater suus desponsauit predictam Amabilem ipsa Amabilis induxit patrem suum ad hoc ut redderet ipsi Rogero primam cartam et ut ipse cartam suam faceret ei et Amabili uxori sue de feoffamento et heredibus ipsorum de corpore ipsius etc. ut sic exheredarent ipsum Ricardum filium primogenitum et heredem ipsius Ricardi, et quod ita sit ponit se super iuratam, et Robertus et Amabilis similiter, si curia considerauerit quod iurata fieri debeat dum predictus Henricus sit infra etatem etc.

Nota quod ille qui est infra etatem super quem uenit assisa mortis uocauit warantum. Set in fine remansit assisa propter etatem[4].

Post uenit Henricus filius et heres predicte Amabilis et uocat inde at warantum Johannem de Segraue et Emmam uxorem eius filiam et heredem predicti Rogeri de Cauz, habeat eum etc. et iurata interim remaneat quousque sciatur de warancia, quia predicti Ricardus et Henricus fratres sunt etc. Ad diem illum quia Henricus est infra etatem et pater suus obiit seisitus de predicta terra ut de feodo Consideratum est quod habeat etatem ideo[5] etc.

[1] *desponsasset*, B, C.

[2] Originally and correctly *Amabili; ipsis Ricardo et Amabili et heredibus de carne ipsius Amabilis exeuntibus et per cartam*, B, C. Richard Cook had two wives (1) Mabilia, (2) Amabilis. The question is whether the land has been given to him and the defendant, his second wife, and the heirs of their bodies.

[3] *suam*, repeated.

[4] This is the first of a series of notes (MS. f. 50—53 b) written by him whom I call "the occasional annotator." On f. 54 "the usual annotator" resumes work.

[5] *et ideo inde sine die usque ad etatem suam*, B, C.

332. [1] Willelmus de Eltesduna et Agnes uxor eius petunt uersus Adam de Staundfordia et Matillidem uxorem eius medietatem iiij. mesuagiorum cum. pert. in Staunfordia et medietatem j. uirg. terre cum pertinenciis in Stornwurthe ut racionabilem partem ipsius Agnetis que eam contingit de hereditate Willelmi de Estaunfordia fratris ipsarum Agnetis et Matillidis cuius heredes ipse sunt in eisdem uillis et qui nuper obiit etc. Norhamt. Nota de Assignatis[2].

Et predicti Ada[3] et Matillis ueniunt et dicunt quod non debet inde partem habere quia terra illa data fuit predicto Willelmo fratri ipsarum habendam et tenendam sibi et heredibus suis etc. assignatis[4] et ipse assignauit terram illam predictis Ade et Matillidi etc. et inde profert cartam ipsius Willelmi que hoc testatur, set bene concedit quod ipse Agnes et Matillis fuerunt sorores de uno eodemque patre et una eademque matre etc.

Et Willelmus et Agnes ueniunt et dicunt quod carta illa non debet eis nocere quia predictus Willelmus frater predictarum etc. die quo iter arripuit uersus terram sanctam in quo obiit fuit in seisina de eadem terra et si aliqua carta inde facta fuit hoc fuit postquam idem Willelmus iter illud arripuit quia ipsa Matillis habuit sigillum suum in custodia et quod sic iter arripuit et quod ita fuit in seisina quando etc. et quod ante arrepcionem illius itineris terram illam nulli assignauit ponit se super patriam et super testes nominatos in carta[5].

Et predicti Ada et Matillis dicunt quod ante arrepcionem etc. assignauit idem Willelmus frater eis terram et inde ponunt se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti Norhamtone quod conuenire faciat coram eo et coram custodibus placitorum corone predictos iiij. testes de comitatu Norhamtone et preter eos sex liberos et legales homines de proximo uisneto de Estaunfordia et per eorum sacramentum etc. si predictus Willelmus die quo iter suum arripuit etc. fuit seisitus ut de feodo uel si per iiij. annos ante arrepcionem etc. assignauit etc. eisdem etc. per cartam

[1] B. m. 10 d; C. m. 14.
[2] Br. f. 17 b.
[3] Sic C; *Adam*, B.
[4] *assignatis*, interlined above *etc.*; *heredibus suis uel assignatis suis*, B, C.
[5] Ten names, B, C.

suam unde predicti Willelmus et Agnes dicunt quod idem Willelmus tradidit predictis Ade et Matillidi ad firmam et non in feodo et inquisicionem etc. scire faciat iustic' apud Westmonasterium etc. per literas etc. et per duos etc. Et mandatum est uicecomiti Leicestrie quod ad diem et locum quem predictus uicecomes Norhamtone ei scire faciet uenire faciat vj. testes de comitatu suo ad faciendam inquisicionem illam simul cum predictis iiij. testibus de comitatu Leicestrie[1] et simul cum predictis sex de uiseneto.

333. Kent. [2] Willelmus de Auerenches summonitus fuit ad respondendum Willelmo de Auberuilla et aliis[3] quare iniuste cepit aueria ipsorum et iniuste detinuit etc. unde Willelmus de Auberuilla queritur quod dictus Willelmus de Auerenches iniuste cepit viij. boues et ij. equos in terra quam de eo tenet in Kancia et eos abduxit usque ad Com. Buck. ita quod eos habere non potuit nec per uadium nec per plegium quousque deliberati fuerunt per speciale breue Dom. Regis et per withernam per quod uicecomes eum ad hoc distrinxit et quod ita cepit aueria sua et ea detinuit etc. per quam capcionem deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam etc. et inde producit sectam etc. et unde Willelmus de Ceringtona queritur quod eodem modo cepit ab eo viij. aueria unde dampnum habet etc. et plures alii eodem modo et omnes producunt etc.

Nota de placito de detentione aueriorum ubi captio iusta set defendit iniustam detentionem et abductionem extra comitatum, et inde ad legem.

Et Willelmus de Auerenches per attornatum suum uenit et defendit iniustam capcionem et detencionem contra uadium et plegium et totum et abductionem extra comitatum et deterioracionem et totum et uerum uult dicere quod omnes supradicti tenent de eo et Dom. Rex concessit ei scutagium suum de feodis suis, scilicet de quolibet feodo militis ij. marc. et inde misit breue suum uicecomiti Kancie et uicecomes distrinxit eos scilicet quemlibet secundum quantitatem tenementorum suorum ad illud scutagium reddendum et bene defendit quod nunquam uetuit aueria ipsorum contra uadium et plegium et quod nunquam ea fugauit extra comitatum et hoc offert defen-

[1] Corr. *Norhamtone.*
[2] B. m. 11; C. m. 14.
[3] Eight other plaintiffs.

dere contra eos et contra sectam ipsorum sicut curia considerauerit. |

Et quia capcio hinc inde cognita est et pro seruicio [60 b.] eorum et de seruicio nulla fit mencio in breui nisi tantum de iniusta detencione et abduccione extra comitatum, Consideratum est quod Willelmus defendat se xij^{ma}. manu, et ueniat cum lege a die etc.

PLACITA ET ASSISE TAM DE ITINERE COMITATUS MIDDELSSEXIE CUM ESSONIIS QUAM PLACITA DE BANCO CUM ESSONIIS DE TERMINO S. TRINITATIS ANNO REGNI REGIS XIIJ[1].

334. Laurencius Lorimerius peciit in comitatu uersus Ricardum de Musache xxvj. acr. terre cum pert. in Hemdun' ita quod idem Ricardus posuit se in magnam assisam Dom. Regis et postea conuictum est quod idem Ricardus est uillanus Gileberti de Hemdun' et ideo inde sine die, et preterea idem Ricardus cognouit coram iusticiariis quod uillanus fuit et ideo remaneat assisa inter eos et Laurencius perquirat se uersus Gilebertum si uoluerit.

335. Assisa uenit recognitura si Walterus filius Osberti pater Ricardi filii Walteri fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xviij. acr. terre cum pert. in Akene die etc. et si etc. Quam terram Ilda fil' Thurgis' et Alicia uxor eius tenent qui ueniunt et dicunt quod assisa non debet super eos inde procedere quia ipsi tenent terciam partem illius terre in dotem ipsius Alicie ex dono Salomonis le Franceys primi uiri sui et duas partes in custodia cum Wimarca et Cristiana filiabus et heredibus ipsius Salomonis qui sunt infra etatem et unde pater ipsarum obiit seisitus ut de feodo. Et Ricardus bene cognoscit quod una habet etatem et altera infra

Quod assisa mortis remanet usque etatem ubi antecessor tenentis obiit seisitus ut de feodo[2].

[1] I suppose that the Middlesex Eyre was held at Westminster and in term time and that cases *de itinere* and cases *de banco* thus came upon the same roll. It will be seen that the eyre cases have no marginal venue; they all belong to Middlesex.

[2] See Br. f. 422 b. The parol demurs.

etatem est et ideo exspectetur etas et tunc summoneatur loquela in eodem statu etc. et Ricardus filius Walteri tunc summoneatur ut inde respond*eatur*.

336. Assisa uenit recognitura si Stephanus Cantuariensis Episcopus et alii iniuste etc. disseisiuerunt Hugonem de Coleham de communa pasture sue in Heyfe que pertinet ad liberum tenementum suum in Coleham post ultim' etc.

Et Archiepiscopus obiit[1] et omnes alii ueniunt et dicunt quod nichil clamat[2] in predicta pasture nisi per predictum Archiepiscopum qui inde obiit seisitus. Et Hugo hoc totum cognoscit. Et ideo consideratum est quod omnes inde sine die. Et Hugo perquirat se uersus Archiepiscopum qui nunc est si uoluerit.

Nota quod cadit assisa noue disseisine ubi principalis disseisitor de pluribus mortuus est[3].

337. Assisa uenit recognitura si Bartholomeus de Venuz iniuste etc. disseisiuit Galfridum Brokebrod de libero tenemento suo in uico de la Cherring' infra *suum*[4]. Et Bartholomeus uenit et nichil dicit quare assisa remaneat.

Juratores dicunt quod predictus Bartholomeus non diseisiuit eum iniuste sicut Gaufridus dicit quia non tenuit terram illam unde uisus factus fuit nisi de anno in annum ad uoluntatem ipsius Bartholomei et pro quibusdam arreragiis x. sol. reddidit ipse Gaufridus coram probis hominibus eidem Bartholomeo terram illam spontanea uoluntate. Et ideo consideratum est quod Bartholomeus inde quietus in pace et Gaufridus in misericordia.

338. Assisa uenit recognitura si Johannes Capellanus de Wi*n*ellega Ada de Alta Ripa iniuste etc. disseisiuerunt Gaufridum Gibewin' de libero tenemento suo in Wy*n*elega post ultim' etc. Et neuter ipsorum, nec Johannes fuit athachiatus quia capellanus[5] et Ada profectus fuit in terram sanctam et ideo procedat uersus eos per defaltam.

Juratores dicunt quod Ricardus de Kaumuilla et Egelina uxor eius dederunt predicto Galfrido lx. solidatas redditus cum pert. in quodam molendino in Wylielega tenendas sibi pro uno denario per annum. Et predictus Johannes qui

[1] 6 July, 1228.
[2] Corr. *clamant*.
[3] Bracton, f. 226, cites this case to prove this proposition. He cites from Trinity A. R. 12, Middlesex Iter.
[4] Corr. *infra terminum*.
[5] A clerk can not be attached, Br. f. 442 b.

tenet molendinum illud in feodo attornatus fuit eidem Gaufrido ad reddendum ei predictum redditum quia tenuit molendinum illud ad feodi firmam per predictos lx. sol. Et postea coactus fuit per predictum Adam de Alta Ripa quod non potuit eidem Gaufrido reddere predictum redditum et libenter ei reddidisset si ausus esset pro predicto Ada, unde dicunt quod predictus Ada disseisiuit eum et non predictus Johannes. Et ideo consideratum est quod Gaufridus recuperauit seisinam suam et Ada in misericordia, et Gaufridus sit in misericordia pro falso clamore uersus predictum Johannem. Est in partibus transmarinis et non habet terram.

339. Assisa uenit recognitura si Johannes Cabus iniuste etc. disseisiuit Emmam Duredent de libero tenemento suo in Ikenham post primam etc. Et Johannes non uenit set Duredent. Johannes Blund balliuus eius et nichil dicit contra assisam.

Juratores dicunt quod quidam Johannes Cabus pater istius Johannis dedit isti Johanni unam uirgat. terre cum pert. in Ikenham quam Johannes le Blund tenuit libere pro iiij. s. et viij. d. per annum, ita quod post donacionem illam uenit predictus Johannes filius et eiecit ipsum Johannem Blundum de terra illa et tenuit eam in manu sua per unum annum et postea dedit eam isti Emme ita quod ipsa fuit inde in seisina per duos annos. Et postquam ipsa per tantum tempus fuit in seisina uenit idem Johannes filius et disseisiuit predictam Emmam | et terram illam restituit [51.] eidem Johanni Blundo. Et iuratores requisiti si predictus Johannes Blundus tenuit terram illam in feodo per predictum seruicium uel ut firmarius predicti Johannis patris, ita quod eum amouere potuit ad uoluntatem suam, dicunt quod idem Johannes Blundus terram illam tenuit in feodo Judicium Alibi[1].

[1] I have not yet found the judgment. Bracton, f. 177, discusses the case at length, citing eyre of William Raleigh in Middlesex, Trinity term A. R. 13, but judgment, he says, was given *coram ipso rege*. The case is this:—B disseises C, and enfeoffs D, and then disseises D and enfeoffs C; D brings novel disseisin against B; *Held* that D can not recover the tenement but that in the action D can obtain from B a tenement of equal value in exchange. A good example of royal 'equity.'

per predictum seruicium, et eciam pater suus et antecessores sui ita illam tenuerunt.

340. Assisa uenit recognitura si Rogerus Shin pater Johannis fuit seisitus in dominico suo etc. de una acr. terre et dim. acr. prati cum pert. in Edele*in*tona die etc. et si etc. quam terram et quod pratum Johannes Blundus tenet qui uenit et uocat inde ad warantum Ademundum Atteponde, qui uenit et uocat inde ad warantum Galfridum de Querendona. Habeat eum cras. Post uenit Galfridus et warentizat et dicit quod assisa non debet inde fieri quia Rogerus Shin fuit uillanus et obiit uillanus et ipse Johannes est uillanus et Rogerus pater suus obiit ante terminum et inde ponit se super iuratam.

Juratores dicunt quod Rogerus obiit ante primam coronacionem Regis Ricardi et ideo consideratum est quod Gaufridus inde quietus et Johannes in misericordia.

341. Archidiaconus Westmonasteriensis athachiatus fuit ad respondendum Johanni filio Willelmi Aurifabri quare tenuit placitum in curia cristianitatis de catallis etc. que non sunt etc. contra prohibicionem Dom. Regis, et similiter Mabilia de Castellis athachiata fuit ad respondendum quare secuta fuit illud idem placitum.

Et Abbas Westmonasteriensis uenit et dicit quod Archidiaconus est monachus suus et non potest nec debet sine eo respondere et dicit quod idem Archidiaconus non tenuit placitum illud contra prohibicionem set dicit quod ante prohibicionem tenuit placitum illud et per eum[1] sicut illud quod fuit de matrimonio quia predictus Johannes aliquando contraxit matrimonium cum predicta Mabilia, et Willelmus de Castellis dedit utensilia et alia catalla cum predicta Mabilia eidem Johanni et postmodum cum celebratum esset diuorcium inter eos in forma ecclesie ipsa uoluit repetere ea que cum ea data fuerunt et inde eum[2] inplacitauit quia ea reddere contradixit, et ita tenuit placitum illud et tali modo ipsa secuta est et non alio modo.

Et Johannes uenit et dicit etc. Postea concordati sunt

[1] The Archdeacon held the plea at the Abbot's instance (?)
[2] *inde eum* repeated.

ita quod Mabilia dedit predicto Johanni v. sol. et Johannes remittit totum clamium et accionem quam habuit uersus eam de hac causa et Mabilia similiter retraxit se de loquela quam fuit prosecuta in curia cristianitatis et quietum clamat ipsum.

342. Robertus Holebut et Isabella uxor eius per eandem Isabellam po. lo. ipsius Roberti[1] petit uersus Thomam de Stanewella xx^ti^. acr. terre cum pert. in Stanewella ut ius et hereditatem ipsius Isabelle et in quas idem Thomas non habet ingressum nisi per Herebertum le Paumer qui ei illas dimisit dum predicta Isabella fuit infra etatem et in custodia sua ut dicunt etc.

Et Thomas uenit et defendit ius suum et talem ingressum et dicit quod habet ingressum per quamdam Beatriciam Malesmains et uocat inde ad warantum Ragenildam filiam ipsius Beatricie. Habeat[2] die Lune ut de die in diem. Post uenit Renilda et bene warentizat ut illam quam Beatricia mater sua dedit per cartam suam predicto Thome. Et Thomas quesitus si alium ingressum uel aliud ius habuit in terra illa nisi per predictam Beatriciam dicit quod per Margeriam uxorem suam cuius hereditas illa fuit ita quod post mortem ipsius Margerie quia obiit sine herede de se descendit terra illa predicte Beatricie ita quod fuit in seisina de terra illa per unum mensem et postea fecit tantum uersus eandem Beatriciam quod ipsa concessit ei terram illam unde dicit quod habet per eandem Beatriciam et non per Herebertum.

Et Robertus et Isabella dicunt quod ipse nunquam habuit ingressum per predictam Beatriciam quia si ipsa fuit in seisina de illis hoc fuit de seruicio, et quod ingressum habuit per predictum Herebertum ponunt se super iuratam et Thomas similiter.

Juratores dicunt quod Ricardus le Paumer pater ipsius Isabelle emit terram illam de Serlone Malesmains et tenuit eam longo tempore in manu sua et postea eam dedit predicte Isabelle filie sue ad se consulendum ita quod ipsa in uita

[1] Seemingly the wife appears as attorney for her husband.
[2] Supply *eam*.

patris sui fuit inde in seisina per duos annos et post mortem patris sui aliquod tempus scilicet per annum et dimidium. Et tunc uenit Herebertus frater suus et recepit ipsam Isabellam in custodia sua simul cum predicta terra. Et postea idem Herebertus uendidit terram illam predicto Thome pro iiij. marcis. Et ideo Consideratum est quod predicti Robertus et Isabella recuperauerunt seisinam suam ut de iure ipsius Isabelle, et Thomas in misericordia. Et preterea ipsi iuratores dicunt quod eadem Beatricia nunquam fuit in seisina de eadem terra, et Robertus de S. Johanne et alii testes nominati in carta requisiti si ipsi presentes essent ubi predicta Beatricia dedit eidem Thome terram[1] illam, dicunt quod non interfuerunt, set idem Thomas uenit ad domos ipsorum et rogauit quod testes essent in carta illa.

Et postea uenit Reinilda et quesita si spontanea uolun-
[51 b.] tate uelit warentizare dicit quod non,[2] predicta Beatricia | mater sua habuit quamdam sororem que habuit pueros et participant cum ea[3] et desicut non uocauit eosdem ad warentizandum simul cum ea. Et preterea conuictum est per iur'[4] quod predicta Beatricia mater sua nunquam fuit in seisina de predicta terra ita quod predictum Thomam inde feofare potuit et ideo consideratum est quod non warentizet et quod carta quasi falsa cancelletur. Et predicta Reinilda cognouit quod fuit amica Thome per tres annos et quod concubuit cum ea et quod fecit eam uenire cum eo ad warentizandum ei predictam terram et hoc fecit per districcionem et per metum sicut illa que fuit in potestate sua et per eandem potestatem fecit et compulit eam ad faciendum cartas et feoffamenta. Et ideo sicut supra consideratum est quod non warentizet et Thomas custodiatur. Postea finem fecit per dim. marc.

343. Assisa uenit recognitura si Godefridus filius Wulwardi auunculus Willelmi filii Hurewardi fuit seisitus in dominico suo etc. de ix. acr. terre et dim. acr. prati et viij. den. redditus et uno mesuagio cum pert. in Enefeuld et de xiij.

[1] *terram*, repeated.
[2] Supply *quia*.
[3] Probably the judgment begins here and the next full stop should be disregarded.
[4] *iuratam* or *iuratores*.

acr. terre et v. acr. prati et dim. cum pert. in eadem uilla die etc. et si etc. unde Philippus filius Ricardi viij. acr. terre et dim. et tres acr. prati et Henricus le Porter et *Celestria* uxor eius iiij. acr. terre et dim. et j. acr. prati et Matillis Nutrix j. mesuagium et j. acr. terre et dim. et Reginaldus de Waledena et Hawisia uxor eius ij. acr. terre Galfridus filius Alicie tres acr. terre et Willelmus filius Isabelle dim. acr. terre et Reinerus Parcarius viij. den. redditus inde tenent. Et omnes preter Reinerum Parcararium ueniunt et nichil dicunt quare assisa remaneat nisi tantum quod predictus Godefridus fuit uillanus et obiit uillanus et quod iste Willelmus uillanus est et Philippus[1] et alii dicunt quod liber homo fuit et ideo procedat assisa.

Juratores dicunt quod predictus Wulwardus pater ipsorum Godefridi et Herewardi fuit uillanus et obiit uillanus, set Godefridus fuit liberatus et liber factus per denarios quos dedit pro libertate sua, set dicunt quod reuera nemo de cognacione illa franciauit se preter predictum Godefridum et quod iste Herewardus pater istius Willelmi fuit uillanus et obiit uillanus. Et ideo consideratum est quod ipse non potest esse heres. Et ideo Philippus et alii inde quieti et Willelmus in misericordia.

Nota quod uillanus franchiatus non potest habere heredem nisi de corpore suo ubi omnes parentes sui uillani sunt[2].

344 Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Karletona que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Radulfus filius Reginaldi clamat uersus Abbatem S. Jacobi de Norhamptona[3] qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia bene concedit quod quidam Osmundus ultimo presentauit quemdam clericum Ricardum nomine ad eandem ecclesiam et qui ad presentacionem suam fuit admissus etc. et ultimo obiit persona in eadem, set dicit quod quidam Jordanus de Aneuilla inplacitauit ipsum Osmundum de tota terra quam idem Osmundus habuit in Karletona in curia Dom. Regis ita quod predictus Osmundus in curia Dom. Regis per finem inter eos factum recognouit totam predictam terram

Norhamt.

Assisa ultime presentationis de ecclesia de Karletona et unde Radulfus filius Reginaldi retinuit per concordiam.

[1] Corr. *Willelmus* (?)

[2] Bracton, f. 200, cites this case as from Raleigh's Middlesex Iter, Trinity, A. R. 13.

[3] Monast. vol. 6, p. 114.

cum pert. et cum aduocacione esse ius ipsius Jordani, et idem Jordanus pro recognicione illa dedit et concessit eidem Osmundo iiij. uirgat. terre cum pert. de eadem terra pro xx. sol. annuatim reddendis et retinuit sibi aduocacionem illam, et Jordanus tenuit totam terram illam exceptis illis iiij. uirgatis cum omnibus pert. suis integro et in pace et postea idem Jordanus dedit ecclesiam illam deo et ecclesie S. Jacobi de Norhamptona et canonicis etc. per cartam suam quam profert etc. et postea dedit terram predictam eisdem canonicis cum corpore suo unde idem Abbas petit seisinam ipsius Osmundi de eadem aduocacione sicut de dono ipsius Jordani.

Et Radulfus uenit et dicit quod tenet totam terram illam cum omnibus pert. suis quam predictus Jordanus tenuit in eadem uilla et desicut idem Abbas cognoscit seisinam predicti Osmundi et nullum profert cirographum de predicto fine petit iudicium. Et Radulfus quesitus per quem et quo iure petit aduocacionem predicte ecclesie dicit quod per Eliam filium et heredem predicti Osmundi per finem inter eos factum in curia Dom. Regis per cirographum quod profert et quod testatur quod idem Elias remittit totum ius et clamium quod habuit in predicta terra de Karletona exceptis predictis iiij. uirgat. terre cum pert. et in aduocacione et semper petit seisinam predicti Osmundi et bene defendit quod predictus Jordanus nunquam habuit seisinam de predicta aduocacione ita quod illam alicui dare posset.

Postea concordati sunt per licenciam iusticiariorum etc.

345. Linc. Alesia que fuit uxor Radulfi de Grendale petit uersus Willelmum Cusin terciam partem duarum bouat. terre cum pert. in Claxeby ut dotem suam unde etc.

Et Willelmus uenit et dicit quod non debet inde dotem habere quia predictus Radulfus die quo eandem Alesiam desponsauit nec umquam postea fuit in seisina de predicta terra ita quod eam inde dotare posset nec eciam | filius ipsius Radulfi et inde ponit se super patriam.

[52.] Nota quod de terra que tenetur in dotem ab alia uxore nunquam accidit heredi, uxor heredis non potest inde dotem habere, quia si forte accidere possit, non accidit.

Et Alesia dicit quod reuera die quo eam desponsauit fuit ipse seisitus de predictis duabus bouatis terre set tunc eam dotauit de tercia parte tocius terre quam tunc tenuit et de tercia parte que ei accidere posset et postea accidit ei

predicta terra, ita quod predictus Radulfus uir suus fuit seisitus de duabus partibus eiusdem terre et de tercia parte ut de ea quam Isabella uxor Baldrici fratris ipsius Radulfi primogeniti tenuit de eo in dotem. Et quia predicta Alesia nullam sectam producit quod taliter esset dotata, Consideratum est quod Willelmus inde sine die et Alesia in misericordia.

346. Robertus de Camera optulit se iiij[to]. die uersus Radulfum de Monte Ficheti de placito quod respondeat ei de pace Dom. Regis infracta et de mahemio unde eum apellat etc. Et uicecomes mandauit quod non fuit inuentus in comitatu et ideo distrinxit eum per terras et catalla pro pluribus defaltis quas prius fecerat ita quod cepit terram suam de Lesues et similiter catalla sua que inuenit in eodem comitatu. Et quia idem Radulfus non uenit ad pacem Dom. Regis ad standum inde recto, preceptum est uicecomiti quod clamare eum faciat et exigere in comitatu suo per tres comitatus proximo sequentes post suscepcionem istius breuis, et si ad terciam comitatum non uenerit tunc mandet iusticiariis apud Westmonasterium quid inde fecerit et si uenerit ad aliquem trium comitatuum ad standum recto de predicto apello tunc capiat corpus suum et illud habeat coram prefatis iusticiariis ad prefatum terminum et interim totam terram suam in comitatu suo et omnia catalla sua ita saluo custodiat in manu Dom. Regis quod idem Radulfus ad ea manum non apponat.

Kanc.

Districcio ad terrorem de maemio si quis non uenerit set se absentauerit. exigatur ad comitatum usque ad tercium et tunc mandetur Iusticiariis quid factum fuerit.

Casus ipsius qui desponsauerat uxorem Radulfi de Gorges antequam dictus Radulfus[1].

347. Beatricia que fuit uxor Unfridi de Bosco petit uersus Ranulfum de Hurlegha terciam partem j. hide terre cum pertin. in Hingelescomba ut dotem suam etc. unde predictus Unfridus etc.

Sumerset.

Et Ranulfus uenit et dicit quod inplacitatus est per aliud breue de eadem terra [per eandem per breue de dote[2]] ita quod uisum petiit in banco et habet diem etc. Et Beatricia hoc idem cognoscit et quesita ad quod breue uelit se tenere

[1] A note on the inner margin. I can not at present explain this allusion; but in 1256 there was a Ralph of Gorges who had married Elena a daughter of Ivo of Morevill. Calend. Geneal. vol. 1, p. 71.

[2] The words within brackets are inserted by the occasional annotator.

et[1] dicit quod ad primum breue. Et ideo dictum est quod Ranulfus obseruet diem suum etc.

DE TERMINO S. MICHAELIS ANNO REGNI REGIS HENRICI TERCIODECIMO INCIPIENTE XIIII^{MO}.

348. Cornub. Assisa noue disseisine capta apud Exoniam in crastino[2] S. Laurencii per preceptum domini Regis coram Willelmo de Ralegha et sociis suis quos secum asumpsit scilicet coram Decano Exonie[3] et aliis, anno supradicto.

Assisa uenit recognitura si Euerwinus filius Geruasii iniuste etc. disseisiuit Rogerum filium Osmundi clericum de libero tenemento suo in Legha post ultim' etc.

Et Euerwinus uenit et bene concedit quod tenementum illud unde uisus factus est[4] ius suum set dicit quod quidam Robertus frater suus primogenitus de quo predictus Rogerus tenuit fecit quandam simplicem seisinam de tenemento illo pro defectu seruicii quod ei a retro fuit set nulla expleta inde cepit. Postea autem dedit quoddam manerium unde tenementum illud fuit membrum isti Euerwino in escambium cuiusdam alterius terre, et iste Euerwinus postquam manerium illud habuit in manu sua tenuit tenementum illud in manu sua et tradidit illud cuidam homini ad excolendum pro j. marca quam inde cepit et bene dicit quod pluries optulit ei terram illam per sic quod faceret ei seruicium quod pertinet ad predictam terram et adhuc offert.

Et Rogerus uenit et dicit quod non tenet de eo nec umquam tenuit et dicit quod tenuit tenementum illud toto tempore Roberti fratris istius Euerwini donec iste Euerwinus eum disseisiuit. Et quia predictus Euerwinus cognoscit quod idem Rogerus fuit in seisina de predicto tenemento et quod frater suus non fecit inde nisi quamdam simplicem seisinam et quod ipse Ewerwinus disseisiuit eum ita quod

[1] Om. *et*.
[2] 11 Aug.
[3] Serlo.
[4] Supply *est*.

inde cepit expleta[1], Consideratum est quod Rogerus recuperauit seisinam suam et Euerwinus in misericordia.

Et iuratores dicunt super sacramentum suum quod idem Rogerus habet dampnum per disseisinam illam ad ualenciam xx. sol. quia disseisitus ita fuit de una acr. terre scil. de tercia parte j. caruc. terre. Preceptum est quod satisfaciat ei infra quindenam de dampno.

349. Walterus de Clifford petit versus Thomam personam de Watfordia quod reddat ei Robertum filium et heredem Ricardi de Chaundos cuius custodia ad ipsum Walterum pertinet eo quod predictus Ricardus tenuit terram suam | per seruicium militare etc. **Hertford.** [62 b.]

Et Thomas uenit et cognoscit quod habet in custodia Robertum filium et heredem predicti Ricardi sicut illum quem idem Ricardus ei tradidit per conuencionem inter eos factam et quod ipsum maritauit cuidam filie sue, et bene cognoscit quod Ricardus pater ipsius Roberti tenuit de ipso Waltero et quod idem Walterus habeat custodiam hereditatis ipsius Ricardi et requisitus cuius etatis sit idem Robertus dicit quod iiij. annorum. Et quia cognouit quod habet custodiam predicti Roberti et nichil ostendit quare custodia illius terre ei remanere debeat et quia cognoscit similiter quod predictus Ricardus tenuit de predicto Waltero, Consideratum est quod predictus Thomas reddat predictum Robertum eidem Waltero et sit in misericordia pro iniusta detencione.

350. Herbertus persona de Stoctona summonitus fuit ad respondendum Eudoni de Bello Campo quare non permittit eum presentare ydoneam personam ad capellam de Lerdingdona que uacat et ad suam spectat donacionem etc. unde queritur quod iniuste impedit eum etc. et similiter quod secutus est placitum in curia cristianitatis de aduocacione eiusdem capelle. **Sussex.**

Et Herbertus uenit et dicit quod iuste impedit presentacionem suam[2] dictam capellam quia ipse est persona de

[1] See Br. f. 205 b. For default of service the lord may seize the land in *simplex namium*, he may make a simple seizure, but he must not take the profits.

[2] Supply *ad*.

Stoctona ad quam capella illa pertinet et est in seisina de eadem capella ut de ea de qua percepit duo bisancia singulis annis nomine pensionis unde dicit quod capella non uacat set uicaria illius capelle solum pro morte cuiusdam Thome qui fuit uicarius eiusdem capelle. Et profert cartam bone memorie Seffridi quondam Episcopi Cicestrensis[1] que testatur quod idem Episcopus admisit Thomam clericum ad perpetuam uicariam capelle de Lerdingtona que est capella ecclesie de Stoctona ad presentacionem Godefridi persone ecclesie de Stoctona de assensu Prioris et Conuentus S. Pancracii de Lewes reddendo inde persone ecclesie de Stoctona singulis annis duo bisancia nomine pensionis. Profert eciam cartam Willelmi Prioris de Lewes que testatur quod idem Prior concessit et confirmauit Thome clerico capellam de Lerdingtona ut pertinentem ad ecclesiam de Stoctona ad peticionem Godefridi persone de Stoctona assensu Saffridi Cicestrensis Episcopi habendam et tenendam quoad uiueret per predictam pensionem et ideo dicit quod capella illa non uacat.

Et Eudo dicit quod capella non pertinet ad ecclesiam de Stoctona et quod non est in aliquo subiecta predicte ecclesie nisi solum in predicta pensione, et hoc bene patet quia aliquando fuit contencio inter ipsum et Priorem de Lewes in curia domini Regis per assisam ultime presentacionis ita quod finis factus fuit inter eos in eadem curia anno etc. apud Lewes coram B.[2] Roffensi Episcopo et sociis suis[3] et profert cirographum quod testatur quod predictus Prior recognouit aduocacionem predicte ecclesie de Lerdingtona esse ius ipsius Eudonis, habendam et tenendam eidem Eudoni et heredibus suis, reddendo inde annuatim duos solidos Priori de Lewes etc. Et requisitus si unquam post finem illum presentauit personam ad eandem ecclesiam de Lerdingtona dicit quod non quia predictus Thomas fuit perpetuus uicarius eiusdem ecclesie et ad peticionem ipsius Episcopi permisit cum tenere tota uita sua. Et quia predictus Godefridus obiit seisitus de predicta capella ut pertinente ad ecclesiam de Stoctona

[1] A. D. 1125—1145.
[2] Benedict.
[3] Eyre of 1218—9.

et iste Herbertus habet ecclesiam illam ex dono ipsius Episcopi ita integre sicut ipse Godefridus eam tenuit et seisitus est de eadem pensione sicut idem Eudo cognoscit, Consideratum est quod capella illa non uacat, et Herbertus inde sine die et Eudo in misericordia et perquirat se uersus Priorem de Lewes per finem inter eos factum si uoluerit et prohibitum est Herberto ne de cetero sequatur inde in curia cristianitatis.

351. Radulfus de Dames athachiatus fuit ad respondendum Norhampt.
Waltero Malesoures quare traxit eum in placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. unde predictus Walterus queritur quod traxit eum in placitum de equo precii xx. sol. et vij. *den.* Et Radulfus uenit et cognouit quod traxit eum in placitum in curia cristianitatis propter iniuriam quam ei fecit de quodam tenemento quod de eo tenuit quia ibi maturius iusticiam habere potuit. Et super hoc uenit Robertus de Leic' maior Norhamptone et testatur quod cum per retornum breuis Dom. Regis uenisset ad eum et peteret uadium et plegium quod esset coram iusticiariis responsurus quare traxit eundem Walterum in placitum noluit uadium dare nec plegium inuenire unde eum cepit et adduxit eum coram iusticiariis per preceptum S. de Segraue[1] et propter quam capcionem Decanus Norhamptone interdicto supposuit uillam Norhamptone. Et Radulfus quesitus si uoluit dare uadium et plegium inuenire dicit quod non et ideo mittitur gaole.

352. Johannes de Suckele optulit se iiij^{to}. die uersus Rogerum Wigorn.
de Clifford de placito quare non reddidit ei iiij. marc. que ei aretro sunt de viij. marcis que ei adiudicate fuerunt coram iusticiariis apud Westmonasterium etc. pro dampnis que eidem Johanni intulit. Et Rogerus non uenit etc. et plures fecit defaltas ita quod preceptum fuit uicecomiti quod distringeret eum per terras et catalla sua. Et quia predicte iiij. marc. ei adiudicate fuerunt in curia et Rogerus tot fecit | defaltas, Consideratum est quod uicecomes faciat de [53.]
terris et catallis ipsius Rogeri predictas iiij. marc. et illas

[1] One of the justices.

habeat Westm' etc. redd' predicto Johanni etc. et Rogerus in misericordia.

353. Suff. Dies datus est Ricardo Peche petenti et Waltero de Rideware tenenti de placito j. carucat. terre cum pert. in Ketelbernestuna etc. eo quod Matillis uxor Walteri nominata in breui non uenit quia est essoniata de malo lecti in comitatu et nondum uisa est ut ambo cognoscunt et Walterus peciit pro ea licencia surgendi et habet et manucapit habendi eam ad diem illum. Et Ricardus dicit quod Matillis plures fecit defaltas in comitatu et ideo ad diem illum fiat quod de iure fuerit faciendum.

354. Buck. Warinus Basset et Katerina uxor eius per attornatum ipsius Katerine petunt uersus Abbatem de Gresten'[1] tres caruc. terre cum pert. in Merse ut ius ipsius Katerine unde Johannes pater ipsius Katerine fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis qui nunc est capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. et de predicto Johanne descendit ius terre illius isti Katerine ut filie et heredi et quod ipse Johannes ita fuit seisitus et quod tale sit ius suum offert etc. et in quas non habet ingressum nisi per predictum Johannem dum non fuit compos sui, offerunt etc.

Nota quod tenens potest dare tenementum suum domino capitali et ualebit donatio. De Johanne de Monte Acuto qui dedit Abbati de Gresteden' etc. ut *patet*[2].

Et Abbas per attornatum suum uenit et defendit ius ipsorum habendi in dominico nunc et alias ubi et quando etc. et talem ingressum, et bene concedit quod predictus Johannes fuit inde seisitus ut de feodo et iure tali tempore etc. capiendo inde etc. ut de illa quam tenuit de predicto Abbate per xviij. li. per annum pro terra illa et aliis terris, et quod idem Johannes dum fuit in ligia potestate sua et dum fuit compos sui inter Epiphaniam et Purificacionem ante festum S. Trinitatis ad quod festum obiit dedit ipse Johannes terram illam Deo et B. Marie et ecclesie de Gresten' per cartam suam totum manerium de Merse cum omnibus pert. suis in puram et perpetuam elemosinam et quod post donum illud cepit Comes Ricardus homagium ipsius Johannis et

[1] Grestain in Normandy, Monast. vol. 6, p. 1090.

[2] It is questioned whether a tenant can enfeoff his lord and decided that he can. Bracton, f. 24, says distinctly that he cannot. He cannot be both lord and tenant.

Johannes per attornatum postea placitauit in curia Dom. Regis et finem fecit apud Bedefordiam unde si alii eum inplacitarent ipsi Warinus et Katerina deberent ei terram illam warentizare ut heredes ipsius Johannis et si super hoc debent respondere dicent aliud.

Et Warinus et Katerina per attornatum ueniunt et bene cognoscunt cartam illam et non dedicunt quod tali die feffatus fuit de predicta terra, set dicit[1] quod idem Johannes tenuit de eodem Abbate et desicut inde fuit homo Abbatis non potuit inde feoffare predictum Abbatem desicut tenuit de eo et quod idem Johannes non fuit compos sui quia nunquam postea surrexit de lecto suo et ideo feoffamentum illud non debet eis nocere et petunt iudicium.

Et Abbas dicit quod fuit compos sui et quod nullam infirmitatem habuit nisi quod fuit gutturnosus[2] et dicit quod remisit eidem Johanni de arreragiis seruicii sui racione illius feoffamenti usque ad ducentas marcas, et petit iudicium si debeat super hoc respondere.

Postea coram domino Rege apud Westmonasterium coram Justic'[3] et Comite Marescallo et aliis magnatibus uenerunt Warinus Basset et Katerina et cognouerunt cartam Johannis de Monte Acuto patris ipsius Katerine cuius heres ipsa est de feoffamento et nichil dicebant contra cartam illam nisi tantum quod factum fuit tempore infirmitatis ipsius Johannis et cognitum fuit quod fuit compos sui et bone memorie quando carta illa confecta fuit. Consideratum est quod Abbas eat inde sine die et quod Warinus et Katerina nichil capiant per breue suum et quod donum sit stabile.

355. Thomas Norwicensis Episcopus summonitus fuit ad respondendum Roberto filio Walteri de placito quare non admisit clericum suum ad ecclesiam de Berningeham ad presentacionem ipsius Roberti cuius ecclesie aduocacionem idem Robertus recuperauit coram iusticiariis apud Westmonasterium uersus Eustachium de Berningeham et unde Norf.

[1] Sic.

[2] See Ducange. He had a goitre.

[3] Probably *Justiciario;* Hubert de Burgh. Observe that here is a judgment *coram rege* appearing on the *de banco* roll.

idem Episcopus suscepit mandatum domini Regis quod ad presentacionem suam admitteret ydoneam personam etc.

Et Episcopus uenit et dicit quod clericum suum non potest admittere nec debet quia antequam ipse promotus esset in Episcopum Norwicensem fuit quidam Willelmus Gernun admissus a predecessore suo[1] ad eandem ecclesiam et ipsum inuenit in possessione de eadem ecclesia et apellantem pro iure suo ne quid fieret in preiudicium suum et adhuc est in possessione unde ecclesia non est uacans nec potest ipsum Willelmum ab eadem expellere nec per eum stat quominus executum sit mandatum Dom. Regis et si ecclesia uacaret libenter clericum suum admitteret.

Et Robertus per attornatum suum uenit et dicit quod hoc ei nocere non debet quia alias athachiati fuerunt quidam iudices delegati quod essent coram iusticiariis ad respondendum quare tenuerunt placitum de predicta aduocacione et ipsi presentes protestati fuerunt.....[2] coram iusticiariis quod nullum placitum tenuerunt de aduocacione set de quodam homicidio[3] ita quod per iudices ipsos nunquam misit idem Episcopus ipsum Willelmum in possessionem eiusdem ecclesie, et preterea quidam Rogerus de Berningeham clericus ipsius Roberti persona fuit in eadem ecclesia et in eadem obiit persona sicut rec'[4] est bis in curia domini Regis, et petit iudicium de hoc quod idem Episcopus non uult admittere clericum suum. |

[53 b.] Et Episcopus sicut prius dicit quod quando ipse promotus fuit in Episcopum fuit idem Willelmus persona in eadem ecclesia admissus a predecessore suo et adhuc est in possessione eiusdem ecclesie et apellans pro iure suo et per omnia dicit sicut prius quod non potest aliquem admittere pro apellacione sua quousque sit uacans.

356. Hertford. Katerina que fuit uxor Radulfi de Humelbeby petit uersus Magistrum Willelmum de Purle terciam partem x.

[1] Pandulf who died in 1226. The present bishop is Thomas Blunville.

[2] A word which I can only read as *pu*[te] or *pu*[ce]. It may be meant for *publice*.

[3] Sic. What can the Court Christian have had to do with a case of homicide? Probably the accused was a clerk.

[4] *recordatum* or *recognitum*.

acr. terre et unius mesuagii cum pertinenciis in Erdele ut dotem suam etc.

Nota quod in petitione dotis si obiciatur mulieri petenti quod uir suus uiuit et ipsa dicat quod mortuus est uterque habeat probationem[1].

Et Magister Willelmus per attornatum suum uenit et dicit quod non debet inde dotem habere quia predictus Radulfus uir suus adhuc uiuit et manet apud Perusiam.

Et Katerina dicit quod uir suus mortuus est. Et ideo producat sectam suam a die etc. quod mortuus est et Magister Willelmus tunc producat sectam suam quod *uiuit* quia nullam produxit.

357. Willelmus de Ingoldeby summonitus fuit ad respondendum Gerardo de Huwella quare non permittit eum presentare etc. ad ecclesiam de Tunethorpe que uacat et ad suam spectat donacionem etc. unde idem Gerardus dicit quod quidam Thomas Columbeyn auunculus matris sue presentauit quendam Thomam clericum ad eandem ecclesiam qui ad presentacionem suam admissus fuit et indè obiit persona et de Thoma quia obiit sine herede de se descendit ius illius aduocacionis Generose matri ipsius Gerardi et de ista ipsi Gerardo ut filio et heredi. Linc.

Et Willelmus per attornatum suum dicit quod capella illa non est uacans immo est inde persona per annuam pensionem iiij. sol. et hoc bene patet quia quidam Johannes Decanus Rothomagi[2] qui fuit predecessor suus dedit capellam illam cuidam Ade filio Reginaldi per cartam suam que testatur quod ipse dedit ei capellam etc. sub solita pensione iiij. sol. ecclesie de Graham soluenda. Profert eciam cartam S. Hugonis[3] quod ipse ad presentacionem dicti Decani recepit dictum Adam ad capellam de Tunethorpe que est porcio prebende Graham quam dictus Decanus habuit et ipsum in predictam capellam perpetuum uicarium instituit reddendo inde nomine pensionis iiij. sol. per annum. Profert eciam cartam Walteri de Constanciis[4] que testatur quod Hugo Cancellarius Regis Francie qui quondam fuit canonicus illius prebende dedit predicto Ade capellam illam sub dicta annua pensione sol-

[1] See Br. f. 301 b. 302. Sometimes the would-be widow's suit (secta) is proof enough of her husband's death; here the tenant is allowed to bring suit to the contrary.

[2] Rouen. Monast. vol. 6, p. 1118.

[3] Bp of Lincoln, 1186—1200.

[4] Bp of Lincoln, 1183—1184.

uenda et ad supplicacionem ipsius Hugonis confirmauit predictus Episcopus donum illud ita quod post decessum ipsius Ade eadem capellat[1] rediret ad ecclesiam de Graham libera et quieta. Et desicut capella illa non est uacans nec uicar'[2] et desicut ipse est in possessione iiij. sol. nomine pensionis petit iudicium si debeat ad hoc breue respondere et carte ei non debent nocere[3].

Et Gerardus dicit capella quam ipse uocat capellam matrix ecclesia est et habet quicquid matrix ecclesia habere debet quia ante tempus Episcopi Hugonis et Episcopi Walteri fuit quidam Ada persona de eadem ecclesia de dono electi Galfr' [4] concilii et obiit inde persona et pro habenda inquisicione offert domino Regi j. marc.

Et quia Willelmus summonitus fuit ad respondendum eidem Gerardo quare non permisit eum presentare et ipse satis sufficienter ostendit quod ipse iuste inpedit eum quia predecessores sui presentauerunt predictum Adam qui ad ipsorum presentacionem admissus fuit et predictus Gerardus nichil in contrarium ostendit, Consideratum est quod Gerardus nichil capit per breue istud set sit in misericordia pro falso clamore et perquirat sibi per aliud breue si uoluerit, et mandatum est Episcopo Lincolniensi quod id quod suum fuerit in hac parte exequatur non obstante reclamacione predicta.

358. Hereford. Willelmus Dinas petit uersus Johannem Dinas unam uirgat. terre cum pert. in Miurines ut ius suum unde Ricardus Dynas pater suus fuit seisitus in dominico suo tempore Regis J. capiendo inde etc. et de predicto Ricardo descendit ius terre illius isti Willelmo ut filio et heredi suo etc. et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Johannes uenit et dicit quod non debet ei respondere quia est frater suus de eodem patre eademque matre et quod

1 Corr. *capella*.

2 Neither the chapel nor the vicarage thereof (?).

3 These six last words seem out of place and may be part of Gerard's reply.

4 A blank is left. In 1173 Geoffrey Plantagenet was elected bishop; he was never consecrated. Perhaps the omitted words were *per auctoritatem Lateranensis*.

legitimus est et petit iudicium si debeat etc. desicut ipse est frater suus et postnatus.

Et Willelmus dicit quod predictus Johannes non debet esse heres predicti Ricardi quia natus fuit antequam predictus Ricardus matrem suam desponsasset et[1] tali modo sit bastardus offert etc.

Et Johannes dicit quod legitimus est et quod natus fuit postquam mater sua fuit predicto Ricardo patri suo desponsata et quod hoc probabit ubi et quando et in qua curia etc.

359. Prior de Mertona per attornatum suum petit uersus Jacobum de Chelewurthe j. mesuagium cum pert. in Chelewurthe quod clamat esse ius ecclesie sue et in quod idem Jacobus non habet ingressum nisi per Walterum Aurifabrum et Seildam uxorem eius quibus Andreas de Krickelade illam dimisit dum fuit firmarius ipsius Prioris in eadem uilla etc. | Wiltes.

[2]Et Jacobus uenit et defendit ius suum et talem ingressum et dicit quod non habet ingressum et per eos nichil clamat set per Priorem Thome et Conuentum de Mertouna qui mesuagium illud ei concesserunt tenendum per xv. den. per annum de predicto Priore et Conuentu pro j. marca quam eis dedit pre manibus et inde ponit se super patriam. [54.]

Et predictus Prior per attornatum suum dicit quod habet ingressum per predictum Walterum ut supra et non per predictum Thomam Priorem et Conuentum et inde ponit se super iuratam. Et ideo preceptum est[3] quod conuenire faciat coram se xij. tam milites etc. de uisneto de Chedeleswurthe per quos etc. et per eorum sacramentum etc. si predictus Jacobus aliud ius uel alium ingressum habeat in mesuagium illud nisi per predictum Walterum Aurifabrum et Seildam uxorem eius quibus predictus Andreas illud dimisit etc. dum fuit firmarius etc. unde idem Jacobus dicit quod habet ingressum per predictum Thomam Priorem et Conuentum de Mertona qui illud ei dimiserunt et concesserunt in feodum tenendum per redditum xv. den. per annum

[1] Supply *quod*.

[2] Here the usual annotator resumes his annotations. At the top of this page he has written *De termino Sci. Mich. ann. R. H. xiij° incip. xiiij°.*

[3] Supply *uicecomiti* (?).

et pro j. marca et quodam iumento que eis dedit pre manibus etc. et inquisicionem scire faciat iusticiariis apud Westmonasterium etc. per literas suas etc. et per duos etc.

360. Hunting.

Nota de eo qui sine iudicio usurpat sibi seisinam ante captionem assise noue postquam arramiauit assisam. Set quid si ille super quem usurpatum est perquisiuerit sibi per assisam noue disseisine de libero tenemento, *tunc* credo quod procedet ultima assisa, et extinguitur prima et adnichilatur, in penam ultime disseisine quia fecit sibi iusticiam ubi per iudicium recuperare deberet [1].

Assisa uenit recognitura si Hugo Abbas Rameseie iniuste et sine iudicio disseisiuit Ricardum de Riptona de communa pasture sue in Riptona que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla post ultim'.

Et Abbas uenit et nichil dicit quare assisa remaneat.

Iuratores dicunt quod predictus Abbas assartauit quandam partem bosci sui ubi idem Ricardus habere consueuit communam pasture et ibi fossata leuauit et edificia fecit, unde dicunt quod predictus Abbas eum iniuste disseisiuit. Et ideo consideratum est quod Ricardus recuperauit seisinam suam et Abbas in misericordia. Et quia predictus Ricardus post inpetracionem breuis sui usurpauit sibi seisinam de eadem pastura ante capcionem assise aramiate inter eos, sit ipse in misericordia propter usurpationem [2].

361. Northumb.

Rogerus Gulastre et Alina uxor eius athachiati fuerunt ad respondendum Ricardo Bertram de placito quare non tenet ei finem factum in curia Dom. Regis coram iusticiariis suis apud Nouum Castellum inter ipsum Ricardum petentem et ipsos Rogerum et Alinam tenentes de manerio de Pendemore cum pert. et de medietate manerii de Langherste cum pert. unde cirographum etc. et unde idem Ricardus per attornatum suum queritur quod predicti Rogerus et Alina non fecerunt ei forinsecum seruicium de uilla de Pendemore que debet seruicium tercie partis feodi j. militis de forinseco, quia uilla de Pendemore cum octo aliis uillis debet seruicium tercie partis feodi trium militum per quod dampnum habet et deterioratus est.

Et Rogerus et Alina per attornatum suum ueniunt et dicunt quod predictum manerium de Pendemore non debet aliquod forinsecum nec umquam dedit forinsecum quia Ricardus Bertram auus istius Ricardi dedit manerium illud

[1] The question raised is this:—*B* disseises *A*; *A* brings an assize but before the assize is taken disseises *B*; *B* brings the assize; shall not *B* recover? Yes, says the annotator, and Bracton who cites this case f. 226, 226 b seems to agree with him.

[2] *in misericordia propter usurpationem* added by annotator.

de Pendemore in liberum maritagium Hugoni de Morewico cum ipsa Alina et quod uilla de Pendemore nullum debet forinsecum et quod nunquam dedit forinsecum ponit se super patriam. Et cognoscunt quod omnibus terris et ten' que ipsi Rogerus et Alina de eo tenent debent ad scutum ij. marc. xv. sol. et ad plus plus, et ad minus minus.

Et quum Ricardus per attornatum suum cognouit quod dictus Ricardus nec pater suus aliquod forinsecum seruicium ceperunt umquam de uilla de Pendemore et tempore aui sui nulla uilla ibi fuit quo forinsecum datum fuit ut idem Ricardus dixit, Consideratum est quod dictus Ricardus nullum forinsecum inde exigere potest et ideo Rogerus et Alina inde sine die et Ricardus in misericordia.

362. Abbas de Hal[1] petit uersus Margeriam de Ripariis quod aquietet eum de seruiciis et consuetudinibus que capitales domini exigunt ab eo de tenemento quod idem Abbas tenet de eadem Margeria in Horeburnia et Smethewico, unde idem Abbas queritur quod Alexander Episcopus Couentrensis distringit ipsam Margeriam per tenementum quod idem Abbas tenet de ea ad faciendas sectas et ad reddenda scutagia per quod deterioratus est et dampnum habet etc. Stafford.

Et Margeria per attornatum suum uenit et defendit predicta dampna et dicit quod non tenet feodum illud de Episcopo Couentrensi set tenet feodum illud de Willelmo Lungespeie et Idonea uxore eius et inde uocat eos ad warantum quia inde fecerunt[2] homagium etc. eisdem Willelmo et Idonee, habeat eos etc. et sum' Com' Berck. Et mandatum est uicecomiti Staffordie quod interim habere faciat Abbati inde pacem quousque sciatur quis aquietare debeat etc.

363. Ela Comitissa Sarisbirie per attornatum suum petit uersus Willelmum Briwerre quem Osbertus Giffard et Reginaldus de Moun uocant ad warantum et qui eis warentizauit iiij. caruc. terre in Winterburnia Fercles excepta aduocacione | eiusdem uille ut ius suum in quam non habet ingressum nisi per Willelmum Brewerre cui Willel- Dorset. [54 b.]

[1] Hales-Owen in Shropshire. Monast. vol. 6, p. 926.

[2] Corr. *fecit*.

mus Lungespey uirum suum [1] cui ipsa contradicere non potuit.

Et Willelmus Brewerre uenit et defendit ius suum nunc et alias etc. et talem ingressum et uerum uult dicere quod quidam Hugo de Fercles tenuit terram illam ut ius et hereditatem suam de Willelmo Pateriz Comite antecessore ipsius Comitisse [2] ita quod quidam Ricardus Musard inplacitauit eum de eadem terra ita quod inde duellum fuit uadiatum et percussum apud Syreburniam et sine clamio quod aliquis inde apposuisset remansit ei predicta terra et inde obiit seisitus ut de feodo et iure, post cuius mortem seisiuit predictus Willelmus Comes terram illam in manum suam quousque sciretur quis esset rectus heres, et tandem uenit in Anglia quidam Hugo de Lumbres nepos et heres predicti Hugonis et optulit predicto Comiti homagium suum de predicta terra et in tantum locutus fuit cum eodem quod homagium suum inde cepit et in seisinam eum posuit qui postquam seisinam inde habuit terram illam uendidit Willelmo Briwerre patri istius Willelmi per cartam suam et inde habuit idem Willelmus confirmacionem dicti Willelmi Comitis pro centum marc. quas dedit predicto Comiti, et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de predicta Comitissa per donum illud an eadem Comitissa habendi eam in dominico, et offert Dom. Regi v. marc. pro habenda magna assisa.

Et Comitissa per attornatum suum uenit et dicit quod de seisina Hugonis de Fercles nichil scit set dicit quod W. Comes pater suus obiit inde seisitus ut de feodo et iure et ipsa post eum fuit in seisina ut filia et heres suus et Willelmus Lungespeye uir suus fuit inde seisitus quousque illa eidem Willelmo dimisit cui etc., et offert Dom. Regi j. palefridum pro habenda inde inquisicione, et bene defendit quod predictus Hugo de Lumbres nunquam inde seisinam habuit.

Et Willelmus Briwerre dicit quod predictus W. Comes

[1] Sic; corr. *uir suus illam dimisit* or the like.

[2] This Ela widow of William Longsword was the daughter of William Earl of Salisbury who was the son of Earl Patric.

pater ipsius Ele nunquam obiit seisitus de eadem terra ut de feodo et iure, set si ipse uel W. Comes Lungespeye uir suus aliquam inde habuerunt seisinam hoc fuit pro defectu seruicii et nomine custodie post mortem Hugonis de Fercles qui inde obiit seisitus ut de feodo et qui tenuit de eodem Willelmo Pateriz Comite per seruicium duorum militum et quod ita sit petit ut prius.

364. Willelmus de Gell' et Felicia uxor eius petunt uersus Willelmum de Ercet xxxvij. acr. terre cum pert. in Wickefordia ut ius ipsius Felicie etc. Essex.

Et Willelmus de Ercet uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia die quo breue fuit inpetratum non tenuit ipse totam terram illam quia quedam Helewysa tenuit de eo inde xviij. acr. et ea mortua cepit ipse terram illam scilicet xviij. acr. in manum suam, et nichil inde clamat nisi custodiam, et desicut non tenet totam terram illam non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit, et desicut non tenuit totam terram illam die quo breue fuit inpetratum. Exceptio quod totam non tenuit.

Et Willelmus et Felicia dicunt quod hoc non debet eis nocere quia predictus Ricardus nunc tenet totam terram illam et licet terra illa data fuisset in maritagium cum predicta Helewisa tamen reuerti debet ad predictam Feliciam eo quod eadem Helewisa obiit sine herede de se et quidam Ricardus frater ipsius Felicie abstulit eandem terram de eadem Felicia et dedit eam in maritagium cum predicta Helewisa. Et quia recognitum est quod Willelmus tenet terram illam et quod ipse est in seisina de eadem terra Consideratum est quod respondeat.

Post uenit Willelmus et uocat inde ad warantum Rogerum de Bautesy et Matillidem uxorem eius. Per auxilium etc. hebeat eos etc.

365. Ricardus de Bagingedena queritur quod Willelmus Russel et Alicia uxor eius plus habent in dotem ipsius Alicie de tenemento quod fuit Ricardi de Bagingedena patris ipsius Ricardi cuius heres ipse est unde idem Ricardus dicit quod ipsa habet in Wudetona x. libr. terre nomine dotis et ipse non habet alibi in Bagingedena de hereditate patris sui nisi Hereford.

xj. lib., et desicut fuit dotata de tercia parte tenementi patris sui in Bagingedena et in Wudetona ipsa habet fere medietatem tocius hereditatis predicti Ricardi in Wudetona, et petit quod tota terra que fuit patris sui in eisdem uillis extendatur et si habeat plus in dotem in Wudetona quam habere deberet scil. plus quam terciam partem tocius hereditatis ipsius Ricardi quod ipse habeat superplusagium, et quod dotata fuit de tercia parte per totum et non nominatim de terra illa de Wudetona producit sectam.

De amensuratione dotis et obicitur contra de melioratione facta per mulierem[1].

Et Willelmus et Alicia per attornatum suum ueniunt et dicunt quod idem Ricardus iniuste dicit quod plus habent in dotem quam habere debeant quia terra de Wudetona anno et die quo predictus Ricardus uir suus obiit non sufficiebat plene ad terciam partem hereditatis que fuit ipsius Ricardi, set ipsa postmodum meliorauit terram illam omnibus modis quibus potuit, ita quod nunc multo plus ualet quam tunc ualuit, et bene concedunt quod terra illa extendatur per viij. milites de Comitatu Gloucestrie et viij. de Comitatu Herfordie et inquiratur per eosdem quid terra illa ualet nunc in omnibus et quid ualuit anno et die quo predictus Ricardus uir ipsius Alicie obiit et petunt quod terre ille extendantur. Et[2] ideo preceptum est uicecomiti Gloucestrie quod ad diem et locum quem uicecomes Her-
[56.] fordie ei scire faciet | conuenire faciat Ricardum Pauncefot et alios et in propria persona sua accedat ad Wudetonam et per sacramentum dictorum militum et aliorum extendi et appreciari faciat totam terram de Wudetona quam predicti Willelmus et Alicia tenent in dotem ipsius Alicie in eadem uilla in dominicis et seruiciis liberorum hominum et in uilenagiis et omnibus aliis rebus. Et similiter preceptum est uicecomiti Herefordie quod ad diem et locum quem uicecomes Gloucestrie ei scire faciet conuenire faciat Radulfum de Caundos et alios suprascriptos[3] de comitatu suo et in

[1] Bracton, f. 315, cites the case anonymously, to show that an allowance is to be made the dowager for her improvements.

[2] See Br. f. 314. Badgington is in Gloucestershire. It seems that the Gloucestershire sheriff is to go to Herefordshire, the Herefordshire sheriff to Gloucestershire.

[3] Perhaps the members of the plaintiff's *secta*.

propria persona accedat ad Bagingedenam et per sacramentum etc. appreciari faciat predictam terram de Bagingedena quam predictus Ricardus de Bagingedena tenet in Bagingedena de hereditate patris sui in dominicis etc. ut supra, et extensionem et appreciacionem illam scire faciat iusticiariis apud Westmonasterium etc. per duos per quorum sacramentum illa extensio et appreciacio facta fuerit etc.

366. Walterus de Braddena summonitus fuit ad respondendum Northampt. Willelmo de Gimoges quare non permittit eum presentare ydoneam personam ad ecclesiam de Braddena que uacat et ad suam spectat donacionem unde idem Willelmus dicit quod predictus Walterus eum iniuste impedit quia quedam Sibilla mater ipsius Willelmi presentauit ipsum Willelmum filium suum ad eandem ecclesiam qui ad presentacionem suam admissus fuit et persona institutus in eadem per archidiaconum Norhamptone uacante sede Lincolniensi[1] et profert cartam ipsius Sibille de presentacione et cartam ipsius archidiaconi de admissione, salua Magistro Simone de Wautham perpetua uicaria de eadem ecclesia sub annua pensione j. mar. annuatim reddenda predicto Willelmo etc.

Et Walterus uenit et dicit quod iuste impedit quia quedam Sa*mc*la mater ipsius Walteri presentauit Magistrum Simonem de Wautham ad eandem ecclesiam et qui ad eandem ecclesiam admissus fuit persona et persona obiit in eadem ecclesia.

Post uenit Walterus et dicit quod nichil clamat nisi in medietate aduocacionis illius ecclesie.

Et quum predictus Willelmus sufficienter ostendit quod ipse fuit inde persona ad presentacionem matris sue, et idem Walterus nichil ostendit quod Magister Simon uel alius admissus fuit ad presentacionem antecessorum suorum uel suam ad eandem ecclesiam et cognoscit quod aduocacio nunquam fuit partita, Consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam et Walterus in misericordia, et ideo mandetur Episcopo Lincolniensi quod non obstante

[1] May 1206—Dec. 1209.

etc., et Walterus perquirat[1] se per breue de recto si uoluerit etc.

367. Cornub. Johannes filius Ricardi Godefridus de la Pomerar et socii sui iusticiarii attornati ad assisam noue disseisine capiendam quam Willelmus de Widewurthe aramiauit uersus Willelmum Briwere, Willelmum de Rothomago, Walterum filium Willelmi et Herebertum de Pinu de tenemento in Middelland' Hersthecot' et Penfenteino mandauerunt Dom. Regi per literas suas patentes quod ceperunt assisam illam super Willelmum Briwerre seniorem qui mortuus est et quod iuratores dixerunt quod predictus Willelmus disseisiuit eum de predicto tenemento et tenementum illud in manu sua tenuit donec illud contulit Hereberto de Pinu et Waltero Russel et ita seisina qua usi sunt habuerunt per eundem Willelmum Briwere. Item dicunt quod predictus Willelmus disseisiuit eum de xx. sol. redditus.

Nota de assisa capta super Willelmum Briwerre post mortem suam per iiij. milites iusticiarios constitutos et postea reuocata et similiter iud'.[2] Et dictum fuit querentibus quod sibi perquirerent per breue de ingressu, quia Willelmus tenuit terram illam per x. annos postquam debuit fecisse disseisinam.

Et quia Willelmus Briwerre obiit ante capcionem assise[3] et testatum est quod ipse tenuit terram illam et redditum in manu sua per x. annos ante mortem suam, Consideratum est per iusticiarios de banco quod assisa illa male capta fuit, et ideo tenentes teneant in pace et Willelmus de Widewurthe perquirat super eos breue de ingressu si uoluerit.

368. Buck. Assisa uenit recognitura utrum sex acr. terre cum pert. in Chaffunte sint laicum feodum Ranulfi Briton, an libera elemosina pertinens ad ecclesiam Abbatis Martini de Mesendena et Walteri uicarii eiusdem ecclesie de Chaffunt, quam terram idem Abbas et Walterus tenent, qui ueniunt, et Walterus uocat inde ad warantum Abbas qui presens est et ei warentizat et dicit quod assisa non debet inde fieri quia idem Ranulfus nullum ius habet in terra illa, nec Arnaldus de Tureuilla per quem idem ius clamat in eadem terra nec

Error. quod laicus perquisiuit utrum super clericum rectorem, uiz. Abbatem de Messendena Martinum, ubi Abbas et uicarius ecclesie implacitati sunt, et uicarius ibi uocauit ad warantum predictum Abbatem et qui ei warentizauit[4].

[1] *perquirat* interl. by annotator.

[2] The *assisa* was *reuocata*, and so also (*similiter*) the judgment was revoked (?). See Br. f. 171, 226.

[3] William Brewer or Briwer the distinguished statesman died in 1226.

[4] See Br. f. 285 b. It had been very questionable whether the layman had the assize *utrum* against the parson, for the layman has other remedies, e.g. the novel disseisin, which the parson has not. Pateshull allowed the layman this assize, and afterwards changed his opinion. But *hodie*, says Bracton, the layman shall have this remedy; it saves duels and grand assizes.

umquam aliquis eorum inde seisinam habuit. Post uenit Ranulfus et petit licenciam recedendi de breui suo et habet.

Et sciendum quod Simon de Tureuilla cognouit quod cepit homagium ipsius Ranulfi de feodo duorum militum in Chaffunte.

369. Johannes de Dunham et Alanus de Rochagh' summoniti fuerunt ad ostendendum per quod seruicium tenent tenementa sua in Wultertona[1] Bradewater. Et Johannes uenit et cognoscit quod tenet in Wultertona tres partes quarte partis feodi unius militis, et Alanus cognoscit quod tenet in Bradewater medietatem tercie partis feodi unius militis de quorum seruic' finis factus[2] inter Geruasium de Bradefeuldia et uxorem eius et Willelmum le Enueys' et uxorem eius. Norf. Suff.

Tenentes summoniti ad cognoscendum seruicium suum et unde finis factus fuit in curia Regis, ueniunt et cognoscunt.

Et Eborardus de Sahre summonitus eodem modo uenit et cognoscit quod tenet quartam partem feodi j. militis in Sahre. Et Thomas filius Baldewini uenit et cognoscit quod tenet feodum dimidii militis in Skeringe' | et Berefordia et[3] quedam calcaria deaurata pro tenemento quod tenet in Norwico. [55 b.]

Et Benedictus le Estraunges cognouit quartam partem feodi j. militis in Wautona.

370. Assisa uenit recognitura si Willelmus Bulwinc frater Alexandri filii Albrede [primogenitus[4]] fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de x. acr. terre cum pert. in Wokindona die etc. et si etc., quam terram Ricardus de la Launde et Matillis uxor eius tenent. Et Ricardus non uenit et habuit diem in banco per essoniatorem suum. Set Matillis uxor eius uenit et dicit quod predictus Ricardus uir suus languidus est et uenire non potest et nichil dicit contra assisam. Et quia idem Ricardus habuit diem in banco per essoniatorem suum ideo capiatur assisa uersus eum per defaltam. Essex.

Assisa capta fuit per defaltam uiri in presentia uxoris, quia uterque diem habuit per essoniatores suos, et ideo processit assisa per defaltam uiri quia languidus fuit.

Juratores dicunt quod Aluredus pater predicti Willelmi [postnati] aliquando fuit seisitus de eadem terra ut de feodo et propter paupertatem reliquit eam ita quod Radulfus de

[1] Supply *et*.
[2] Supply *fuit*.
[3] Words seem missing.
[4] The annotator has interlined the words within []. *Albrede* should be *Aluredi*.

Nota quod frater antenatus recuperauit per assisam mortis de morte fratris postnati qui ultimo obiit seisitus per concessionem fratris antenati, quia obiit sine herede de se, frater postnatus, et quod non habuit per mortem patris, habuit per mortem fratris postnati[1].

Arches tunc capitalis dominus illius feodi pro defectu seruicii cepit eam in manum suam et ita quod post mortem ipsius Aluredi uenit predictus Willelmus [postnatus] et per concessionem predicti Alexandri fratris sui primogeniti tantum fecit erga predictum Radulfum pro iij. marc. quas ei dedit quod idem Radulfus concessit ei terram illam et quia idem Willelmus non habuit unde solueret denarios illos concessit idem Willelmus terram illam cuidam Osberto uni iuratorum et duobus aliis ad terminum trium annorum per sic quod ipsi eum aquietarent uersus predictum Radulfum de predictis iij. marcis, et ante predictos tres annos conpletos obiit idem Willelmus set semper in uita sua defendit et aquietauit ipse Willelmus terram illam de seruicio quod ad capitales dominos de terra illa pertinebat, et dicunt quod obiit infra terminum et quod iste [Alexander] est propinquior heres [ipsius Willelmi]. Et ideo consideratum est quod predictus Alexander recuperauit seisinam suam et Ricardus et Matillis in misericordia. Et sciendum quod predictus Alexander cognouit quod nichil clamat in uno mesuagio et j. acr. terre in dominico nisi in seruicio.

371. Hereford. Preceptum fuit uicecomiti quod diligenter inquireret qui essent iuratores[2] noue disseisine capte coram Willelmo filio Warini et sociis suis inter Willelmum Brid querentem et Nicholaum Dun et Emmam uxorem eius deforciantes de tenemento in Hethfeuldia et illos haberet coram iusticiariis ad certificandum eos de eadem assisa.

Et Nicholaus et Emma ueniunt et cognoscunt quod quidam Milo filius Widonis tulit assisam mortis antecessoris super eos et ipsi uocauerunt inde ad warantum de xij. acr. terre Philippum de Westona et Emmam uxorem eius qui uenerunt coram prefatis iusticiariis et eis warentizauerunt et amiserunt terram illam per eandem assisam, ita quod consideratum fuit quod Milo recuperaret seisinam suam uersus Philippum et Emmam et ipsi Philippus et Emma facerent escambium ad ualenciam predictarum xij. acrarum

[1] On Alfred's death his elder son Alexander was heir but allowed the lord to accept William the younger son as tenant, and then, after William's death without issue, recovered the land as William's heir.

[2] Supply *assise*.

predictis Nicholao et Emme, et hoc preceptum fuit balliuo de Leministre qui presens est et cognoscit quod escambium eis fecit de terra ipsorum Philippi et Emme de dominico ipsorum ad ualenciam, et postea quia ipsi Nicholaus et Emma non fuerunt contenti de escambio illo uenerunt ipsi simul cum predicto Philippo propria auctoritate sine balliuo aliquo et disseisiuerunt Willelmum Brid de tenemento suo in eadem uilla ut ipsi Nicholaus et Emma haberent tenementum suum pro predicto escambio ita quod idem Willelmus postea de eodem tenemento recuperauit seisinam uersus eos per assisam noue disseisine. Et iuratores presentes sunt et hoc idem testantur et Nicholaus et Emma hoc totum cognoscunt et ideo consideratum est quod iuratores bene iurauerunt et Willelmus Brid et iuratores inde quieti et Nicholaus et Emma in misericordia. **Nota quod quia tenentes qui uocauerunt ad warantum, et amiserunt per assisam, non fuerunt contenti de escambio disseisiuerunt quendam de tenemento suo propria auctoritate, et ipse disseisitus postea recuperauit per assisam noue[1].**

372. Gilebertus Martel petit uersus Jacobum fratrem Gileberti de Winterburnia viij. acr. terre cum pert. in Bensingtona et uersus Nicholaam que fuit uxor predicti[2] de Winterburnia iiij. acr. terre cum pert. in eadem uilla ut ius suum et in quas non habent ingressum nisi per predictum Gilebertum de Winterburnia qui iniuste et sine iudicio et post ult' disseisiuit eundem Gilebertum Martel ita quod assisa noue disseisine summonita fuit coram iusticiariis ultimo itinerantibus et uisus terre factus fuit et remansit assisa capienda eo quod predictus Gilebertus de Winterburnia obiit ante capcionem eiusdem assise etc. **Oxon.** **Breue de ingressu post disseisinam et ita quod assisa noue summonita fuit et uisus tenementi factus etc.**

Et Jacobus et Nicholaa ueniunt et nolunt respondere sine breui. Et quia loquela ista mota fuit coram S. de Segraue et sociis suis in itinere suo in comitatu Norhamptone, scilicet quando dominus Rex tenuit ibi concilium[3] ut partes cognoscunt et tenentes ibi se essoniauerunt, et non potest constare iusticiariis qualiter inde recesserunt sine breui et recordo et[4] datus est etc. et interim ueniat breue et recordum.

373. Jurata uenit recognitura per consensum parcium per **Norf.**

[1] The annotator sometimes writes *ass. no.* for *assisa noue disseisine.*

[2] Supply *Gileberti.*

[3] Probably Aug. 1227. Mat. Par. Chron. Maj. vol. 3, p. 125.

[4] Om. *et.*

iuratores Simonem le Bigod et alios si Warinus de Rollesby presentauit Magistrum Walterum de Druffeuldia ad ecclesiam de Rolleby ut ad eam cuius aduocacio ad eum pertinebat racione tenementi quod tenuit in eadem uilla cum Agnete uxore sua uel racione terre Rogeri Bil que tunc fuit in manu sua quia tam Robertus Bil quam Matheus de Gunetona et Warnerius de Waxtonesham et Warinus de Marcham inter quos contencio est de eadem aduocacione posuerunt se inde in iuratam illam et concedunt quod iurata illa capiatur per predictos ix. sine pluribus. Postea recognitum est per quoddam cirographum factum in curia domini [56.] Regis quod idem Warnerius | remisit et quietum clamauit cuidam Agneti totum ius et clamium quod habuit in tota terra quam habuit in uilla de Rollesby ita quod nichil sibi retinuit nec in aduocacione nec in aliis pertinenciis suis nisi seruicia illius terre.

Juratores dicunt quod predictus Warinus de Rallesby presentauit ad eandem ecclesiam racione tenementi quod habuit in eadem uilla cum Agnete uxore eius et non occasione terre Rogeri Bil que tempore presentacionis debuit esse in manu sua quia terra illa tunc fuit in manu Willelmi Bil antecessoris ipsius Rogeri ita quod idem Willelmus postea inplacitauit predictum Warinum et Agnetem uxorem eius de eadem aduocacione et obiit ante placitum terminatum unde dicunt quod predictus Warinus presentauit occasione tenementi quod habuit in eadem uilla cum predicta Agnete uxore eius[1] de Warino de Marcham dicunt quod nichil iuris habet in eadem aduocacione quia Albreda mater sua nichil habuit in eadem uilla nisi nomine dotis unde nichil descendit ipsi Warino. Et ideo consideratum est quod nec Warnerius de Waxtonesham nec Warinus de Marcham nec Rogerus[2] aliquid capiunt per iuratam istam, et quod Matheus de Gunetona recuperauit presentacionem suam et Robertus in misericordia. Et Warinus de Monte Caniso apponit clamium suum.

374. Essex. Matillis que fuit uxor Ricardi Hipping' athachiata fuit ad

[1] There should here be a stop. [2] Corr. *Robertus* (?).

respondendum Benedicto de Burgestede quare peciit uersus eum terciam partem lx. acr. terre cum pert. in Burgestede ut dotem suam de tenemento ipsius Ricardi in eadem uilla desicut idem Ricardus adhuc uiuit etc.

Et Matillis uenit et dicit quod recuperauit eandem terram coram iusticiariis itinerantibus apud Chelmerefordiam in comitatu Essexie et ibi cognouit idem Benedictus quod predictus Ricardus uir suus mortuus fuit et dicit quod de eadem terra quam ipsa ibi recuperauit disseisiuit eam idem Benedictus et terram illam excoluit seminauit et blada asportauit desicut idem Ricardus mortuus est et unde dicit quod deteriorata est etc.

Nota de uxore cuiusdam que recuperauit dotem suam in uita uiri sui, et postea inde disseisita fuit per eum uersus quem recuperauit, et ipsa postea summonita quare petiit dotem desicut etc., et ipsa questa fuit quod inde sine iudicio disseisita fuit. Iudicium positum fuit in respectum quousque sciretur utrum uir suus mortuus esset uel non. Postea productus fuit uiuus et unde ille rehabuit seisinam suam uersus quem recuperauerat.

Postea de consensu parcium conuenit ita inter eos quod rehabeat seisinam suam et preceptum est uicecomiti quod diligenter inquirat que dampna ipsa Matillis habuit per disseisinam illam et inquisicionem quam inde fecerit scire faciat iusticiariis apud Westmonasterium etc. et Benedictus manucapit habendi predictum Ricardum coram iusticiariis ad predictum diem et nisi uenerit tunc habeat ipsa dampna sua, et si ipsum tunc adducat quod tunc rehabeat Benedictus seisinam suam. Et ad diem illum produxit Benedictus predictum Ricardum cum secta sufficienti militibus et aliis quod idem Ricardus est ille de quo agitur. Et ideo consideratum est quod Benedictus rehabeat seisinam suam etc.

DE TERMINO S. HYLARII ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII JOHANNIS REGIS XIIII^mo.[1]

375. [2] Jurata uenit recognitura de consensu parcium per Ricardum le Butiller et alios[3] de ciuitate Londonie si Willelmus de Maundeuilla Comes Essexie unquam fuit in seisina de una carucata terre cum pert. in Dictona et si terram illam dedit Priori et domui hospitalis extra Bissopesgate[4] et cartam suam eis inde fecit uel non, unde Rogerus de Surr.

[1] For this term A = Coram Rege Roll, No. 33.

[2] A. m. 1.

[3] Seven jurors from Surrey and seven from the city of London, A.

[4] Priory of S. Mary Spital. Monast. vol. 6, p. 623.

Dauntesye et Matillis uxor eius[1] dicunt quod predictus W. Comes nunquam fuit in seisina de predicta terra et manerio de Dittona, nec terram illam ei dedit nec cartam suam inde eis fecit. Qui omnes dicunt super sacramentum suum quod predictus Comes diu fuit in seisina de eadem terra et audiuerunt dici quod predictus Comes eis fecit cartam illam et terram illam eis dedit set nullus eorum presens fuit ubi carta illa fuit confecta nec ubi donum illud factum fuit, set dicunt illi de comitatu Surreie quod presentes fuerunt in comitatu[2] Surreie ubi quidam Gilebertus le Gros senescallus ipsius Comitis fecit eidem Priori seisinam de eadem terra sub nomine ipsius Comitis et bene credunt hoc uerum esse quod Comes eis donum illud fecit, et per cartam suam, et eo maxime quia ipsi fuerunt in pacifica seisina de eadem terra bene per tres annos in uita ipsius Comitis sine aliqua contradiccione uel aliquo inpedimento ipsius Comitis. Et ideo consideratum est quod Rogerus et Matillis warentizent[3].

Postea concordati sunt Rogerus et Matillis et predictus Johannes[4] tam de terra ista quam de omnibus aliis terris et tenementis que predicti Rogerus et Matillis exigebant uersus eundem Johannem et est concordia talis quod idem Johannes recognouit predictum manerium de Dictona cum pert. et totum manerium de Depedena cum pert. et cum omnibus feodis militum ad manerium illud pertinentibus et totum manerium de Gersith[5] cum pert. et domos quas idem Johannes tenuit in uilla Wintone cum omnibus pert. et preterea c. sol. terre in dominicis et seruiciis in manerio de Thiriel[6] per racionabilem extensionem esse ius ipsius Matillidis et omnes terras illas remisit et quietas clamauit de se et heredibus suis ipsi Matillidi et heredibus suis in perpetuum et preterea idem Johannes recognouit et concessit quod si ipse sine herede de corpore suo de uxore sibi |

[1] Countess of Hereford.
[2] The county court.
[3] The question is whether Roger and Matilda (heiress of the Earl of Essex) are bound to warrant an alleged gift of the Earl. Bracton, f. 398, cites this case.
[4] John must be the plaintiff who has sued the Prior.
[5] *Gersich*, A.
[6] *Ohiriel*, A.

desponsata decesserit quod tunc totum manerium de Chiriel reuertetur ad ipsam Matillidem et ad heredes suos quiete inperpetuum [1]. [56 b.]

376. [2]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam etc. ad ecclesiam de Plunstede que uacat etc. cuius aduocacionem Abbas S. Augustini Cantuarie clamat uersus Willelmum de Eyneffordia qui uenit et dicit quod Willelmus de Ros ultimo presentauit ad ecclesiam de Wikham tanquam ad matricem ecclesiam ad quam pertinet capella de Plunstede et quod ipse presentauit ad capellam de Plunstede tanquam pertinentem ad ecclesiam, racione custodie terre de Plunstede que est in custodia sua racione heredis predicti Willelmi de Ros et quod idem Willelmus ultimo presentauit ad ecclesiam illam scil. Dominum Lucam Thesaurarium qui ad presentacionem suam fuit admissus et inde ponit se super assisam. Kanc.

Et Abbas uenit et dicit quod ipse ultimo presentauit ad eandem ecclesiam eundem Lucam qui ad presentacionem suam fuit admissus et de hoc ponit se super assisam. Et ideo procedat assisa.

Juratores dicunt quod Abbas S. Augustini Cantuarie presentauit quendam Adam clericum ad ecclesiam de Plunstede qui ad presentacionem suam fuit admissus et obiit persona in eadem, ista dicunt omnes iuratores, et mortuo Ada, idem Abbas presentauit ad ecclesiam predictum Lucam et Willelmus de Ros similiter Thomam Bloinuill' [3], et postea uenit idem Willelmus et assensum prebuit presentacioni quam Abbas fecerat de predicto Luca ad peticionem domini Huberti iusticiarii, et ita fuit idem Lucas admissus ad eandem ecclesiam ad presentacionem Abbatis, et ista dicunt omnes iuratores preter Gilebertum de Ifeldia et Ricardum de Gurnay qui dicunt quod idem Lucas fuit admissus ad eandem ecclesiam tam ad presentacionem predicti Willelmi quam [5] Abbatis.

Nota quod si unus presentauerit aliquem qui ad presentacionem suam sit admissus et mortua persona tali postea alium presentauerit, et alius quicunque se opponat, et postea assensum prebeat presentationi illius qui prius presentauit et per hoc non recessit nec exiit ille qui alium presentauit et contulit a seisina sua si tercio presentet admittetur eius presentatus contra illum qui prebuit assensum [4].

[1] *de aliis heredibus predicti Johannis*, A adds, and then sets forth what Roger and Matilda in return concede to John.

[2] A. m. 2.

[3] *Blumuill'*, A.

[4] On f. 241, Bracton puts just this case and decides it in just this way; *quia aliud est assentire et aliud consentire.*

[5] Supply *ad presentacionem*, A.

Et quum xij. iuratores unanimiter dicunt quod Abbas S. Augustini ultimo presentauit ad eandem ecclesiam quemdam Adam qui ad presentacionem suam fuit admissus ad eandem et post ipsum Adam Lucas capellanus admissus fuit ad presentacionem Abbatis de assensu Willelmi de Ros et per assensum illum non exiit[1] uel recessit de seisina sua, Consideratum est quod Abbas remaneat in seisina, et Willelmus de Eyneford custos heredis Willelmi de Ros in misericordia, et ideo mandatum est Episcopo Roffensi quod non obstante reclamacione etc.

377.

Norhampt.

Nota de modo constituendi dotem, scil. terciam partem per totum, uel si ita esset quod mater heredis que partem tenuit in uita ipsius mulieris decederet quod tunc id quod ipsa tenuit assignaretur ei in dotem. Et heres hoc non dedixit, set nesciuit utrum ita esset uel non set quia ipse nesciuit et ipsa produxit sectam ideo ipsa recuperauit. Set quid si tercia pars esset ei assig-

[2] Cristiana que fuit uxor Walteri Malesoures per attornatum suum petit uersus Robertum Grunbant manerium de Thorp cum pert. ut dotem suam unde predictus Walterus eam nominatim dotauit etc. quia predictus Walterus die quo eam desponsauit dotauit eam de tercia parte omnium terrarum et tenementorum que tunc habuit ita scilicet quod si Alicia mater ipsius Walteri que predictum manerium tunc tenuit in dotem decederet in uita ipsius Cristiane quod ipsa Cristiana haberet manerium illud in dotem pro tercia parte sua et si non quod haberet terciam partem suam per totum et quod sic fuit dotata producit sectam sufficientem[3] etc.

Et Robertus uenit et non dedicit quin ita esset dotata set dicit quod nescit utrum ita dotata fuit uel non.

Et quia predicta Cristiana sectam producit sufficientem quod ita fuit dotata, Consideratum est quod predicta Cristiana recuperauit seisinam suam et Robertus in misericordia.

378.

Norf.

nata pro dote et tunc demum deliberaretur dos matris[4].

Nota quod placitum de communa pasture uertitur in nouam disseisinam de libero tenemento, quia uterque tam querens quam tenens, aduocat tenementum ut suum proprium.

[5] Rogerus de Sancto Dionisio et Sarra uxor eius athachiati fuerunt ad respondendum Willelmo de Estre quare contra pacem et dignitatem domini Regis arrauerunt et sulcauerunt et foderunt pasturam suam de Eckeles unde idem Willelmus queritur quod propter hoc deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam etc.

Et Rogerus et Sarra ueniunt et defendunt quod nichil arrauerunt nec sulcauerunt nec foderunt de pastura uel terra ipsius Willelmi, et dicunt quod pastura illa ipsorum est et non

[1] *The Abbot* did not lose his seisin.
[2] A. m. 2 d.
[3] Six suitors named in A.
[4] Bracton, f. 93, cites and discusses this case.
[5] A. m. 4.

ipsius Willelmi. Et quia ipsi Rogerus et Sarra aduocant terram illam ut suam et pasturam, et idem Willelmus ut suam, Consideratum est quod ipsi Rogerus et Sarra inde sine die et Willelmus perquirat sibi per breue de noua disseisina si uoluerit [1].

379. Robertus de Moyz petit uersus Robertum de Estradlegha duas partes trium bouat. terre cum pert. in Chelewella ut ius suum etc. unde Robertus de Moyz pater suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui domini Regis capiendo etc. et de predicto Roberto descendit ius terre illius isti Roberto ut filio et heredi etc. et quod predictus Robertus ita fuit seisitus et quod tale sit ius suum offert etc. Notingham.

Et Robertus de Estradlegha uenit et defendit ius suum nunc et alias etc. et seisinam predicti Roberti et totum et ponit se in magnam assisam et petit recognicionem fieri etc.

Idem Robertus de Moyz petit uersus eundem Robertum filium Walteri xj. bouat. terre cum pert. in Chelewella ut ius suum unde quedam Isilia proauia ipsius Roberti fuit seisita in dominico suo ut de feodo et iure | tempore H. Regis aui [57.] etc. capiendo inde etc. et de predicta Isilia descendit ius terre illius cuidam Roberto ut filio et heredi et de Roberto cuidam alii Roberto ut filio et heredi et de illo Roberto isti Roberto ut filio et heredi et quod predicta Isilia ita fuit seisita et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Robertus de Estradleha uenit et defendit ius suum et dicit quod predicta Isilia habuit duos uiros Willelmum de Moyz primum uirum suum scil. proauum istius Roberti qui modo petit et Walterum de Stradlegha secundum uirum suum antecessorem istius Roberti de Estradlegha qui tenet et de primo uiro suo habuit predictum Robertum Henricum et Ricardum. De Waltero habuit quemdam filium Sampsonem et Rogerum [2] nomine. Mortuo utroque uiro fuit ipsa Isilia in seisina de terra illa tota ita quod per ipsam Isiliam fuit ipsa terra partita equaliter inter predictos quinque filios tam primi quam secundi uiri. Post uenerunt omnes preter

[1] The time is not yet when title shall be tried in an action of trespass vi et armis; but this is a noteworthy attempt.

[2] Sic A; *et Rogerum* was interlined in A and *quemdam filium* left standing. This case is the same as 315.

Ricardum de Moyz et in plena potestate sua dederunt Sampsoni partes suas de predicta terra et ipsum in seisina posuerunt. Et quia predictus Ricardus de Moyz unus fratrum predicti uiri obiit sine herede de corpore suo descendit ius terre illius predicto Sampsoni auo ipsius Roberti [[1] de Stradl']. Et preterea dicit quod predictus Robertus auus nunquam habuit uxorem sibi desponsatam et ponit se in magnam assisam domini Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat in terra illa ut de concessione et de quieta clamancia quam Robertus de Moyz filius predicte Isilie et filius Willelmi primi uiri ipsius Isilie auus istius Roberti qui petit inde fecit Sampsoni filio ipsius Isilie et filio Walteri de Estredlegha secundi uiri ipsius Isilie et ut in illa que predicto Sampsoni debuit descendere eo quod predictus Robertus filius Isilie nunquam habuit heredem de uxore sibi desponsata an predictus Robertus de Moyz. Et sciendum quod Robertus de Estredlegha non tenet nisi viij. bouat. in dominico et tres in seruicio sicut ambo cognouerunt.

380.
Suff.
Nota quod mulier que noluit presentare ad ecclesiam ratione tercie partis quam tenuit in dotem et noluit consentire presentationi eius qui habuit duas partes, ideo ipse recuperauit presentationem ad totam ecclesiam [2].

Et Maria de Valoinis que petiit terciam partem cuiusdam aduocacionis racione tenementi quod tenuit in quadam uilla nomine dotis uenit et quia noluit consentire in clericum presentatum ad duas partes illius ecclesie nec aduocacio illa prius fuit diuisa Consideratum est quod possessor duarum parcium recuperauit aduocacionem suam et presentacionem suam ad totam ecclesiam.

381.
Glouc.
Nota quod loquela transmissa est ad curiam cristianitatis per Iusticiarios Regis quia causa testamentaria est.

[3]Alicia la Frowe petit uersus Abbatem de Flexlegha[4] decem marcas quas ei debet et iniuste detinet etc. unde dicit quod quidam Johannes de Kay emit de predicto Abbate iiij. saccos lane et Johannes in extremis legauit illos saccos isti Alicie et Johanni filio suo ita quod quando ipsi petierunt saccos illos coram executoribus testamenti istius Johannis de Kay idem Abbas finem fecit cum eis pro saccis illis pro[5] x. marc.

[1] Interlined by annotator; not in A.

[2] Bracton cites this, f. 243 b. This extract is a piece out of a case which is found on A. m. 8 and this piece has been scored on that roll. The suit is *Hamo de Valoines et Ricardus de Denham* v. *Herbertum de Alencum*.

[3] A. m. 9.

[4] Flaxley, in Gloucestershire. Monast. vol. 5, p. 589.

[5] *per*, A.

Et Abbas per attornatum suum uenit et dicit quod non debet hic respondere quia loquela ista testamentaria est et pertinet ad forum ecclesiasticum et dicit quod[1] ex habundati[2] quod satisfecit executoribus testamenti predicti Johannis del Kay de omnibus debitis in quibus eidem Johanni unquam tenebatur per scriptum eorundem executorum quod illud testatur. Et quum predicta Alicia dedicere non potest quin loquela illa testamentaria sit preceptum est ei quod sequatur loquelam suam in curia cristianitatis uersus executores si uoluerit et Abbas hic sine die.

382. [3]Muriella que fuit uxor Willelmi de Ros optulit se iiij^{to} die uersus Johannem Marescallum de placito audiendi certificacionem de tercia parte lx. acr. terre cum pert. in Wultona et de tercia parte pasture de Stanhale et de tercia parte xvj. acr. prati cum pert. in eadem uilla de Wultona et de tercia parte iiij. acr. terre et trium mesuagiorum cum pert. in eadem uilla de Wultona, quas tercias partes ipsa clamat uersus Johannem Marescallum qui uocauit ad warantum Hugonem de Ros qui respondit ei quod non debuit ei terram illam et pratum[4] warentizare quia Willelmus de Ros pater suus de cuius dono clamat terram illam obiit et unde iurata capta fuit prius per assensum ipsius Johannis et Hugonis de vij. uirg. terre cum pert. in Wultona ad recognoscendum si predictus Willelmus inde obiit seisitus uel non. Wilt.

Et iuratores dixerunt quod ipse Willelmus obiit seisitus de vij. uirg. terre cum pert. per quod ipsa recuperauit seisinam suam de tercia parte ut de dote sua de predictis vij. uirg. terre cum pert. Et quia tunc nulla facta fuit mencio in sacramento predictorum iuratorum de predictis lx. acr. terre nec pastura nec de prato nec de predictis iiij. acr. et hoc remansit per obliuionem clericorum de banco, prouisum fuit quod predicti iuratores resummonerentur ad certificandum si predictus Willelmus obiit seisitus de predictis lx. acr. pratis et pastura et sicut de vij. uirgat. terre unde prius iurauerunt qui iur' dicunt quod predictus Willelmus obiit inde seisitus

Nota quod propter obliuionem clericorum de

[1] Om. *quod*, A.
[2] *ex habundanti*, A.
[3] A. m. 9.
[4] *et pratum*, interlined; *nec pratum*, A.

banco debet resummoneri loquela et iurata, ut inquiratur ueritas, et quod capitur iurata per defaltam eius qui tenet si ad resummonitionem non uenit.

sicut de predictis vij. uirg. Et ideo Consideratum est quod Muriella recuperauit seisinam suam et Johannes in misericordia. Et sciendum quod Johannes non uenit et habuit diem in banco postquam iurata fuit resummonita et ideo capta est iurata per defaltam eius eo quod fuit de principali placito.

383. Midd.

Nota breue de ingressu post disseisinam ubi una pars moritur ante captionem assise, et hic ponit se tenens in iuratam quod non disseisiuit.

[1]Willelmus Huscarl et Galfridus le Waterletere per attornatos suos petunt uersus Terricum de Aldegate dimid. acr. terre cum pert. in Stebbehey ut ius suum etc. et in quam non habet ingressum nisi per disseisinam quam idem Terricus | [57 b.] fecit Rogero Huscarl' patri istius Willelmi cuius heres ipse est et isti Galfrido post ultim' et unde assisa noue disseisine summonita fuit et remansit assisa capienda eo quod idem Rogerus obiit ante capcionem assise etc.

Et Terricus uenit et defendit quod non disseisiuit predictos Willelmum et Galfridum et inde ponit se super iuratam. Et ideo ueniat iurata etc. ad recognoscendum si predictus Terricus disseisiuit eos etc.

384. Norf.

[2]Walterus filius Radulfi summonitus fuit ad respondendum Johanni de Burgo quare trahit eum in placitum in curia Comitis Arundel' per breue de recto de medietate xvj. acr. terre cum pert. in Aldeburgo quam medietatem predictus Johannes recuperauit uersus eundem Walterum coram iusticiariis itinerantibus in comitatu Norfolcie.

Ubi quis prius amisit per iudicium terram coram iusticiariis et postea implacitauit eundem per breue de recto dicendo quod terram illam amiserat per defaltam, et quesiti sunt rotuli iusticiariorum et inuentum quod amisit per iudicium.

Et Walterus uenit et dicit quod inplacitat eum per breue de recto quia terram illam amisit coram eisdem iusticiariis per defaltam. Et quesiti sunt rotuli et inuentum est quod idem Johannes recuperauit seisinam suam per iudicium ut de terra que fuit partibilis, et ideo Consideratum est quod Johannes teneat in pace et Walterus custodiatur postea inuenit plegios quod de cetero non sequetur.

385. Bed.

Breue de ingressu ubi petens habuit sectam sufficientem et tenens dixit quod alium habuit ingressum, set

[3]Radulfus de Tiuilla per attornatum suum petit uersus Hugonem Graundin dimid. caruc. terre cum pert. in Aspele Shitlinduna et Packesdena ut ius suum etc. et in quam non habet ingressum nisi per Clariciam de Bereuilla uxorem Ricardi filii Euerwini auunculi ipsius Radulfi que non habuit inde nisi dotem etc. et inde producit sectam.

[1] A. m. 9 d. [2] A. m. 9 d. [3] A. m. 10.

Et Hugo Graundin per attornatum suum uenit et defendit ius suum et talem ingressum et dicit quod habet ingressum in terram illam per quendam Henricum de Glaunuilla et dicit quod inde habet cartam et eam habebit ad diem et terminum. Et quia nullum uocat inde warantum nec cartam profert per quod docere potest de alio ingressu et Radulfus producit sectam sufficientem, Consideratum est quod Radulfus recuperat seisinam suam et Hugo in misericordia.

nullum uocat warantum nec cartam ostendit, set dixit quod habuit cartam et illam haberet ad diem et terminum set quia nil habuit ad manum et petens habuit sectam et ideo recuperauit petens[1].

386. [2]Willelmus filius Ade petit uersus Robertum filium Emeline j. uirg. terre cum pert. in Melgeresbiria ut ius suum etc. unde quidam Burnardus antecessor suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui qui fuit auus, anno et die, capiendo inde etc., et de ipso Bernardo descendit cuidam Willelmo ut filio et heredi et de ipso Willelmo cuidam Ade ut filio etc. et de predicto Ada isti Willelmo ut filio et heredi et quod tale sit ius suum offert etc.

Glouc.

Quidam petiit etc. et tenens protulit quandam cartam per quam antecessor petentis remisit tenenti totum ius etc., et petens dixit quod nil scit de carta, set non defendit quin antecessor quietum clamauit ius suum, et ideo quietus recessit.

Et Robertus uenit et defendit ius suum et bene concedit quod predictus Bernardus ita fuit seisitus et quod ius terre illius ita descendit predicto Ade set idem Ada dedit et concessit ei totum ius et clamium quod habuit in terra illa pro se et heredibus suis per cartam suam quam profert et que hoc testatur.

Et Willelmus dicit quod nichil scit de carta illa et non defendit quin pater suus ita quietum clamasset ius suum. Et ideo Consideratum est quod predictus Robertus et heredes sui teneant in pace terram illam quiete de ipso Willelmo et heredibus suis inperpetuum et Willelmus in misericordia.

387. [3]Assisa uenit recognitura si Gaufridus Clericus pater Gileberti de Wetherefeuld fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de xx. acr. terre cum pert. in Heingham die etc. et si etc. quam terram Prior de Culum[4] tenet qui uenit et uocat inde ad warantum Willelmum de Monte Caniso, qui presens est et dicit quod non debet ei warentizare quia predictus

Essex.

[1] See Br. f. 320. Bracton there cites a case from the next term to the effect that in such circumstances the tenant may have a day to fetch his charters.

[2] A. m. 10 d.

[3] A. m. 11 d.

[4] Earles Colne, Benedictine Priory in Essex. Monast. vol. 4, p. 95.

De incumbam'. Willelmus de Monte dedit Priori de Culum terram et ille idem Prior illam dedit cuidam Galfrido qui inde obiit seisitus ut de feodo et Gilebertus heres ipsius Galfridi tulit assisam mortis super priorem, et prior uocauit inde ad warantum predictum Willelmum. Consideratum fuit quod non warentizaret, quia prior incumbrauit[2].

Prior postquam antecessores ipsius Willelmi[1] dederunt terram illam domui de Colum, dedit terram illam Galfrido patri istius Gileberti et petit iudicium si debeat warentizare desicut ipse Prior terram illam incumbrauit et per factum suum etc. Et Prior non potuit hoc dedicere et ideo Consideratum est quod Willelmus recedat quietus de warantia et quod assisa procedat inter Priorem et Gilebertum set ponitur in respectum usque etc. pro tempore legis[3].

388. Stafford.

De uasto facto in terra que tenetur in dotem et inde inquisitio.

[4]Geua Basset et Henricus de Prestwude et Margeria uxor eius athachiati fuerunt ad respondendum Willelmo de Bromlegha quare fecerunt uastum et exilium in bosco de Bromwico et Northicote et Oselegha contra prohibicionem Dom. Regis etc. unde idem Willelmus de Brumlegha custos Ricardi filii Willelmi qui est infra etatem et in custodia sua queritur quod predicti Geua Henricus et Margeria qui non nisi dotem inde habent de hereditate predicti Ricardi, fecerunt uastum et exilium de septingentis quercubus unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam centum solidorum et inde producit sectam.

Et Geua Henricus et Margeria per attornatos suos ueniunt et defendunt quod nullum uastum fecerunt nec aliquam destruccionem. Et ideo preceptum est uicecomiti quod presentibus predictis Geua Henrico et Margeria assumptis secum xij. tam militibus quam aliis liberis legalibus et discretis hominibus de eodem uisneto in propria persona sua accedat ad predictos boscos et per eorundem sacramentum diligenter inquirat quod uastum et qualem destruccionem predicti Geua [58.] et alii | fecerunt in predictis boscis et inquisicionem etc. uenire faciat etc. per literas etc. et per duos ex illis etc.

389. Midd.

[5]Galfridus filius Johannis et Odierna uxor eius per attornatum ipsius Galfridi petit[6] uersus Willelmum de vij. Fontibus tres solid. redditus cum pert. in Westmonasterio[7]

[1] *ipsius Willelmi* substituted for *sui* by annotator; A has *sui*.

[2] Bracton, f. 391, cites this case. *A* enfeoffs *B*; *B* enfeoffs *C*; on *C*'s death *B* seizes the land and will not restore it to *C*'s heir; the heir brings the mort d'ancestor against *B*; *A* is not bound to warrant *B*; *A* has not undertaken to warrant *B* against the consequences of his (*B*'s) own misdoings.

[3] One may not swear in Lent.

[4] A. m. 12.

[5] A. m. 12.

[6] Sic, A.

[7] *Westm'*; and so A.

ut ius ipsius Odierne et in quas non habet ingressum nisi per Radulfum patrem suum cui Radulfus le Parmenter quondam uir ipsius Odierne eas dimisit, cui ipsa contradicere non potuit etc.

Et Willelmus per attornatum suum uenit et dicit quod ipse non tenet redditum illum immo mater sua illum tenet in dotem. Et Galfridus et Odierna dicunt quod predictus Willelmus tenet redditum illum, et concedunt quod nisi teneant[1] quod ipsi amittant clamium suum. Et Willelmus per attornatum suum concedit quod nisi mater sua illum teneat quod ipse reddat eis redditum. Postea Agnes que tenet mesuagium unde redditus ille prouenit, uenit et dicit quod reddit redditum illum predicto Willelmo. Et ideo consideratum est quod Galfridus et Odierna recuperauerunt seisinam suam et Willelmus in misericordia.

390. [2]Galfridus de Dunstanuilla summonitus fuit ad responden- Buck. Oxon.
dum Willelmo de Engleffeuldia quare non aquietat eum de seruicio quod Johannes de Breusa exigit ab eo de libero tenemento suo quod de eo tenet in Athcete unde idem Gaulfridus qui medius est inter eos eum aquietare debet ut dicit etc. et unde queritur quod per defectum ipsius distringitur etc. et unde queritur quod Johannes de Breusa distrinxit eum pro scutagio de Kery[3] per quod deterioratus est ad ualenciam xxx. marc.

Et Galfridus uenit et petit iudicium si debeat ad hoc breue respondere desicut idem Willelmus non specificat quantitatem scutagii, nec pro quot feodis militum nec de quibus feodis scutagium illud debeatur. Post uenit Galfridus et cognouit quod tenet predictum tenementum de Athecote per seruicium unius paris calcarium deauratorum et quod debet aquietare eundem Willelmum uersus Johannem de Breusa de omnibus seruiciis per predictum seruicium. Et Willelmus dicit quod pro defectu ipsius Galfridi distringitur et deterioratus est ut supra et inde producit sectam sufficientem etc.

Et Galfridus defendit dampnum et deterioracionem contra

[1] Corr. *teneat*, A.
[2] A. m. 14.
[3] Scutage for the Welsh campaign of 1228.

sectam suam. Et ideo Consideratum est[1] Galfridus uadiet legem se xij. manu et ueniat etc. Et sciendum quod ambo cognoscunt quod antiquitus solet fieri districcio in eodem tenemento pro omni seruicio quod idem Galfridus debet predicto Johanni. Et ideo preceptum est eidem Galfrido quod de cetero aquietet ipsum Willelmum uersus predictum Johannem ne idem Willelmus dampnum habeat.

391. Norf. Suff.

[2]Thomas [3]Episcopus Norwicensis petiit per libertatem[4] omnia amerciamenta hominum suorum tenencium de feodo suo tam de amerciamentis in comitatu quam in itinere iusticiariorum. Et dominus Rex quesiuit quo waranto petiit amerciamenta illa. Dicit quod per cartas[5] Dom. Regis scil. per cartam Dom. Regis J. patris sui quas protulit. Et requisitus si uellet habere iudicium de cartis illis, ita quod si amitteret per iudicium, amerciamenta illa inperpetuum amitteret, et si pro se iudicaretur quod haberet amerciamenta predicta, et Episcopus tali modo subiuit iudicium. Postea dixit quod Episcopus J. de Gray predecessor suus fuit seisitus de amerciamentis et Episcopus Randulfus[6] similiter et inde inuenit ecclesiam suam seisitam unde non ausus fuit subire iudicium sine Dom. Archiepiscopo et coepiscopis suis et sine eorum consiliis.

De Episcopo Norwic' qui petiit libertates de amerciamentis in Com. Norf' et Suff'.

392. Warr.

[7]Ricardus de Willeye et Johanna de Willey summoniti fuerunt ad respondendum Willelmo de Kamuilla quo iure communam pasture exigunt in terra ipsius Willelmi in Arewe, desicut idem Willelmus nullam communam habet in terris ipsorum Ricardi et Johanne, nec ipsi Ricardus et Johanna seruicium faciunt quare communam habere debeant etc.

Et Ricardus et Johanna ueniunt. Et Johanna dicit quod tenet terram illam in dotem ad quam communa illa pertinet, et dicit quod Philippus quondam uir suus habuit semper

Breue, Quo Jure, ubi querens cognouit quod habuit pasturam quantamcunque, licet paruam, quia tenens excoluit magnam partem terre ubi communam clamauit, Consideratum fuit quod nichil caperet per breue suum et perquireret sibi per aliud breue, scil. quod ei reddat tantam pasturam[8].

1 Supply *quod*, A.
2 A. m. 14.
3 Blunville, consec. 1226.
4 Throughout his liberty.
5 Supply *antecessorum*, A.
6 Corr. *Pandulfus*, A.
7 A. m. 17.
8 In a Quo Jure a plaintiff must assert that he has no common in the defendant's land. William cannot say this. If he has any grievance it is that he is not allowed enough common in the defendant's land, not that the defendant has common in his (William's) land. He has mistaken his remedy.

seisinam de eadem communa dum uixit, et Thomas filius Ricardi qui est warantus suus de dote sua est infra etatem, et non uult sine eo respondere nisi curia considerauerit.

Et Ricardus uenit et dicit quod semper a conquestu Anglie communicauerunt antecessores sui in terris ipsius Willelmi et antecessorum suorum et idem Willelmus similiter et antecessores sui in terris ipsius Ricardi et antecessorum suorum uice uersa et adhuc faciunt homines ipsius Ricardi de Wylegha seruicium eidem Willelmo pro communa illa et oua dant et gallinas et eciam hoc anno illud seruicium ei fecerunt.

Et Willelmus dicit quod bene potest esse quod antecessores sui aliquando communicauerunt cum antecessoribus ipsius Ricardi et ipse similiter, set ipse Ricardus nunc includit pasturam illam et eam arrauit et in culturam redegit ita quod nec ipse nec homines sui aliquam communam habere possunt in terra ipsius Ricardi.

Et quia Willelmus cognoscit quod habet communam quantamcumque licet paruam consideratum est quod nichil capiat per breue istud et sit in misericordia pro falso clamore et perquirat sibi per aliud breue sicut per breue quod reddat ei tantam pasturam etc. |

393. [1]Ranulfus Comes Cestrie et Lincolnie petit uersus Willelmum Priorem de Pratis v. hidas terre cum pert. in Stiuintona [58 b.] Berca. ut ius suum etc. unde Comes Ranulfus auus suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo etc. et iure tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde etc., et de predicto Ranulfo descendit ius terre illius Hugoni filio suo et heredi et de predicto Hugnone[2] isti Ranulfo ut filio et heredi suo, et unde idem Ranulfus dicit quod tempore quo Hugo pater suus fuit infra etatem et in custodia Regis Henrici cum terris suis unde Ranulfus pater suus obiit seisitus fuerunt predicte v. hyde alienate desicut idem Ranulfus pater ipsius Hugonis obiit seisitus de terra illa sicut et de aliis et quod ita sit offert Dom. Regi xx. marc. pro habenda inde inquisicione et si hoc

[1] A. m. 24 d. This record has already occurred, see Case 272. [2] Sic.

non sufficit offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui.

Et Prior uenit et defendit ius suum nunc et alias etc. et seisinam predicti Ranulfi et predictum ingressum et dicit quod non debet ei respondere de tempore illo et profert cartam Regis Henrici patris Imperatricis que testatur quod ipse concessit et confirmauit deo et ecclesie B. Marie de Prato plures terras in Normannia, adiecta est eciam in carta predicta hec clausula Et ex dono meo manerium meum in Normannia quod uocatur Bures et Esteuentonam in Anglia cum omnibus ei pertinentibus et cum omnibus libertatibus suis Has tenuras et omnes alias tenuras suas quecumque sunt et de quibuscumque habeant et[1] uolo et firmiter precipio quod ita teneant bene et in pace etc. sicut ecclesia in regno meo potest liberius tenere et insuper sicut mea propria. Profert eciam literas eiusdem Dom. H. Regis patentes in hec uerba, H. Rex Anglorum etc. uic' Berk' et ministris suis salutem Precipio quod monachi S. Marie de Prato teneant manerium de Stiuetona ita bene et in pace et quiete cum secta[2] etc. sicut ei illud dedi in elemosinam et sicut habui illud in manu mea. Profert eciam cartam Regis Henrici aui Dom. Regis que testatur quod concedit eis et confirmat omnia ea que data sunt in perpetuam elemosinam, scil. ex dono Regis H. aui sui Stiuintonam in Anglia. Profert eciam cartam Regis Johannis per quam concedit et confirmat ei plures terras et ex dono Regis H. aui patris sui Stiuingtonam in Anglia. Profert eciam cartam Regis Henrici qui nunc est et que testatur quod confirmat eis donacionem et concessionem predicti Regis Henrici aui sui de Stiuingtona in Anglia et de pluribus[3] in Anglia, unde idem Prior dicit quod super cartas illas non uult respondere nisi curia considerauerit et si curia considerauerit quod debeat super hoc respondere dicet aliud.

De cartis et confirmationibus Regum Anglie de antiquo tempore.

Et Comes dicit quod post primam cartam fuit auus suus in seisina ut de feodo et iure sicut predictum est et predicto modo fuit terra alienata tempore predicti Hugonis secundum quod predictum est et hoc offert etc. et petit inde iudicium,

[1] Om. *et*, A. [2] Corr. *socca*, A. [3] Sic, A.

Postea prouisum est coram Dom. Rege[1] quod Prior dicat aliud. Et Prior postea dicit quod non uidetur ei quod debeat eidem Comiti respondere quia idem Comes loquitur de seisina antecessorum suorum tempore H. Regis aui Dom. Regis qui nunc est et ipsi fuerunt in seisina de eadem terra bene per xv. annos ante mortem Regis H. aui qui fuit auus aui[2] domini Regis scil. ante annum et diem quo obiit et per cartam ipsius H. de feofamento a. r. sui xxj. confectam et semper postea fuerunt in seisina de eadem terra sine interrupcione et inde habent confirmacionem omnium Regum subsequencium sicut superius dictum est de Rege in Regem usque nunc ita quod nunquam fuerunt extra seisinam post primum feofamentum et desicut habent cartam predicti H. Regis auus auui Dom. Regis de feofamento et per[3] cartas aliorum Regum subsequencium de confirmacione non uult super cartas illas respondere nisi curia considerauerit, et si curia considerauerit quod debeant respondere super cartas illas sine Dom. Rege dicet aliud et monstrabit sufficienter quod Comes nichil iuris habet in eadem terra.

Et Comes per attornatum suum uenit et dicit quod ipse loquitur de seisina Ranulfi aui sui qui post feofamentum illud fuit in seisina de eadem et hoc petit per breue et per *eos*[4] et hoc offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Galfridi nomine et si hoc non sufficit offert Dom. Regi xxx. marc. pro habenda inquisicione et petit iudicium desicut Prior non uult aliud respondere.

Et Prior dicit quod ostendit feofamentum suum et cartam H. Regis senis et cartas aliorum Regum subsequencium que testantur donum illud et Comes nichil ostendit quod postea feofatus esset inde unde uidetur quod satis respondet pro se et Dom. Rege qui debet ei warentizare si ausus esset illum uocare ad warantum sicut alium hominem[5] et si curia considerauerit quod debeat sine Dom. Rege aliud respon-

[1] *Coram domino Rege* is interlined on the roll, and perhaps should follow *dicat aliud.*

[2] Sic, A; but Henry I. is meant.

[3] Om. *per.*

[4] Corr. *per os*, but in A also the word seems to be *eos*.

[5] See Br. 382 b.

dere aliud dicet et sufficienter respondebit. Datus est etc.[1] de audiendo iudicio suo.

394. Midd. [2] Willelmus Abbas S. Albani summonitus fuit ad respondendum Willelmo filio Radulfi quare deforciat ei j. caruc. terre cum pert. in Stanmere que est ius et hereditas ipsius Willelmi de qua terra idem Abbas in curia Regis per consideracionem eiusdem curie recuperauit custodiam ut capitalis dominus feodi illius uersus Henricum Buchoint tunc custodem eiusdem Willelmi eo quod Johannes auunculus suus qui tunc fuit proximus heres ut dicebatur profectus fuit in partes transmarinas et modo obiit ut dicitur et unde idem Abbas distulit reddere ei seisinam suam eo quod ab aliquibus dicitur quod sit bastardus desicut idem Abbas in curia predicta reddidit eidem Willelmo aliam terram ut filio et heredi predicti Radulfi patris sui fratris predicti Johannis et unde [59.] idem | Willemus queritur quod predictus Abbas seisinam suam ei iniuste deforciat[4].

Recordum de Willelmo de Enormere de quo dictum fuit aliquando quod bastardus fuit set quia capitalis dominus reddidit ei seisinam suam ut filio et heredi non potuit ulterius ei obicere bastardiam[3].

Et Abbas per Johannem de Shelfordia uenit et recognoscit seisinam suam de predicta terra ut de custodia ut capitalis dominus feodi uersus Henricum Buckoint qui tunc se fecit custodem predicti Willelmi et quod postea reddidit eidem Willelmo aliam terram unde pater suus obiit seisitus ut de feodo sicut filio et heredi suo et libenter concedit et reddit ei seisinam suam saluo[5] predicto Johanni si redierit seisina sua sine placito et similiter saluo iure cuiuslibet.

Et super hoc uenit Willelmus filius Ricardi de Graua et dicit quod terra illa debet reuerti ad ipsum pro defectu heredis de predicto Radulfo quia iste Willelmus est bastardus. Et quia curia recordatur quod idem Willelmus filius Radulfi fuit in seisina de terra illa quando Abbas recuperauit seisinam de terra illa ut capitalis dominus feodi uersus Henricum Buckoint qui se fecit custodem ut predictum est Willelmus filius Ricardi non potest dedicere seisinam illam. Con-

[1] The day given is Easter three weeks.

[2] A. m. 25.

[3] Bracton, f. 418, cites this case and states this rule. The name *Enormere* seems to arise from a misreading of *Stanmere* in the text.

[4] William the plaintiff says to his lord the Abbot, You have given me seisin as heir to my father, now give me seisin as heir to my uncle, for you have admitted my legitimacy.

[5] Sic.

sideratum est quod Willelmus filius Radulfi recuperauit seisinam suam, salua predicto Johanni seisina sua si redierit et saluo iure cuiuslibet, habeat seisinam suam.

DE TERMINO PASCHE ANNO REGNI REGIS FILII JOHANNIS REGIS XIIIJ^MO.

395. Matillis Abbatissa de Rumeseia[1] summonita fuit ad respondendum Rogero Wascelin quare impedit eundem Rogerum presentare idoneam personam ad ecclesiam de Stokes que uacat etc. et spectat donacio ad predictum Rogerum eo quod eadem Abbatissa concessit et tradidit eidem Rogero manerium de Stokes cum omnibus pertinenciis suis exceptis quibusdam rebus quas specialiter excepit in carta sua usque ad terminum vij. annorum. Suhampt.

Nota de manerio dato ad terminum exceptis quibusdam rebus set nulla facta mentione de aduocatione. uacauit ecclesia. et firmarius presentauit. et recuperauit seisinam suam per iudicium[3].

Et Abbatissa per Ricardum clericum attornatum suum per breue Dom. Regis, per iiij. milites missos ad eam ad aud' etc.[2] uenit et cognoscit cartam et quod concessit ei predictum manerium ad firmam usque ad predictum terminum cum omnibus pert. suis exceptis auxiliis et tallagiis hominum et excepto eo quod nullus terram tenens de eodem manerio in uilenagio maritare poterit filiam suam extra feodum nisi prius finem fecerit cum ipsa Abbatissa et exceptis finibus et releuiis liberorum hominum que sibi tantum retinet cum quibusdam aliis rebus nulla facta mencione de aduocacione, et quod aduocacio spectat ad manerium illud, et ideo Consideratum est quod Rogerus recuperauit presentacionem suam ad eandem ecclesiam ut firmarius et Abbatissa in misericordia et Rogerus habeat breue ad officialem Episcopi Wintoniensis quod non obstante etc.

396. Willelmus Ernaldus atthaciatus fuit ad respondendum Rogero filio Heruei de placito quare non tenet ei finem factum coram iusticiariis itinerantibus apud Gypewicum inter eos de tribus acris terre cum pert. in F*ining*ham unde Suff.

[1] Monast. vol. 2, p. 506.
[2] To hear her appointment of an attorney.
[3] See Br. f. 249 b, § 7.

cirographum etc. et unde idem Rogerus queritur quod predictus Willelmus contra finem illum deforciat ei predictas tres acras.

Nota quod adiudicata est lex ad sectam unius hominis ex quo alius non calumpniat talem sectam, set statim intrat in plenam defensionem[1].

Et Willelmus uenit et cognoscit cirographum et totum et defendit quod in nullo uenit contra finem illum et dicit quod ipse Rogerus est in seisina de eadem terra et semper fuit post finem illum et nunquam impediuit eum et hoc offert defendere sicut curia considerauerit. Et quia intrat in plenam defensionem et quia Rogerus producit unum hominem ad sectam Consideratum est quod uadiet legem se xij^ma^ manu. Postea remittit Rogerus ei legem et dictum est uicecomiti in banco quod non permittat quod ipse Willelmus inpediat quin facere possit commodum suum de eadem terra.

397. Oxon.

Nota quod dominus Rex saluat defaltam tenentis[2] postquam se posuerit in magnam assisam ita quod iiij. electi ad eligendum xij. et postquam tenentes recesserunt sine die, et resummonita est loquela.

Stephanus de Fretewella et Johannes le Brun optulerunt se iiij^to^ die uersus Paulinum de Winchelese de placito xvj. acr. prati cum pert. in Elwyesham quas ipse Paulinus clamat uersus eos ut ius suum ita quod posuerunt se in magnam assisam ita quod iiij. milites ad eligendum xij. summoniti fuerunt. Et Paulinus non uenit etc. et fuit petens et ideo Stephanus et Johannes sine die et Paulinus in misericordia. Post uenit Paulinus et saluata est ei defalta per Dom. Regem et per Dom. Cancellarium eo quod tunc fuit in seruicio Dom. Regis et ideo summoneatur loquela.

398. Norhampt.

Ascelinus Tunder summonitus fuit ad respondendum Rogero de Neuilla quare ad exhereditacionem ipsius Rogeri dimisit Hugoni Dod viij. acras terre et j. mesuagium cum pert. in Pastona que ipse Ascelinus tenuit ad uitam suam tantum et que post mortem suam deberent ad ipsum Rogerum reuerti racione donacionis quam Robertus filius Galfridi ei fecit etc.

Et Ascelinus uenit et cognoscit quod non habuit terram illam nisi ad uitam suam tantum de dono predicti Roberti reddendo inde per annum ij. sol. et quod post mortem suam terra illa reuerti debuit ad predictum Rogerum. Et dicit

[1] The defendant need not have waged his law if he had objected that a suit of a single suitor is insufficient.

[2] Corr. *petentis*. Bracton, f. 369 b, cites this case as having come before Stephen Segrave and Ralph (Neville) Bishop of Chichester the Chancellor. The judgment given against the demandant by default is revoked.

quod predictus Robertus attornauit illos duos solidos predicto Rogero de Neuilla et processu temporis pro paupertate sua recessit ille a terra illa et reddidit illam predicto Roberto filio Galfridi et nichil inde clamat nec aliquid curat de ea, et ideo sine die. |

Et Hugo Dod summonitus ad respondendum quare ingressus est terram illam ad exhereditacionem ipsius Rogeri et[1] uenit et uocat inde ad warantum Robertum filium Galfridi. Habeat eum etc. Post uenit Robertus filius Galfridi et terram illam warantizat Hugoni Dod ut illam quam dedit ei postquam Ascelinus eam reliquit et cognouit quod prius feofauerit[2] predictum Rogerum unde Consideratum est quod Rogerus recuperauit seisinam suam et quod Robertus faciat escambium predicto Hugoni. [59 b.]

399. Hamelinus Abbas de Cultura[3] summonitus fuit ad faciendum Paulino Peiure escambium de dim. hida terre cum pert. in Thudingduna quam Willelmus de Kaue persona eiusdem uille recuperauit uersus eundem Paulinum per finem factum in curia Dom. Regis inter quandam personam predecessorem suum et Abbatem de Cultura et unde idem Paulinus dum fuit in seisina de eadem terra et priusquam terram illam amitteret uocauit eundem Abbatem ad warantum uersus predictum Willelmum, et unde Paulinus dicit quod G. Abbas S. Petri de Cultura et eiusdem loci conuentus dederunt et concesserunt Rogero Peiure patri suo pro dō[4] et seruicio suo duas uirg. terre tenendas in uita sua quas Matheus clericus tenuit per cartam que hoc testatur etc. Postea uero Rogerus Abbas successor ipsius G. feofauit eundem Rogerum de eadem terra per cartam suam que testatur quod idem Abbas et conuentus dedit et concessit eidem Rogero et heredibus suis totam dim. hydam terre cum omnibus pert. suis illam scilicet quam Matheus de eis tenuit tenendam de domo de Cultura per vij. sol. annuos et desicut est heres ipsius Rogeri qui sic inde feofatus fuit et in seisina fuit post mortem patris Bed.

[1] Om. *et*.
[2] Sic.
[3] La Coûture in the diocese of Le Mans. Gall. Christ. vol. 14, col. 468. See Case 296.
[4] Corr. *homagio*; the text has the usual contraction of *deo*.

sui et antequam terram illam amitteret et dum fuit in seisina uocauit ipsum Abbatem ad warantum petit quod faciat ei escambium ad ualenciam etc.

Et Abbas per attornatum suum uenit et cognoscit cartas illas et dicit quod non debet terram illam ei warentizare quia predictus Rogerus nunquam fuit in seisina de eadem terra per cartas illas et per donum illud nisi per quendam finem quem ipse Rogerus fecit cum quodam Hugone clerico predecessore predicti Willelmi de Kaue de predicta terra.

Et Paulinus uenit et cognoscit finem set dicit quod finis factus fuit tempore Regis Ricardi quo idem Abbas cepit terram illam in manum suam cum ecclesia de Thuddingduna et carta de feofamento facta Rogero patri suo facta fuit tempore Regis Johannis etc.

400. Midd. Johannes de Valle Torta petit uersus Robertum de Bello Campo duas caruc. terre cum pert. in Shepertona ut ius suum etc. unde Johannes de Walletorta pater suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore J. Regis patris Dom. Regis, et tempore pacis etc., capiendo inde etc. et de predicto Johanne descendit ius terre illius cuidam Ricardo ut filio suo primogenito et heredi, et quia idem Ricardus obiit sine herede de corpore suo, huic Johanni ut fratri et heredi suo, et quod Johannes fuit ita seisitus et quod tale sit ius suum offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Ricardi de Newenham qui uidit predictum Johannem inde seisitum qui hoc offert disracionare et si de eo male contigerit per alium etc.

Duellum de Sepertona inter Johannem de Valle Torta et Robertum de Bello Campo et ubi Dunecanus qui primo uadiauit duellum mortuus fuit morte naturali, et ideo le Champeneys fecit duellum pro eo, et primo dedit Willelmus uadium defendendi, et eodem die percussum est duellum[1].

Et Robertus uenit et defendit ius suum nunc et alias et seisinam Johannis et predicti Ricardi ut de iure et totum de uerbo in uerbum per corpus cuiusdam liberi hominis sui, Dunekani Scoti, qui hoc offert defendere etc. et si de eo male contigerit per alium etc.

Et quia nullus eorum aliquid dicit propter quod duellum debeat remanere, Consideratum est quod duellum fiat inter eos, et ideo Dunecanus det uadium defendendi et Ricardus disracionandi.

[1] Compare Br. f. 139 as to the procedure in appeals of felony. Duncan Scot was apparently a hired champion; see above Case 328.

Postea ante duellum percussum mortuus est Dunecanus, et ad diem datum uenit Robertus de Bello Campo et producit Willelmum le Champenays qui hoc offert defendere loco Dunecani, sicut ille Dunecanus defenderet si uiueret. Et quia Johannes nichil obicit quin duellum procedat nec aliquid nisi qúod Dunecanus obiit de morte sua naturali et non per stulticiam suam, Consideratum est quod duellum procedat et Willelmus in continenti det uadium defendendi etc. et statim eodem die percussum est duellum[1].

401. Assisa uenit recognitura apud Lamheyth die etc. coram Willelmo de Ralegha et Willelmo de Londonia iusticiariis assignatis per preceptum domini Regis si Walterus de Langeport[2] iniuste et sine iudicio disseisiuit Walterum de la Graue de libero tenemento suo in Maifordia post primam coronacionem etc. Et Walterus de Langeford[3] uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia terra illa unde assisa arramiata est accidit ei ut hereditas sua ex parte Roberti de Poltona auunculi sui, qui inde fuit seisitus die quo obiit et post mortem ipsius Roberti uenit Henricus filius Nicholai de Kintona particeps suus de hereditate illa, et in tantum locutus fuit cum eo quod concessit ei terciam partem illius terre, scil. unam uirg. et dimid. et idem Henricus postea uastauit terram illam et eam dimisit predicto Waltero de la Graue, et interim uenit Dom. Rex per partes illas | et [60.] audiuit quod terra illa que fuit seriancia sua uastata fuit, et eam cepit in manum suam, et tenuit per longum tempus. Postea accessit Walterus de Langefordia ad Dom. Regem et petiit terram illam sicut illam quam prius ei reddiderat, et in tantum locutus fuit cum Dom. Rege quod ipse concessit et reddidit ei terram illam ita quod mandauit uicecomiti Surreie per breue suum quod plenariam ei seisinam inde habere faceret et inde uocat ad warantum uicecomitem Surreie et breue quod inde ei uenit.

Surr.

Et Walterus de Graua uenit et hoc totum defendit, et dicit quod reuera idem Walterus de Langefordia tulit breue

[1] *et statim......duellum*, added by annotator, who thus seems to have had personal knowledge of this fact.

[2] Sic.

[3] Sic.

Dom. Regis de habenda seisina de x. sol. redditus quas idem Walterus reddere solebat predicto Henrico et inde uocat ad warantum breue Dom. Regis quod uenit ad uicecomitem. Et ideo preceptum est uicecomiti quod habeat breue illud coram iusticiariis apud Westmonasterium etc. et datus est dies etc.

Et sciendum quod summa dampnorum est xx. sol. si curia considerauerit quod ibi sit desseisina.

Ad diem illum misit uicecomes breue[1] quod tale est, quod Dom. Rex precepit uicecomiti quod de terra Walteri de Langefordia quum est unus ex particibus Roberti de Pertona in Me*m*fordia que est de seriancia Dom. Regis et quam cepit in manum Dom. Regis occasione terre que est de eadem seriancia quam Henricus de Kingtona qui est unus ex particibus eiusdem Roberti uendidit et quam cepit in manum Dom. Regis[2], eidem Waltero de Langeford[3] sine dilacione plenariam seisinam habere faceret et predictam terram que fuit ipsius Henrici in manu domini Regis saluo custodiri faceret. Et ideo Consideratum est quod Walterus de Langefordia inde quietus et Walterus de la Graue in misericordia. [quia Walterus de Langefordia non disseisiuit quia habuit ingressum per preceptum Dom. Regis[4].]

402. Wiltes. Radulfus le Moyngne petit uersus Walterum filium Hugonis ij. uirg. terre cum pert. in Maidingtuna quas Galfridus le Moyne Byscoyne tenuit de eodem Radulfo et in quas idem Walterus non habet ingressum nisi per predictum Galfridum et que ad ipsum Radulfum debent reuerti tanquam escaeta sua eo quod Galfridus predictus bastardus fuit et obiit sine herede de se.

Et Walterus uenit et defendit ius suum et talem ingressum et dicit quod habet ingressum per Hugonem patrem suum qui inde fuit seisitus per l. annos ex dono Galfridi le Moynne auunculi patris ipsius Radulfi cuius heres ipse est etc. et non de dono predicti Galfridi Biscoyne et ipse

[1] Excerpt. Rot. Fin. vol. 1, p. 173.

[2] Alienation by a tenant in serjeanty seems a cause of forfeiture.

[3] *de Langeford* interlined by annotator.

[4] Words in [] added by annotator. See Br. f. 204. If there is disseisin at all, the king is the principal disseisor; but he cannot be sued.

post mortem patris sui tenuit terram illam per xl. annos et si opus est ponet se in magnam assisam Dom. Regis ut fiat recognicio an idem Walterus maius ius habeat tenendi terram illam de ipso Radulfo ut illam quam predictus Galfridus senex antecessor ipsius Galfridi dedit predicto Hugoni patri suo an idem Radulfus habendi eam in dominico. Consideratum est quod assisa iacet.

Nota magnam assisam de ingressu[1].

403. Alicia Comitissa Augy petit uersus Emmam de Bella Fago ij. caruc. terre cum pert. in Gunthorpe et in *Judham* ut ius suum, unde quedam Beatricia antecessix[2] sua fuit seisita in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui qui fuit auus Dom. Regis anno[3] die quo fuit uiuus et mortuus, capiendo inde etc. et de Beatricia descendit ius terre illius cuidam Henrico ut filio et heredi et de predicto Henrico cuidam Johanni ut filio et heredi et de predicto Johanne cuidam Henrico ut filio etc. et de predicto Henrico isti Alicie ut filie et heredi et quod predicta Beatricia ita fuit seisita et quod tale sit ius suum offert etc.

Noting.

Et Emma uenit et defendit ius suum nunc et alias ubi et quando et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia alias fuit placitum in curia Dom. Regis de eadem terra ita quod finis factus fuit inter Hubertum de Burgo Comitem Kancie Justiciarium Anglie petentem et ipsam Emmam per cirographum[4] desicut ipsa nec aliquis pro ea clamium suum apposuit etc.

Nota quod exceptum fuit contra, quod clamium non apposuit cum alias placitum esset et finis factus. Responsum fuit quod fuit in partibus transmarinis et *ita* quassata fuit exceptio, et tenens respondit[5].

Et Comitissa uenit et dicit quod hoc non debet ei nocere, quia ipsa tunc fuit in partibus transmarinis ita quod non potuit clamium suum apponere. Et Emma non potest hoc dedicere. Et ideo Consideratum est quod respondeat.

Et Emma dicit quod non tenet terram illam nisi ad uitam suam tantum et quod terra illa post mortem suam debet reuerti ad predictum Hubertum de Burgo per cartam inter eos confectam et que hoc testatur et per cirographum inter eos in curia Dom. Regis confectum et per cartam Dom.

[1] Bracton, f. 319, cites this case. The entry is too old for the action to be tried as a writ of entry, so the tenant puts himself on the grand assize as though it were a writ of right.

[2] Sic.

[3] Supply *et*.

[4] Supply *et*.

[5] See Br. f. 436 b.

Regis que hoc testatur et inde uocat eundem Hubertum ad warantum uersus eam.

Obiectum fuit petenti a tenente quod non tenuit totam terram cum pertinenciis, quia aduocatio ecclesie fuit de pertinenciis de qua nulla mencio, et contra quod[1] nichil clamat de aduocatione, quia quando antecessores fuerunt inde feoffati excepta tunc fuit aduocatio et [60 b.] unde ulterius non fuit pertinens, et sicut antecessores sui fuerunt feoffati, ita ipsa petit[2].

Eadem Comitissa per eadem uerba et eodem iure petit uersus Oliuam de Monte Begonis ij. caruc. terre cum pert. in Tuckefordia ut ius suum, unde Beatricia predicta etc.

Et Oliua uenit et defendit ius suum nunc et alias etc. et dicit quod non debet ei respondere, quia ipsa Comitissa petit duas caruc. terre cum pert., et aduocacio ecclesie eiusdem uille est de pertinenciis et ipsa Comitissa nullam facit excepcionem de aduocacione, et ideo non uult respondere ad hoc breue, nisi curia considerauerit.

Et Comitissa dicit quod nichil clamat in aduocacione illa, nec illam posuit in uisu suo et antecessores | feoffati fuerunt de vij. caruc. in eadem uilla sine aduocacione quia illi qui feoffauerunt antecessores suos retinuerunt sibi aduocacionem illam et ideo uidetur ei quod debet ei responderi. Postea concordati sunt saluo iure Dom. Regis si placuerit Dom. Regi sine quo non potest concordia stare, et est concordia talis quod predicta Oliua et heredes sui tenebunt predictam terram cum pert. de predicta Comitissa etc. per illud idem seruicium quod prius inde fecit Dom. Regi, et utraque earum apponet posse suum de concordia concedenda.

404. Suff.

Essonium de malo lecti ubi omnes iiij. uiderunt set tres sine quarto testificati fuerunt uisum. Postea uenit quartus et testatus est[3].

Willelmus filius Ade et Ricardus de Appelgar et Willelmus filius Ade tres milites missi simul cum Willelmo de Wadingefel ad Rogerum filium Radulfi qui se essoniauit de malo lecti uersus Hubertum de Kellinges de placito terre in comitatu Norfolcie ueniunt et dicunt quod languidus est et quod uiderunt eum die etc. et dederunt ei diem etc. Et ideo dictum est Huberto per attornatum suum quod custodiat diem suum et si predictus Rogerus non uenerit ad diem illum recurrendum est ad predictos milites quia predictus Willelmus quartus miles non uenit etc. Post uenit Willelmus de Wadingefordia et testatur idem quod predicti tres milites.

405. Notingh. Linc.

Willelmus Thesaurarius Eboracensis per attornatum suum optulit se iiij^{to}. die uersus Leciam que fuit uxor Willelmi de

[1] *et contra quod* and on the other hand it was replied that.

[2] Br. f. 433 b, § 11.

[3] See Br. f. 354. This may be the case cited anonymously on f. 355 b as being near the middle of the roll for this term.

Camera que se essoniauit uersus eum de malo lecti in comitatu Notingham et ipsa non uenit nec milites qui fecerunt uisum de ea et Willelmus cognoscit per attornatum suum quod milites fecerunt uisum de ea et quod dederunt ei languorem a crastino etc. Et ideo datus est Willelmo Thesaurario per attornatum suum et uiro Leticie a die etc. ut si predicta Leticia tunc ueniat procedatur in loquela, et si non, recurratur ad milites eo quod utraque pars concordat in die languoris dato.

In essonio de malo lecti iiij. milites fecerunt uisum set nondum testati fuerunt de languore dato, set quia petens testatus fuit quod uisus factus fuit, et languor adiudicatus et ideo dictum petenti quod obseruaret diem sine militibus[1].

406. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam etc. ad ecclesiam de Cliftona que uacat cuius aduocacionem Simon de Borard clamat uersus Aliciam Priorissam de Estaumfordia[2] que uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia bene concedit quod Wydo Wack custos predicti Simonis dum fuit infra etatem et in custodia sua racione predicte custodie dedit ecclesiam illam cuidam Johanni et illum presentauit episcopo et qui ad presentacionem suam fuit admissus et ultimo obiit persona in eadem set postquam idem Simon fuit plene etatis et seisinam habuit de terris suis dedit idem Simon aduocacionem predicte ecclesie deo et sanctimonialibus ecclesie S. Michaelis de Estaunfordia per cartam suam quam profert et que hoc testatur ad sustentacionem predictarum monialium.

Buck.

Nota cecidit assisa quia carta facta fuit infra etatem.

Et Simon uenit et defendit cartam et sigillum et dicit quod si carta illa facta fuit hoc fuit dum ipse fuit infra etatem et in custodia Rogeri Torpel et antequam seisinam haberet de terris suis.

Concordati sunt et est concordia talis et habent cirographum quod predicta Priorissa recognouit predictam aduocacionem esse ius ipsius Simonis et reddit ei predictam cartam, quia ipsa facta fuit dum idem Simon fuit infra etatem. Et ideo consideratum est quod predictus Simon recuperauit seisinam suam et habeat breue ad Episcopum Lincolniensem quod ad presentacionem suam admittat clericum, et predictus Simon pro deo concedit eidem Priorisse et

[1] Bracton, f. 356 b, cites this case. Monast. vol. 4, p. 257.
[2] Stamford, Benedictine Nunnery.

domui sue viij. sol. redditus cum pert. in Stackethirn' in loco competenti.

407. Sumerset. Thomas de Regny optulit se iiij[to]. die uersus Willelmum Archidiaconum Wellensem de placito quare tenuit placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Thome in Liddefordia contra prohibicionem et uersus Ricardum personam de Lidefordia quare secutus est illud idem placitum contra eandem prohibicionem et ipsi non uenerunt etc. et uicecomes mandauit quod mandauit balliuis Episcopi et quod non habuerunt laicum feodum et ideo mandatum est Episcopo Bathoniensi quod faciat eos uenire etc.[1]

408. Cornub. Rogerus de Auntrenon et Nicholaa uxor eius per attornatum suum optulerunt se iiij[to]. die uersus Godefridum Priorem S. Germani[2] de placito quare non permittit eos presentare idoneam personam ad ecclesiam S. Sithuini que uacat et ad suam spectat donacionem etc. Et Prior non uenit etc. Et preceptum fuit uicecomiti quod athachiaret eum et ipse nichil inde fecit nec breue misit et ideo habeat corpus eius a die etc. quia ecclesia uacat, et uicecomes tunc sit ibi auditurus iudicium suum etc.

DE TERMINO S. TRINITATIS ANNO REGNI REGIS HENRICI XIIIJ[MO][3].

409. Linc. [4]Robertus le Tus et Beatricia uxor eius et Alicia soror ipsius Beatricie summoniti fuerunt ad respondendum Priori de Markeby[5] quare non permittunt eum presentare idoneam personam ad ecclesiam de Mumby que[6] et ad suam spectat |
[61.] donacionem etc. et unde ipse Prior queritur quod ipsi eum iniuste inpediunt etc. quia quidam Alanus de Omnibus antecessor predictarum Beatricie et Alicie dedit ecclesiam illam deo et ecclesie B. Petri de Markeby et canonicis ibidem deo seruientibus et inde profert cartam ipsius Alani

[1] For mesne process in such cases see Br. f. 409, 443.

[2] Benedictine Priory in Cornwall. Monast. vol. 2, p. 467.

[3] For this term A=Coram Rege Roll, No. 36.

[4] A. m. 2.

[5] Austin Priory in Lincolnshire. Monast. vol. 6, p. 561.

[6] Supply *uacat*, A.

que hoc testatur. Profert eciam cartam ipsius Alicie que testatur quod ipsa quietum clamat totum ius quod habuit in dicta ecclesia etc.

Et Robertus et Beatricia tantum ueniunt et bene cognoscunt cartas et donum set dicunt quod nunquam idem Prior fuit in seisina presentandi ad eandem ecclesiam, et ideo carte ille non debent eis nocere, et dicunt quod predictus Alanus nunquam fuit in seisina presentandi ad eandem ecclesiam ita quod clericum presentaret. Et Prior uenit et petit iudicium desicut ipsi Robertus et Beatricia cognoscunt cartas et quod predictus Alanus fecit donum illud et desicut idem Alanus fuit in seisina de terra et hereditate ad quam aduocacio illa pertinuit quando donum illud fecit, licet ad ecclesiam illam clericum non presentaret etc. Dicit eciam idem Prior quod illud idem placitum et consimile fuit inter Priorem de Markeby antecessorem suum et predictum Robertum et Beatriciam et participes suos de ecclesia de Wicliue sicut patet in rotulo de term. S. Trin. ann. iiij^to^.

Nota quod de simillbus, simile iudicium. quod alias simile placitum de alia ecclesia et uersus eosdem et ideo idem iudicium sine aliqua assisa[2].

Et quum predicti Robertus et Beatricia cognoscunt donum et cartam[1] quod in consimili casu disracionauit antecessor ipsius Prioris aduocacionem predicte ecclesie de Wycliue uersus eosdem Robertum, Beatriciam et alios, Consideratum est quod Prior recuperauit seisinam suam.

410. [3]Assisa uenit recognitura si Rogerus filius Thome Hay auunculus Rogeri fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de vij. sol. redditus cum pert. in Humestuna die etc. et si etc. quem redditum Nicholaus de Bolestrode tenet qui uenit et cognouit quod reddidit predicto Rogero auunculo istius Rogeri redditum illum, et quod idem Rogerus obiit seisitus de redditu illo, et quod obiit post terminum, et quod iste Rogerus est propinquior heres. Set quia Agatha filia Willelmi de S. Johanne tenet totum tenementum de quo predictus redditus prouenit, ponitur assisa ista in respectum quousque

Sussex.

Rogerus Hay[4].

[1] Supply *et*, A.

[2] The earlier case will be found below (MS. f. 212) among the extracts from Trin. A. R. 4. It is cited by Bracton, f. 53, 53 b. Compare with this note Br. f. 1 b, si tamen similia euenerint, per simile iudicentur, cum bona sit occasio a similibus procedere ad similia.

[3] A. m. 6.

[4] See below Case 421.

assisa capiatur inter predictum Rogerum et Agatham de tenemento illo ad quod redditus ille pertinet etc.

411. Huntingd. Non fit mentio, ut de feodo, quia non sunt heredes[2].

[1]Willelmus Archidiaconus Wellensis Canonicus Lincolnie per attornatum suum petit uersus Willelmum Terry duas uirgat. terre cum pert. et dimid. in Lectona unde quidam Aleanius antecessor suus fuit seisitus in dominico suo ut de iure eiusdem prebende sue tempore H. Regis aui capiendo inde etc. et quod predictus Aleanius ita fuit seisitus et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Willelmus Terry uenit et defendit ius suum nunc et alias etc. et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipso Willelmo et prebenda sua de Lectona an idem Willelmus Canonicus tenendi eam in dominico etc.

Et iiij. milites[3] summoniti ad eligendum xij. ad faciendum recognicionem magne assise inter Willelmum Archidiaconum Wellensem Canonicum Lincolnie petentem et Willelmum Pistorem de Lectona tenentem de j. uirgat. terre cum pert. in Lectona et inter eundem Archidiaconum petentem et Willelmum de Saln' de una uirgat. terre et dim. in Saln' et tercia parte dim. uirgat. terre et quarta parte j. uirgat. terre in Lectona et inter eundem Willelmum Archidiaconum petentem et eundem Willelmum Pistorem tenentem de dim. uirgat. terre et quarta parte unius uirgat. terre cum pert. in Lectona et inter eundem Willelmum petentem et Ricardum filium Agnetis tenentem de quarta parte j. uirgat. terre cum pert. in eadem uilla et inter eundem Willelmum petentem et Willelmum Terri tenentem de duabus uirg. terre et dimid. in eadem uilla unde predicti[4] qui tenentes sunt ponunt se in magnam assisam Dom. Regis et petunt recognicionem fieri utrum ipsi maius ius habeant tenendi terras illas de predicto Willelmo et prebenda sua de Lectona an idem tenendi eas in dominico uenerunt et elegerunt iuratores etc.[5]

[1] A. m. 6.

[2] Bracton, f. 375, cites this case, but as from *Easter*, A. R. 14. A prebendary is not the heir of his predecessor. Nulla fiat mentio de aliquo descensu, nec de abbatibus nec de prioribus mediis, cum non sint heredes.

[3] Names in A.

[4] Supply *Will. Pistor*, *Will. de Salne*, *Ric. fil. Agnetis*, *Will. Terri*, A.

[5] Sixteen names in A.

Datus est etc. et tunc ueniant xij. Et sciendum quod recordum de warantia quam predicti fecerunt aliis nominatis in breui est in rotulo de term. Pasch. anno xiiij^mo^.

412. [1]Jurata uenit recognitura de consensu parcium per testes nominatos in carta quam Prior de Neuport Painel[2] profert sub nomine Thome de Erdingtona patris Egidii de Erdingtona de aduocacione ecclesie de Estona et per xij. recognitores ad hoc summonitos si predictus Thomas in ligia potestate sua et dum fuit compos sui quietam clamauit Priori et conuentui de Neuport aduocacionem ecclesie de Estona per cartam suam et si idem Thomas cartam suam eis inde fecit de quieta clamancia uel non. Warr.

Juratores dicunt quod predictus Thomas nec[3] in ligia potestate sua nec alio tempore fecit eis cartam illam de quieta clamancia set si facta fuit hoc fuit post mortem suam. Et super hoc cognouit idem Prior quod cartam illam habuit per Siuestrum Episcopum Wigornensem[4] et coexecutores suos. Et ideo carta quasi nulla cancelletur et quasi conuincta ad falsam, | et Prior in misericordia, Carta cancellata est. [61 b.] Item requisiti quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad eandem ecclesiam dicunt quod predictus Thomas presentauit tempore pacis quendam Henricum de Erdingtona filium suum Willelmo de Cornhulla tunc Episcopo Couentrensi[5] set episcopus distulit institucionem Henrici quousque Legatus Nicholaus[6] fecit eum admitti ad mandatum suum et ad presentacionem Thome de Erdingtona quia mandauit ordinario loci quod admitteret clericum illum et bene dicunt quod admissus fuit ad presentacionem predicti Thome.

Nota quod carta facta fuit post mortem et per executores et ideo falsa.

Dicunt eciam quod predictus Thomas de Erdintona presentauit tempore guerre quendam Thomam de Shirefordia qui ad presentacionem suam etc. et ultimo obiit persona in eadem.

Nota quod presentatio utroque tempore, scilicet, tempore pacis et tempore gerre.

Et quia predictus Thomas presentauit etc. et tempore

[1] A. m. 6.
[2] See Monast. vol. 6, p. 754.
[3] *nec* interlined. In A it runs *quod predictus Thomas nunquam.*
[4] Silvester of Evesham. Bishop 1216—1218.
[5] Ob. 1223.
[6] Cardinal bishop of Tusculum; came to England as legate in 1213.

pacis et tempore guerre, Consideratum est quod Egidius recuperauit seisinam suam et Prior[1] etc. [[2]et quia utrumque tempus fuit ei pacificum quia ius habuit presentandi.]

413. Essex. [3]Hugo Curtpeil et Ela uxor eius petunt[4] uersus Walterum de Grauncurt dimid. caruc. terre cum pert. in Feltstede ut ius ipsius Ele etc.

Nota quod ille qui tenet per legem Anglie uocauit filium suum et heredem uxoris ad warantum. Item quod illa que surda est et muta naturaliter non potest placitare[5].

Et Walterus uenit et uocat inde ad warantum Willelmum filium suum. Habeat eum etc. quia terra illa fuit ius uxoris sue cuius hereditas illa fuit etc. Et sciendum quod primo fuit eis obiectum quod Ela habuit sororem unam in uita et non debuit ei responderi sine ea, et responsum fuit quod est surda et muta ita quod placitare non potest.

414. Linc. [6]Preceptum fuit uicecomiti quod diligenter inquireret si Abbas de Valle Dei[7] et homines sui habere debent et solent uiam suam de domo sua de Valle Dei usque ad uillam de Irnham per campum Mauricii de Gaunt per quandam foreram[8] et per medium boscum ipsius Mauricii usque ad magnum iter iuxta Irnham ad capud bosci eiusdem uille primo per terram Abbatis et postea per terram Willelmi de Coleuilla et sic per terram ipsius Mauricii usque ad magnum iter iuxta capud predicti bosci ad carros et charettas et equos absque impedimento ipsius Mauricii etc. Et uicecomes misit inquisicionem que talis est, quod predictus Abbas de Valle Dei et homines sui semper habuerunt uiam suam per medium cuiusdam bosci qui se extendit ad quamdam ferreram que ferrera se extendit de bosco illo usque ad magnum iter de Irnham et illa forrera fuit Roberti de Langetona et tempore ipsius Roberti perrexerunt carri et carrete ipsius Abbatis et equi per forreram illam et aliquando fuerunt deuadiati[9] aliquando non, et postea dimisit

[1] *in misericordia et bene amercietur*, A.

[2] Words within [ ] added by annotator. They are not in A. This somewhat curious remark agrees very closely with what Bracton says, f. 240 b. If in time of general war I make a rightful and peaceable presentation, this is a presentation tempore pacis; the time is a time of peace so far as I am concerned.

[3] A. m. 6 d.

[4] *petunt* repeated.

[5] See Br. f. 421, where the case of one deaf and dumb *naturaliter* is distinguished from that of one deaf and dumb *per infortunium*.

[6] A. m. 6 d.

[7] Cistercian Abbey of Vaudey in parish of Edenham, Lincolnshire. Monast. vol. 5, p. 489.

[8] A headland.

[9] Distrained.

idem Robertus predicto Mauricio forreram illam etc. Et quum predictus Abbas habuit uiam suam per forreram illam et per boscum illum priusquam Mauricius aliquid haberet in forera illa, Consideratum est quod Abbas habeat uiam suam in pace et Mauricius in misericordia.

415. [1]Willelmus de Cirisy optulit se iiij^to^. die uersus Rogerum Priorem de Eye[2] qui se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito aduocacionis ecclesie Jakele et Rogerus non uenit et testatum est quod percussus est paralisi et quod alius substitutus est Prior et ideo Willelmus petit licenciam recedendi de breui suo et habet et ideo inde sine die. Suff.

416. [3]Prior de Nouo Loco[4] petit uersus Priorem de Shireburnia aduocacionem capelle de Windlesham ut ius ecclesie sue et ut illam que pertinet ad ecclesiam suam de Wackinge[5] quam habet in proprios usus etc. Surr.

Nota quod duo petierunt aduocationem unius ecclesie uersus unum, unus per assisam ultime presentationis et alius per breue de recto. Consideratum fuit quod assisa procederet ut sciri posset cui seisina remaneret[6].

Et Prior de Shireburnia dicit quod Magister Alexander de Dorsete eum inplacitauit de eadem capella per assisam ultime presentacionis et petit iudicium si debeat duobus respondere. Et quia nescitur cui seisina remanebit adhuc, Consideratum est quod placitum de aduocacione remaneat donec assisa ultime presentacionis capiatur. Datus est dies etc. ut tunc sciatur cui seisina remanere debet per assisam illam.

417. [7]Willelmus le Clauer athachiatus fuit ad respondendum Thome filio Michaelis quare non tenet ei finem inter eos factum in curia Dom. Regis H. de xvij. acris terre cum pert. in Risebroc unde cirographum etc. et unde ipse Thomas queritur quod cum idem Willelmus debeat eum aquietare contra omnes gentes per finem illum de seruicio quod pertinet ad iiij. acras que ei remanent distringitur ipse ad reddendum ij. den. nomine wartpeny per balliuos Abbatis S. Eadmundi et de duobus den. pro auxilio uicecomitis et pro una cribera[8] auene. Postea de consensu parcium emendatur cirographum etc. Suff.

Nota quod cirographum et finis mutari potest et emendari de consensu partium.

[1] A. m. 9 d.

[2] Benedictine Priory in Suffolk. Monast. vol. 3, p. 401.

[3] A. m. 13.

[4] Qu. The Newark in Surrey.

[5] Woking.

[6] Bracton, f. 415, cites this case to illustrate this rule. The possessory must be tried before the proprietary action.

[7] A. m. 13 d.

[8] A sieve, a measure; formed from *cribrum*.

418. Suff. [1] Alicia filia Galfridi le Taner per attornatum suum optulit se iiij^{to}. die uersus Hubertum Prepositum de placito viij. acr. terre cum pert. in Hintelesham quas clamat uersus eundem Hubertum et Roysam uxorem eius ut ius suum etc. Et Hubertus non uenit, set se essoniauit, et essonium non iacuit, quia primo essoniauit se de malo ueniendi, et Roysa similiter, et ad diem eis datum per essoniatores suos Roysa se essoniauit de malo lecti et ipse comparuit, et ad diem sibi datum in banco essoniauit se de malo ueniendi priusquam warentizauit primum essonium suum unde consideratum fuit quod essonium non iacuit etc. Et Roysa uenit | set pro defectu ipsius Huberti Consideratum est quod terra capiatur in manum Dom. Regis et ipse summoneatur quod sit etc. auditurus iudicium etc.

Nota quod uir et uxor se primo essoniauerunt simul de malo ueniendi et habuerunt diem, ad quem diem uxor se essoniauit de malo lecti, et uir comparuit, et uxor habuit diem per essonium et uir in propria persona, et ad quem [62.] diem uxor comparuit et uir se essoniauit. Consideratum fuit quod essonium non iacuit quia non warentizauit primum essonium suum et ideo consideratum fuit quod terra caperetur in manum Regis per paruum cape propter apparitionem uiri[2].

419. Midd. [3] Willelmus le Blund de Stebbenheye[4] et Lecia uxor eius summoniti fuerunt ad warentizandum Priorisse et Conuentui S. Elene[5] Londonie medietatem j. molendini super Luyham[6] quod uocatur Eldefordmelne[7] quam Priorissa et Conuentus tenent et de eis tenere clamant et unde cartam ipsorum habent etc.

Et Willelmus et Lecia ueniunt et Lecia dicit quod non uult quod fiat cirographum quia molendinum illud est ius et hereditas sua et dictum est eis quod reddant denarios et ipsi dicunt quod non habent denarios, set Willelmus concedit pro se et heredibus suis quod si forte predicta Lecia uendicionem illam ratam habere noluerit post mortem suam quod Priorissa et Conuentus habeant ad ualenciam medietatis illius molendini de hereditate sua, ita quod interim de terris et tenementis que nunc habet nichil alienare poterit contra hanc concessionem suam et quominus eam tenere possit.

Nota quod uir et uxor simul uendiderunt set uxor noluit consentire quod finis inde in curia Dom. Regis set contradixit uiro et ideo concessit uir pro se et heredibus suis quod, si uxor sua uendicionem suam post mortem suam ratam habere nollet, quod emptor haberet de propria hereditate sua ad ualenciam et quod...... nichil alienaret scil. in uita sua[8].

420. Norf. [9] Prior de Longa Villa petiit per breue Dom. Regis de

[1] A. m. 13 d.

[2] This is *the little cape*, Br. f. 371 b; *the great cape* is in Br. f. 365. The little cape is used when a defendant makes default after appearance. Here the husband has appeared.

[3] A. m. 13 d.

[4] Stepney.

[5] Benedictine Nunnery, Monast. vol. 4, p. 551.

[6] *Luyam*, A. The river Lea.

[7] Old Ford Mill.

[8] One word is undeciphered. It should perhaps be *interim;* but it is not. The wife refuses to join in the fine; see Br. f. 321 b.

[9] A. m. 13 d. Qu. Longeville near Metz. Gall. Christ. vol. 13, col. 841.

recto uersus Hugonem de Langewade et alios terram in Westona ut ius ecclesie sue ita quod ipsi post essonium suum de malo ueniendi essoniauerunt se de malo lecti, ita quod preceptum fuit uicecomiti quod mitteret ad eos quatuor milites ad uidendum utrum infirmitas esset languor uel non etc., et milites uiderunt eos set non uenerunt ad testificandum uisum suum nec Prior nec aliquis pro eo secutus fuit uersus eosdem milites. Et concessum[2] quod ipsi essoniati surgant siue habeant languorem uel non, et Prior in misericordia quia non est prosecutus.

Nota quod ubi tenens se essoniauit de malo lecti et nondum uisus est nec petens secutus est uersus eum, nec uersus milites, quod essoniatus surgere potest siue languorem habuit siue non et petens in misericordia[1].

421. [3]Assisa uenit recognitura si Rogerus Hay auunculus Rogeri filii Thome Hay fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de iiij. uirg. terre et viij. acr. prati et quateruiginti acr. terre et j. mesuagio cum pert. in Hunestuna die etc. quam terram, pratum et mesuagium Agatha filia Willelmi de S. Johanne tenet qui uenit et est infra etatem set Jacobus de Cicestria custos eiusdem Agathe dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia non tenuit totam terram illam quia Prior de Bograue[6] tenet inde j. uirg. terre et xij. acr. terre et j. molendinum cum aduocacione ecclesie eiusdem uille et preterea Willelmus de S. Johanne pater ipsius Agathe tenet medietatem illius manerii et desicut non tenet totam terram non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit.

Sussex.

De Rogero Hay[4]

forte fuit inde feoffata[5].

Et Rogerus filius Thome dicit quod die quo breue fuit inpetratum tenuit ipsa totam terram illam et pratum et mesuagium cum pert. integre. Et quia ipsa est infra etatem, et quia non poterit constare utrum ita sit uel non nisi per iuratam, fiat inde inquisicio per iuratam super articulo illo.

Nota quod capta est assisa non obstante etate quia fuit infra etatem feoffata et quia tenuit totam terram die quo breue fuit impetratum et de utroque facta fuit inquisitio per assisam, scil. si totam terram tenet et si antecessor obiit inde seisitus[7].

Et iuratores dicunt quod predicta Agatha tenet totam terram illam, pratum, et mesuagium et tenuit die quo breue fuit inpetratum. Dicunt eciam super sacramentum suum

[1] Bracton cites this case and states this rule, f. 355, 355 b.

[2] Sup. *est*, A.

[3] A. m. 14.

[4] Note on inner margin. See above Case 410.

[5] Not written at the same time as (probably before) the other notes. How does this girl come by land in her father's lifetime? An answer is suggested.

[6] Boxgrove in Sussex.

[7] The parol does not demur, for the infant is not in this case seised of land by descent but has been enfeoffed during her infancy.

quod predictus Rogerus Hay auunculus, fuit inde seisitus ut de feodo, die quo obiit et post terminum, et quod iste Rogerus est propinquior heres. Et ideo Consideratum est quod Rogerus recuperauit seisinam suam et habeat breue de seisina.

422. Deuon. [1]Robertus de Heliun summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo waranto tenet se in uno ferlingo terre cum pert. in Sheppelegha, que est et esse debet eschaeta Dom. Regis eo quod terra fuit Rogeri Mirabel qui conuictus fuit de felonia.

Nota quod seisina exchaete non semper sequitur *ius* ante tempus quo terre sint *communes*. nec felo fuit unquam inde seisitus quod terra posset esse eschaeta Dom. Regis, licet aliquando implacitasset tenentem[2].

Et Robertus uenit et dicit quod tenet se in terra illa ut in illa que ei descendit iure hereditario de patre suo, et de auo, et proauo, et ita de antecessoribus suis ininfinitum a conquestu Anglie. Dicit eciam quod predictus Rogerus Mirabel nunquam fuit seisitus de eadem terra. Dicit eciam quod quedam perambulacio facta fuit aliquando inter Magistrum Walterum Deuon qui sequitur pro Rege et qui terram illam habet per Dom. Regem de terra illa et eundem Robertum de terra quam ipse habet in eadem uilla et per perambulacionem illam nichil remansit Magistro Waltero de terra illa unde contencio est inter eos.

Et Magister Walterus dicit quod terra illa pertinet ad terram quam ipse habet ex dono Dom. Regis et predictus Rogerus Mirabel aliquando inplacitauit eundem Robertum de terra illa et pendente placito utlagatus fuit idem Rogerus. Et quia Magister Walterus cognouit quod predictus Rogerus non fuit seisitus de eadem terra quando fuit utlagatus, Consideratum est quod Robertus inde sine die etc.

423. Norf. [3]Walterus de Cadamo et Maria uxor eius athachiati fuerunt ad respondendum Rogero de Stoctona et Rogero de Thwec quare non permittunt eos presentare idoneam personam ad duas partes ecclesie de Kyrkeby que uacat etc. unde idem Rogerus et Rogerus per attornatos suos dicunt quod ipsi sunt participes ipsius Marie de hereditate que fuit Alexandri Godebont, et quia ipsi habent partem suam que

[1] A. m. 14.

[2] One point is that a right of action does not escheat. There is only escheat for felony when the felon has been *seised*. The earlier part of the note I do not understand and may have misread: the two parts were written at different times.

[3] A. m. 14 d.

eos contingit de predicta hereditate in omnibus, petunt ipsi presentacionem suam cum eisdem Waltero et Maria. |

Et Walterus et Maria ueniunt et non possunt dedicere quin predicti Rogerus et Rogerus sint participes ipsorum de predicta hereditate et ideo Consideratum est quod omnes presentent ad eandem ecclesiam in communi et habeant breue ad episcopum quod ad presentacionem omnium ipsorum etc.[1] [62 b.]

424. [2]Decanus de Codham athachiatus fuit ad respondendum Gerardo Brokedis' quare tenuit placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. unde ipse queritur quod ipse tenuit placitum de duobus lignis et aliis rebus et inde producit sectam que examinata nulla est. Suff.

Et Decanus uenit et defendit contra eum quod nullum placitum tenuit contra prohibicionem etc. set reuera si ipse inplacitatus fuit de aliquo, hoc fuit ad querelam suam propriam, quam fecit Domino Norwicensi[3] de quadam sentencia lata ab ipso Decano, et quia ipsa sentencia iuste lata fuit sicut coram episcopo conuictum fuit, compulit eum idem Decanus quod pareret sentencie et hoc totum fuit ante prohibicionem. Et Gerardus non potuit hoc dedicere et ideo Decanus inde sine die et Gerardus custodiatur et laicum feodum ipsius Decani quod captum fuit in manum domini Regis quia fecit etc. ei restituatur[4].

425. [5]Warinus filius Galfridi pro se et Benedicta uxore eius cuius loco ponitur petit uersus Muriellam filiam Willelmi quam Jordanus la Ware uocat ad warantum et que ei warentizat xij. uirg. terre cum pert. ut ius ipsius Benedicte et in quas non habet ingressum nisi per Johannem la Ware cui Dauid la Ware auus predicte Benedicte cuius heres ipsa est illas dimisit ad terminum qui preteriit. Sumerset.

Et Muriella uenit et defendit ius suum et talem ingressum et dicit quod habet ingressum ut in ius et in hereditatem suam, quia quidam Robertus de S. Dionisio antecessor ipsius Murielle cuius heres ipsa est dedit totam terram illam cum pert. Johanni la Ware patri istius Jordani cuius heres

[1] See Br. f. 249.

[2] A. m. 15. *Ricardus Decanus de Codham*, A.

[3] The bishop of Norwich.

[4] *restituitur*, A.

[5] A. m. 15.

ipsa[1] est per cartam suam quam profert et que hoc testatur, et desicut continetur in breui quod Abbas Bristoll' quem Jordanus la Ware uocat ad warantum non habet ingressum nisi per Jordanum et Jordanus per Dauidem et Jordanus dicit quod habet ingressum per predictum Johannem non uult respondere nisi curia considerauerit. Profert eciam cartam Gaufridi Maureward' capitalis domini feodi illius de confirmacione. Profert eciam cartam Johannis Comitis Moretom[2] que donum illud confirmat unde petit iudicium si debeat ad hoc breue respondere desicut nullum ingressum habet per predictum Johannem immo per predictum Robertum.

Nota quod unus tenens profert cartam de feoffamento et petens qui petit per breue de ingressu nichil docet de termino[3].

Et quia predictus Jordanus profert cartam ipsius Roberti de feoffamento et alias cartas de confirmacione sufficientes, et idem Warinus et Benedicta nichil ostendunt de predicto ingressu ad terminum per predictum Johannem nisi tantum simplicem uocem suam, Consideratum est quod non respondeatur ad hoc breue et Muriella inde sine die et Warinus in misericordia et perquirat sibi per breue de recto si uoluerit.

426. Cornub.

[4]Rogerus Lagard et Alda uxor eius et[5] alii athachiati fuerunt ad respondendum Rogero de Antrenon et Nicholae uxori eius quare non permittunt eos presentare etc. ad ecclesiam de Mertherthiseny[6] que uacat etc.

Nota de aduocatione petita sine terra licet redditum habeant non ualet[7].

Et Rogerus et alii ueniunt et dicunt quod iuste inpediunt quia quidam Philippus auus ipsius Alde et Margerie presentauit quendam Willelmum qui ultimo obiit persona in eadem ecclesia et dicunt quod Cecilia et Ismania participes sue sunt infra etatem, et non possunt uenire. Postea dicunt quod ius clamant in aduocacione illa, quia ipsi ius habent in terra ubi ecclesia sita est et ad quam aduocacio illius ecclesie pertinet, et bene cognoscunt quod nulla terra habent in uilla illa, set tantum redditum xvj. den., et predictus Rogerus totam terram habet tam in seruicio quam in dominico. Et quia ipsi cognoscunt quod nullam terram habent in uilla illa, set ipse Rogerus[8], Consideratum est quod Rogerus et Nicholaa

[1] *ipsa* corrected into *ipse*, A.
[2] *Moretoin'*, A. Afterwards King John.
[3] See Br. f. 320.
[4] A. m. 16.
[5] *Gilebertus le Poter et Margeria uxor eius*, A.
[6] *Merthersitheny*, A.
[7] See Br. 243 b.
[8] Sic, A; supply *habet totam*.

recuperauerunt seisinam suam presentacionis, et ipsi Rogerus et Alda[1] perquirant terram et partem suam de illa hereditate, et tunc demum agant de parte aduocacionis quam dicunt ad se pertinere. Et Rogerus et Nicholaa habeant breue ad Episcopum Exoniensem quod non obstante reclamacione predictarum Cecilie et Ismanie ad presentacionem ipsorum Rogeri et Nicholae idoneam personam etc.

427. [2]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Trillawe que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Abbas de Bello clamat uersus Hamonem Peche, et Hamon non uenit et fuit resummonitus postquam defaltam fecit apud Westmonasterium quod esset apud Chelmerefordiam et ideo procedat assisa uersus eum per defaltam. Et sciendum quod essoniauit se de seruicio domini Regis, set essonium non fuit ei allocatum quia preceptum est quod non obstante eo quod aliqui sint in seruicio domini Regis huiusmodi assise simul cum aliis assisis noue disseisine et mortis antecessoris terminentur et capiantur. Suff.

Nota quod essonium de seruicio Dom. Regis non habet locum in assisa ultime presentationis et si tenens fuerit in transmarinis uel alibi longe, nec scitur utrum impedimentum oppositum per eum, misericordia ponitur in respectum[3].

Juratores dicunt quod quidam Robertus qui ultimo obiit persona nunquam fuit admissus ad eandem ecclesiam uel institutus ab episcopo uel archidiacono ad presentacionem alicuius, set fuit in possessione tantum de dono patris sui, et requisiti | quis presentauit quemdam Thomam qui obiit in [63.] ecclesia illa persona ante predictum Robertum, dicunt quod predictus Abbas et ad peticionem Ricardi de Lucy cuius clericus ipse Thomas fuit presentauit ipsum Thomam et qui ad presentacionem suam fuit admissus. Et ideo Consideratum est quod Abbas recuperauit seisinam suam presentacionis sue et habeat breue ad Episcopum Norwicensem quod ad presentacionem ipsius Abbatis etc. Et quia predictus Hamo est in partibus transmarinis in seruicio domini Regis, et nescitur adhuc utrum impedimentum positum sit per eum,

[1] *Rogerus et Alda* interl. by annotator; not in A.

[2] A. m. 18. This case is headed, *Ass. capte apud Chelmereford' coram W. de Ralegh' Ric. Remg' Justic' per breue Dom. Reg. et coram Henr. de Braybroc et Vital. Engaigne et Ric. Maudut Ric. fil. Simonis quos secum socios assumpserunt*, A.

[3] Bracton cites this case, f. 339 b.

uel si illud aduocare uoluerit uel non, misericordia ponitur in respectum donec rediret.

428. Suff. [1]Assisa uenit recognitura si Robertus le Enueise Rannulfus Wigge et alii iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Adam de Bedingefeuld de libero tenemento suo in Codenham post primam coronacionem Regis[2] etc. unde idem Adam dicit quod Adam de Bedingefeuld pater suus dedit ei terram illam coram Gregorio Glen capitali domino illius feodi qui presens est et hoc idem testatur unde dicit quod reddidit seruicium quod ad terram illam pertinet capitalibus dominis et inde fecit homagium suum eidem Gregorio et ita per donum illud fuit in seisina, donec predicti Robertus et alii eum disseisiuerunt, et inde ponit se super iur'.

Et Robertus et alii omnes preter Sampsonem[3] ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia idem Adam nunquam fuit in seisina de eadem terra et inde ponit[4] se super iur'.

Juratores dicunt quod predictus Ada de Bedingefeuld pater istius Ade quadam die post prandium dedit isti Ade filio suo terram illam in presencia predicti Gregorii capitalis domini secundum quod predictum est, et quod idem Gregorius cepit homagium ipsius Ade pro una supertunica quam predictus Ada pater suus ei dedit, ita quod iste Ada reddidit j. den. eidem Gregorio de arrerag' seruicii quod Ada pater suus ei debuit, set predictus Ada pater suus semper fuit in seisina de eadem terra, donec eam dedit predicto Roberto le Enueyse et cuidam filie sue quam idem Robertus habet in uxorem, ita quod iste Ada nunquam seisinam inde habuit. Et ideo Consideratum est quod Robertus et alii inde sine die et Adam in misericordia.

Nota de eo qui nullam seisinam habuit licet homagium faceret domino capitali, et partem redditus quia non fuit positus in seisina nec per breue nec per personam[5].

429. Hertford. [6]Assisa uenit recognitura si Radulfus de Cheindedut et alii iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Simonem le Franke-

[1] A. m. 18. *Ass. capta apud Norwic' die Jouis prox. post fest. S. Petri ad Vincula coram Willelmo de Ralegh' et coram Priore Norwic. Ham. Cheure et Hug. de Gosebeck quos idem Willelmus secum socios assumpsit*, A.

[2] Perhaps *H.* interlined. A has *Regis qui nunc est.*

[3] Besides the defendants named above there were other two, Hugo de Curcun et Sampson de Badeford, A.

[4] Sic, A; corr. *ponunt.*

[5] See Br. f. 398. A verb is missing in the note. It should run *et partem redditus redderet* or the like. Originally the note ended with *capitali;* then an addition was made.

[6] A. m. 18 d.

leye de libero tenemento suo in Langelegha post primam coronacionem Regis H. qui nunc est apud Westmonasterium etc. et Radulfus non uenit quia fuit in seruicio domini Regis.

Si Rad' de Cheindedut et Matill' de Asserugg' et Vliano filio suo[1].

Et Matillis et Vlianus de Cheyndedut[2] ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri, quia quidam Radulfus de Cheindedut dedit terram illam cuidam Elicie auie istius Vliani et cuidam Vliano patri istius Vliani et uiro istius Matillidis sub tali condicione quod si predictus Vlianus pater heredes haberet de uxore sibi desponsata terra illa remaneret eidem Vliano et heredibus suis et si non haberet quod terra illa descenderet cuidam Royse filie ipsius Radulfi et uxori ipsius Simonis. Et quia idem Vlianus heredes habuit de uxore sibi desponsata, scil. de predicta Matillide, sicut recognitum fuit in curia domini Regis, descendit terra illa ipsi Vliano filio et heredi ipsius Vliani post mortem predicte Elicie que non habuit inde nisi custodiam, et eciam predicta Matillis in eadem curia dotem suam recuperauit uersus predictam Eliciam que inposuit bastardiam predicto Vliano filio Vliani postquam predicta Matillis probauit in curia cristianitatis sponsalia sua, unde dicunt quod predictus Simon nunquam seisinam inde habuit nec habere potuit ut de libero tenemento, et ostendunt cartam predicti Radulfi de feffamento que donum testatur et condicionem et eciam cartam Radulfi filii sui de confirmacione.

Et Simon dicit quod habuit seisinam de eadem terra per donum Elicie set nichil ostendit de feoffamento, et dicit quod per donum illud fuit in seisina et petit seisinam suam et ideo procedat assisa set ponitur in respectum usque etc. pro defectu recognitorum quia tantum tres uenerunt, et ideo uicecomes habeat corpora aliorum et apponat tot etc. preceptum est uicecomiti.

[1] More of this matter below; see Case 471.

[2] *de Cheyndedut*, interl. by annotator.

DE TERMINO S. MICHAELIS ANNO REGNI REGIS H. XIIIJ^MO^. INCIPIENTE XV^MO^.[1]

430. Leic. [2]Willelmus de Martiwall' petit uersus Willelmum de Bracebrugg' et Amiciam uxorem eius tres uirg. terre et dimid. cum pert. in Nouefle[3] ut ius suum etc. ita quod datus fuit eis dies in banco prece parcium in aduentu iusticiariorum apud Leicestriam ad assisas noue disseisine capiendas et gaolas deliberandas ad quem aduentum predicti Willelmus et Amicia non uenerunt nec se essoniauerunt etc. sicut iusticiarii recordantur.

Et Willelmus de Martiwall' uenit et petit iudicium de defalta et quia iusticiarii nullum ibi dederunt eis diem nec aliquid inde fecerunt pro defectu recordi procedatur hic per defaltam illam tanquam ibi procederetur si recordum [63 b.] haberent. | Et ideo consideratum est quod terra capiatur in manum domini Regis et quod predicti Willelmus et Amicia summoneantur quod sint audituri iudicium suum in crastino Animarum.

431. Berck. [4]Preceptum fuit uicecomiti quod summoneret Willelmum de Siffrawall'[5] quod esset[6] iustic' ad respondendum Thome Treuet filio et heredi Alani de Hertring' de una uirgat. terre cum pert. in Mamstede quam clamat uersus eum per assisam mortis antecessoris et quod summoneret Ricardum de Herting' quod esset coram eisdem iusticiariis ad respondendum eidem Thome de placito quid iuris exigit in eadem uirg. terre etc. Mandatum fuit eciam Henrico de Scaccario[7] qui constituti fuerunt iusticiarii ad assisam capiendam quam predictus Ricardus arramiauit uersus predictum Thomam quod uenire facerent eam assisam coram prefatis iusticiariis apud Westmonasterium[8] *etc.* unde idem Thomas queritur quod contra preceptum Dom. Regis predicti iusticiarii ceperunt predictam assisam mortis antecessoris inter predictum

[1] For this term A = Coram Rege Roll, No. 37.
[2] A. m. 3.
[3] *Nouesle*, A.
[4] A. m. 3.
[5] *Siffrawast'*, A.
[6] Sup. *coram*, A.
[7] Sup. *Rob. de Aimers et sociis suis*, A.
[8] Sup. *ad terminum istum*, A.

Ricardum et eundem Willelmum de Siffrewall'. Et uicecomes nichil inde fecit et nec iusticiarii miserunt assisam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat coram iusticiariis apud Westmonasterium etc. recognitores eiusdem assise mortis antecessoris ad certificandum iusticiarios de sacramento quod inde fecerunt et ibi habeat predictos Ricardum[1] ad audiendam certificacionem illam et ad respondendum predicto Thome de terra illa et similiter uenire faciat iusticiarios prefatos ad faciendum recordum de assisa illa sicut coram eis capta fuit et quod habeant ibi breuia nostra[2] per que ceperunt assisas illas et nomina recognitorum qui coram eis iurauerunt.

432. [3]Johannes de Cauz et Alina uxor eius James de Cauz et Alesia uxor eius per attornatos suos optulerunt se quarto die uersus Johannem de Baillol de placito quod faciat eis escambium ad ualenciam etc. in Berlawe, Crumbecliue et Estberdesheles quam terram Albreda que fuit uxor Ade de Birlawe recuperauit in dotem uersus predictos Johannem Alinam Jamum et Alesiam et unde uocauerunt Hugonem de Baillol patrem predicti Johannis de Baillol ad warantum et qui fecit defaltam postquam uocatus fuit ad warantum per quam eadem Albreda recuperauit seisinam suam uersus predictum Johannem de Cauz et alios unde consideratum fuit quod predictus Johannes de Cauz et alii haberent de terra ipsius Hugonis ad ualenciam et quia predicti Johannes de Cauz et alii questi fuerunt quod nullum adhuc habuerunt escambium consideratum fuit quod Johannes filius et heres predicti Hugonis summoneretur quod esset inde responsurus etc.[4] Et ipse ad alium diem essoniauit se de seruicio Dom. Regis et habuit diem per essoniatorem suum scilicet ad quem non uenit. Et ideo de terra ipsius Johannis capiatur in manum Dom. Regis ad ualenciam et dies etc. et ipse summoneatur etc. quod sit responsurus et ostensurus quare non seruauit diem sibi datum per essoniatorem etc. Northumb.

[1] In A originally *predictos Ricardum et Willelmum*; but *et Willelmum* is struck out and an attempt made to turn *predictos* into *predictum*.

[2] Sic, A.

[3] A. m. 3. Over against this case the scorer writes *bonum*.

[4] The warrantor dies after judgment. Without any new writ his heir can be compelled to make the exchange. Br., f. 392 b, cites to this effect a case from Trin. A. R. 8 concerning this Hugh Baliol.

433. Notingh. [1]Hugo de Strettona qui sequitur pro Dom. Rege optulit se quarto die uersus Magistrum Willelmum de Lanny[2] Archidiaconum Dunholmensem et[3] alios quare exigunt communam in terra Dom. Regis de Strattona desicut Dom. Rex nullam communam habet in terris ipsorum etc. Et ipsi non uenerunt etc. et athachiati fuerunt scilicet Archidiaconus per Rogerum Noke et alios etc. et ideo ponantur per meliores plegios etc. quod sint etc. et primi etc.

Et Radulfus filius Thome athachiatus fuit ad respondendum Dom. Regi quare exigit communam pasture in predicta uilla desicut ipse nullam communam habet in terra ipsius Radulfi nec seruicium ei facit etc.

Et Radulfus uenit et dicit quod clamat habere communam in quodam marisco qui est inter Strattonam et Burtonam et qui uocatur mariscus inter Hocsike et Blakeberke. Et quesitus utrum mariscus ille pertineat ad uillam de Strattona uel ad uillam de Burtona dicit quod ad uillam de Burtona. Dicit eciam quod homines de Burtona semper communicauerunt cum illis de Strattona usque nunc, et ipsi de Strattona simul cum eis de Burtona. Set quia Magister Willelmus de Lanu' canonicus Eboracensis qui habet prebendam de Burtona et Ricardus de Rudingtona particeps suus non uenerunt ponitur iudicium in respectum etc. quia ipsi principales domini sunt de Burtona etc.

434. Oxon. [4]Gilebertus Martel petit uersus Jacobum de Winterburnia viij. acr. terre cum pert. in Bensingtona et uersus Nicholaam que fuit uxor Gileberti de Winterburnia iiij. acr. terre cum pert. in eadem uilla ut ius suum etc. et in quas non habent ingressum nisi per predictum Gilebertum uirum ipsius Nicholae qui iniuste et sine iudicio disseisiuit eum ita quod assisa summonita etc. et uisus terre factus et remansit assisa capienda eo quod predictus[5] obiit ante capcionem eiusdem assise etc.

Nota quod tenens sine die quia breue deperditum. Set unquam in curia lectum fuit vel auditum[6].

[1] A. m. 3.

[2] *Lamy*, A; Hardy's Le Neve, vol. 3, p. 302.

[3] *Ric. de Rudingtona et Rog. de Burtona*, A.

[4] A. m. 3 d.

[5] Sup. *Gilebertus*, A.

[6] For *unquam* read *nunquam*. If the writ had once been read in Court the loss would not have mattered. Br. f. 189, 189 b.

Et Jacobus et Nicholaa ueniunt et petunt auditum breuis et breue non inuenitur et testatum est quod deperditum est et ideo sine die et Gilebertus perquirat aliud breue si uoluerit.

435. [1]Dionisia que fuit uxor Ricardi Pistoris optulit se quarto die uersus Adam Fabrum de placito j. solde[2] cum pert. in La Bernete quam ipsa clamat uersus eum ut ius suum etc. Et Ada non uenit etc. et alias fecit defaltam ita quod preceptum fuit uicecomiti quod caperet soldam illam in manum Dom. Regis et uicecomes mandauit quod precepit balliuis Abbatis S. Albani et ipsi nichil inde fecerunt. Et ideo preceptum est uicecomiti quod[3] omittat propter libertatem predicti Abbatis quin | capiat et mandet diem etc. et summoneat predictum Abbatem quod sit etc. et balliui summoneantur quod sint etc. responsuri quare terram [5]non ceperunt etc. Et diç' quod non mandauerunt[5] sicut eis preceptum fuit etc. Hertford. [64.]

Nota quod si balliuus libertatis non fecerit preceptum Dom. Regis ad mandatum uicecomitis, quod summoneri debet coram Rege quod sit inde responsurus[4].

436. [6]Anna que fuit uxor Gileberti de Monte per attornatum suum petit uersus Hugonem Russel terciam partem j. caruc. terre cum pert. in Blockesham ut dotem suam unde predictus Gilebertus eam dotauit etc. Oxon.

Et Hugo non uenit set Rogerus Dolfin attornatus suus per quatuor milites etc. uenit et uocat inde ad warantum Umfridum filium Gileberti de Monte qui est infra etatem et in custodia Willelmi May et dictum est ei quod ostendat cartam uel aliud instrumentum propter quod warentizare debeat et ipse nichil ostendit. Postea compertum est in rotulis quod Gilebertus de Montibus pater ipsius Umfridi alias warentizauit et ideo habeat warantum suum etc. Et Willelmus May custos summoneatur in comitatu Norhamptone.

Nota quod si quis uocetur ad warantum qui fuerit infra etatem exigi debet ab eo quod ostendat rationem quare warantizare debeat, nisi forte ille qui uoc' fuerit prius war'[7].

437. [8]Sibilla que fuit uxor Nicholai Harangod petit uersus Kent.

[1] A. m. 4.

[2] Qu. a willow bed. Co. Lit. 4 b. But Ducange has *solda* and *selda* for a shop.

[3] Sup. *non*, A.

[4] See Br. f. 442.

[5-5] *non ceperunt etc. et diem non mandauerunt*, A; but the *diē* is like *diç*.

[6] A. m. 3 d.

[7] The words *ab eo* refer not to the infant but to the person who vouches him. Semble the infant must at once warrant if his ancestor has warranted the same tenant in another action. I do not find this in Bracton. See f. 381 b.

[8] A. m. 4 d.

Hugonem de Windesores terciam partem j. caruc. terre cum pert. in Ofspring' ut dotem suam etc. ita quod idem Hugo uocauit ad warantum Johannem filium Nicholai Harangod qui est infra etatem et in custodia Ranulfi Britonis ita quod Ranulfus custos summonitus fuit quod esset etc. ad quem diem Hugo se essoniauit et Ranulfus custos non uenit, nec essoniator exspectauit iudicium suum uersus eum nec aliquis secutus fuit uersus warantum et ideo Consideratum est quod Sibilla recuperauit seisinam uersus predictum Hugonem et Hugo in misericordia.

Quidam uocauit warantum in placito dotis, et ad alium diem se essoniauit, et essoniator non exspectauit diem suum nec aliquis secutus fuit uersus warantum et ideo mulier petens recuperauit seisinam suam[1].

438. **Suhampt.** [2]R. [3]Cicestrensis Episcopus optulit se uersus Magistrum Martinum de Summie[4] de placito quare non permittat eum presentare ydoneam personam ad ecclesiam de Estona que uacat et ad suam spectat donacionem racione custodie terre et heredis Thome Crok in manu sua existentis etc.

Nota quod propter lapsum vj. mensium dies abreuiandi sunt ex causa[5].

Et Magister Martinus non uenit etc. et summonitus etc. et quia timetur de lapsu vj. mensium mandatum est Episcopo Sarisbiriensi quod faciat eum uenire in crastino S. Martini etc.

439. **Ebor.** [6]Robertus de Ayuilla athachiatus fuit ad respondendum Magistro Roberto Basset quare non tenet ei finem factum in curia Henrici Regis qui nunc est etc. de iiij. marcatis redditus annuatim de camera ipsius Roberti de Ayuilla percipiendis tota uita ipsius Magistri Roberti unde idem Magister Robertus questus fuit quod fuerunt ei a retro xx. marce etc. Concordati sunt per licenciam et est concordia talis quod predictus Robertus de Ayuilla reddet eidem Magistro Roberto coram iusticiariis in banco xvj. marcas in crastino Purificacionis et nisi reddiderit concedit quod distringatur ita quod uicecomes faciat de catallis suis etc. et custum reddet ad hoc appositum et de cetero reddet iiij. marcas per annum etc.

440. **Norhampt.** [7]Willelmus Venator per attornatum suum petit uersus

[1] See Br. f. 387, § 11.
[2] A. m. 4 d.
[3] Ralph Neville, Lord Chancellor.
[4] *Martinum Sumine*, A.
[5] So Br. f. 247. Nunc autem (i. e. because of the Lateran canon) *ex causa* et necessitate, oportet maturius procedere. Procedure is summary to prevent the lapse of the presentation.
[6] A. m. 4 d.
[7] A. m. 5.

Galfridum Leaume quem Walterus de Prestona uocauit ad warantum et qui ei warentizauit iiij^{xx}. acr. et xvj.[1] et iiij. acr. prati et xvj. den. redditus et j. mesuagium cum pert. in Wudecroft ut ius suum etc. et in quas non habet ingressum nisi per Aliciam matrem predicti Willelmi dum idem Willelmus fuit infra etatem et in custodia ipsius Alicie etc. Et Walterus obiit postquam idem Galfridus ei warentizauit et postquam idem Galfridus posuit se super inquisicionem de predicto ingressu, scilicet utrum idem Walterus habuit talem ingressum uel non. Et omnes iuratores ueniunt set iudicium ponitur in respectum per consilium curie ut interim inde consilium habeatur utrum procedere debeat iurata uel non.

Nota quod A petiit uersus B. et B. uocauit C ad warantum, et C. warantizauit, et posuit se super inquisitionem, et interim obiit B. Iurata remansit donec consilium haberent utrum procedere deberet uel non[2].

Jud'[3].

441. [4]Johannes de Billingeburgo petit uersus Rogerum de Bucministre quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento quod de eo tenet in Billingeburgo etc. unde idem Johannes queritur quod cum teneat de eo feodum dimidii militis cum pert. in eadem uilla ipse non facit ei homagium nec releuium unde deterioratus est etc. **Linc.**

Et Rogerus uenit et cognoscit quod tenet predictum feodum dimidii militis de predicto Johanne et quod debet ei seruicium dimidii militis set dicit quod non debet ei homagium quia[5] in proparte sororum et non debet inde homagium facere usque ad tercium heredem et adhuc non est peruentum ad tercium heredem. Et quia recognitum est quod iste Rogerus non est nisi secundus heres Consideratum est quod Johannes exspectet de homagio ipsius Rogeri capiendo usque ad tercium heredem scil. heredem ipsius Rogeri etc. Concordati sunt per licenciam ita quod idem Rogerus fecit ei fidelitatem coram iusticiariis et de cetero faciet ei seruicium quantum pertinet ad predictum feodum dimidii militis etc. |

Nota quod in proparte sororum non quis facere[6] homagium ante tertium heredem, ita quod tertius heres sit inclusiuus scil. primus, secundus et tertius. set faciat fidelitatem[7].

442. [8]Hugo de Monte Canisio athachiatus fuit ad responden- **[64 b.] Suff.**

[1] *iiij^{xx} et xvj. acr. terre*, A.
[2] See Br. f. 392—3.
[3] This note, which means that the case stands for judgment, is on the inner margin.
[4] A. m. 5. Fitz. *Droyt*, 60.
[5] Sup. *tenet terram illam*, A.
[6] Sup. *debet*.
[7] See Br. f. 21, 21 b:—ad tertium heredem et usque ad quartum gradum *ita quod tertius heres sit inclusiuus.*
[8] A. m. 5 d.

dum Ancsello de Illegha quare secutus est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Anscelli in Illegha contra prohibicionem etc. unde idem Ancxellus queritur quod contra eandem prohibicionem inplacitat eum de medietate tocius tenementi quod habet in eadem uilla unde deterioratus est et dampnum habet etc. et inde producit sectam.

Nota quod non habet locum prohibitio de pecunia promissa in maritagium habet tamen locum si terra et tenementa promittantur[1].

Et de Halefeud' Latton' et Tremehale[2] Priores simul athachiati fuerunt ad respondendum eidem Anxello quare tenuerunt illud idem placitum contra eandem prohibicionem etc.

Et Priores ueniunt et defendunt quod nunquam post prohibicionem tenuerunt aliquod placitum de aliquo laico feodo nec tenebunt set reuera tenuerunt placitum de iiij^{xx}. marcis quas idem Anxellus promisit in maritagium eidem Hugoni cum quadam filia sua. Et predictus Hugo hoc idem dicit. Et ideo quia huiusmodi cognicio de maritagio[3] pertinet ad forum ecclesiasticum dictum est eidem[4] Prioribus quod teneant placitum de denariis et similiter eidem Hugoni quod sequatur set inhibitum est eis ne teneant placitum de laico feodo et eidem Hugoni ne sequatur etc.

443. Hertford.

[5]Matillis de Gatesdena athachiata fuit ad respondendum Ranulfo de Gattesdena qui est infra etatem quare facit uastum destruccionem et exilium de una uirg. et vij. acr. terre cum pert. in Gattesdena quas non habet nisi ad uitam suam tantum etc. et unde idem Ranulfus queritur quod predicta Matillis fecit uastum destruccionem et exilium in boscis et terram uendidit ad exhereditacionem suam etc. unde deterioratus est et dampnum habet etc. contra finem factum inter eos coram iusticiariis etc.

Nota quod si quis tenuerit ad uitam quocunque modo, si uastum faciat et destructionem, locum habebit prohibitio, et fiet inquisitio[6].

Et Matillis per attornatum suum uenit et defendit quod nullum uastum destruccionem uel exilium fecit et bene cognoscit finem et cirographum et quod in nullo erit contra finem etc. Et ideo preceptum est uicecomiti quod assumptis

[1] The annotator here draws a helmeted head. Qu. a portrait of Hugh of Montchensy. The case is cited by Bracton, f. 407 b.

[2] *Haltfeuld Latton' et Tremeshale*, A. Hatfield Latton and Tremhale Priories in Essex.

[3] See Fitz. *Prohibicion*. 22.

[4] Corr. *eisdem*, A.

[5] A. m. 5 d.

[6] Br. f. 316 b. This is opposed to the common belief of later times. See Co. Lit. 53 b, 54, and Stat. Glouc. c. 5. Fitz. *Wast*. 130.

secum xij. in propria persona sua accedat apud Gattesdenam et per eorum sacramentum diligenter inquirat quod wastum et quam destruccionem et quod exilium predicta Matillis fecit in bosco et si terram uendidit ad exhereditacionem etc. et inquisicionem scire faciat a die etc. per literas et per duos etc.

444. [1]Alexander[2] Episcopus Conuentrensis athachiatus fuit ad respondendum Thome Corbet quare tenet placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Thome in Bromlegha contra prohibicionem etc. et unde idem Thomas queritur quod idem Episcopus excommunicauit eum quia inparcauit aueria sua in laico feodo suo et in pastura sua et in separali suo et uult cum eo communicare et[4] in terra sua desicut ipse non communicat etc. Stafford.

Nota quod locum habet prohibitio de communa pasture et huiusmodi que pertinent ad laicum feodum, sicut de ipso laico feodo[3].

Et Episcopus uenit et defendit quod non tenet aliquod placitum de laico feodo ipsius Thome nec tenebit contra prohibicionem set bene dicit quod excommunicauit eum pro uiolenta manuum iniectione in quendam clericum. Et ideo querat idem Thomas absolucionem[5].

445. [6]Preceptum fuit uicecomiti quod recordari faceret in pleno comitatu loquelam que fuit in eodem comitatu inter Abbatem de Bardenay[7] et Abbatem de Tuppeholm[8] de diuisis faciendis inter terram ipsius Abbatis de Bardenay in Bardenay et terram ipsius Abbatis de Tuppeholm et Burrethe unde in eodem comitatu eidem Abbati de Tuppeholm falsum factum fuit iudicium ut dicitur. Linc.

Et Hugo de Humby[9] et alii tres milites pro toto comitatu ueniunt et recordantur quod predictus Abbas de Bardenay tulit breue Dom. Regis in comitatum de diuisis faciendis inter terram suam et terram predicti Abbatis de Tuppeholm et post dilaciones et essonia comparuit idem Abbas de Tuppeholme et in presencia utriusque datus fuit

Nota de processu in comitatu, qualiter sint diuise faciende, et per officium uicecomitis in comitatu[10].

[1] A. m. 5 d.
[2] Stavensby.
[3] So Br. f. 401 b, § 6.
[4] Om. *et*; but sic A.
[5] Note that prohibition does not lie when personal violence has been done to a clerk. I do not find this in Bracton.
[6] A. m. 6.
[7] Monast. vol. 1, p. 623.
[8] Monast. vol. 6, p. 870.
[9] *Warinus Engaingne Walterus Rec et Johannes de Breitoft*, A.
[10] For *per officium* read *de officio* (?)

eis dies datus[1] super locum illum et placiam illam de qua fuit contencio, ad quem diem et locum comparuerunt Abbates et in presencia uicecomitis et hundredi questus fuit dictus Abbas de Bardenay quod idem Abbas de Tuppeholm plus attraxit ad feodum suum quam de iure attrahere debuit scil. v. acr. terre, quia quidam Walterus Abbas antecessor suus fuit seisitus de eadem terra ut de feodo et iure ecclesie sue et sic Abbates et successores et hoc optulit probare per corpus cuiusdam liberi hominis sui etc.

Et[2] Abbas de Tuppeholm uenit et defendit ius suum et seisinam predicti Abbatis et posuit se in magnam assisam Dom. Regis de iure et ita quod uicecomes dedit eis diem ad proximum comitatum ut inde responderent[3]. Ad quem comitatum utraque parte comparente tulit idem Abbas de Tuppeholm breue Dom. Regis de ponenda loquela in bancum et de recordo ibidem faciendo et priusquam aliquod iudicium inde fieret in comitatu uel antequam loquela querelata esset in comitatu. Et Abbates quesiti si tale esset recordum, dicunt quod tale est. Unde Consideratum est quod predicti quatuor milites recedant quieti quia nullum iudicium factum fuit in comitatu, et quia nullus sequebatur breue uersus [65.] comitatum ideo nullus in misericordia. |

446. Sumerset. [4]Johannes de la Stoke athachiatus fuit ad respondendum Cristine de la Stoke que est infra etatem quare non tenet ei finem factum in curia Dom. Regis coram iusticiariis itinerantibus in eodem comitatu inter ipsum Johannem petentem et Robertum de la Stoke patrem ipsius Cristine cuius heres ipsa est tenentem de tribus uirg. terre cum pert. in Sumerlande unde cirographum quod profert et quod testatur quod predictus Johannes recognouit totam predictam terram cum pert. esse ius ipsius Roberti, et idem Rogerus[5] pro eadem recognicione dedit et concessit eidem Johanni xx. acr. terre cum pert. de eadem terra etc., et unde ipsa Cristina queritur quod ipse Johannes contra finem illum attrahit sibi seruicium Hugonis Fabri scil. duos sol. per ann. et seruicium Ade

[1] Om. *datus*, A.
[2] The record of the county continues.
[3] *responderet*, A.
[4] A. m. 6 d.
[5] Corr. *Robertus*.

Prepositi iij. den. per ann. et alia seruicia et seruicium suum proprium scil. unam libr. cimini et dimid. per ann. desicut idem Johannes nichil habet nec clamare potest nisi predictas uiginti acras tantum.

Nota quod ille qui est infra etatem potest placitare de fine non obseruato. et ad finem respondere teneatur quicunque non obstante etate[1].

Et Johannes uenit et cognoscit finem et cirographum et dicit quod in nullo est contra finem illum nec erit et dicit quod seruicium illud non pertinet ad terram illam unde finis factus fuit immo ad quandam terram quam ipse habet et que fuit maritagium matris sue. Et quia Cristina est infra etatem, preceptum est uicecomiti quod eidem Cristine plenariam seisinam habere faciat de predictis tribus uirg. terre cum pert. in seruiciis et in omnibus aliis rebus secundum proportum cirographi exceptis predictis xx. acr. terre que eidem Johanni remanent per finem illum etc.

447. [2]Margeria de Lucy athachiata fuit ad respondendum Rogero de Gouiz quare non tenet ei finem factum in curia Dom. Regis J. inter eosdem Margeriam et Rogerum de medietate manerii de Ermigtona[3] cum pert. unde cirographum etc. et unde idem Rogerus queritur quod cum totum manerium illud preter sex uirg. terre remanere debeat ei per finem illum et predicte vj. uirg. terre predicte Margerie et quilibet ipsorum respondere debeat capitalibus dominis de seruicio quod ad partem suam pertinet, predicta Margeria non facit seruicium quod ad predictas vj. uirg. terre que ei remanent pertinet, propter quod Comes Gloucestrie capitalis dominus illius feodi distrinxit eum pro parte ipsius Margerie pro scutagio de Kery, scil. pro v. sol. et vij. den. et pro scutagio de Portesmuwes vij. sol. iij. den.[4] unde per destriccionem illam et pro defectu ipsius Margerie deterioratus est et dampnum habet etc. et inde producit sectam.

Dorset. Wilt.

Et Margeria per attornatum suum uenit et cognoscit finem et cirographum et dicit quod aquietauit partem suam que ad eam pertinet de forinseco ita quod reddidit de scutagio de Portesmuwes ix. sol. et bene defendit quod in

[1] Br. f. 392 § 3; f. 422 b.

[2] A. m. 9.

[3] *Ermington'*, A.

[4] The scutage of 1229 for the Welsh campaign and the scutage of 1230 for the campaign in France. Stubbs, Const. Hist. vol. 2, p. 42. Mat. Par. (ed. Luard) vol. 3, p. 190.

nullo uenit contra finem contra eum et sectam suam[1] et bene defendit quod propter defectum suum idem Rogerus non distringitur. Post uenit Margeria per attornatum suum et dicit quod de proparte sua debet capitalibus dominis seruicium ij. militum et dimid. et preterea forinsecum seruicium quantum pertinet ad vj. uirg. terre cum pert. in Derwinestuna et dicit quod de toto seruicio illo aquietauit se et reddidit seruicium illud Johanni. Brithasche balliuo Comitis predicti et inde ponit se super predictum Johannem et Rogerus similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti quod distringat predictum Johannem quod sit etc. ad testificandum si predicta Margeria satisfecit ei ut balliuo Comitis de predicto seruicio sicut ipsa Margeria dicit uel si distrinxit predictum Rogerum pro forinseco seruicio predictarum vj. uirg. terre sicut idem Rogerus dicit etc. Idem dies datus est partibus.

448. Hertford. [2]Abbas de Coggeshale dat dimid. marc. pro licencia concordandi cum Sibilla de Kaume de placito terre etc. et est concordia talis quod predicta Sibilla recognouit l. acr. terre cum pert. in Rod[3] esse ius Abbatis et Monachorum de Coggeshale habendas et tenendas eidem Abbati et Monachis et eorum successoribus inperpetuum de eadem Sibilla et heredibus suis reddendo inde per annum dim. marc. pro omni seruicio saluo forinseco, et pro hac etc. predictus Abbas dedit ei xv. marc. Et remanet cirographum faciendum quia Abbas amotus est donec redeat uel donec alius substituatur ei etc. Set dictum est eidem Sibille quod sit apud Westmonasterium etc. ad capiendum cirographum suum et dictum est Monachis de Coggeshale quod habeant ibi predictos denarios ad reddendum predicte Sibille et uenire faciant Abbatem ad capiendum cirographum suum.

449. Lanc. [4]Robertus de Hiltona summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo waranto assartauit communem boscum pertinentem ad maneria de Shoffordia Ordeshales[5] et Burtona ad nocumentum foreste Dom. Regis de Westdereby etc.

[1] *defendit contra eum et sectam*, she denies against him and his suit.
[2] A. m. 9.
[3] *Red*, A.
[4] A. m. 9 d.
[5] *Shelford Ordeshale*, A.

Et Robertus uenit et dicit quod terram illam assartatam tenet ipse de dono Ricardi de Hiltona fratris sui per cartam suam que hoc testatur et inde uocat ad warantum Ricardum filium et heredem predicti Ricardi qui est infra etatem et in custodia Comitis Cestrie. Et attornati Comitis cognoscunt quod predictus Ricardus est infra etatem et ideo inde sine die usque ad etatem. |

Nota quod ille qui est infra etatem non respondebit pro Rege non magis quam pro priuata persona[1].

450. [2]Willelmus de Chiptona essoniator Johannis Walensis attornati Willelmi le Sauuage optulit se iiij^{to}. die uersus Rogerum de Wimberuilla et Eustachiam uxorem eius de placito dimid. hide terre cum pert. in Sumertona etc.

[65 b.] Oxon.

Et Rogerus et Eustachia non uenerunt ne[3] primo nec secundo die nec tercio set quarto die comparuit idem Rogerus primo licet sepius clamatus esset diebus precedentibus, unde essoniator petit iudicium de defalta et Rogerus nichil ostendit quod impediretur nec aliquam pretendit excusacionem nec defaltam sanare potest. Et ideo essoniator sine die et Rogerus in misericordia.

Nota de defalta de quarto die que saluari non potuit et ideo amisit tenens scil. Rogerus de Wynberuilla[4].

451. [5]Eborardus Aurifaber et Isabella uxor eius petunt uersus Gilebertum filium Gileberti quatuor acr. terre cum pert. in Totham ut ius ipsius Isabelle et in quas non habet ingressum nisi per Gilebertum patrem suum cui predictus Eborardus illas tradidit ad terminum qui preteriit etc. et quod terram illam ita ei tradidit producit sectam etc.

Midd.

Et Gilebertus uenit et defendit ius ipsorum et talem ingressum et dicit quod habet terram illam in feodo sicut in escambium cuiusdam terre quam Gilebertus pater suus dedit eisdem Eborardo et Isabelle et que terra fuit de feodo Comitis Dauidis[6] scil. cuiusdam fossati de quo fossato emolumentum ij. sol prouenit singulis annis. Et Gilebertus pater predicti Gileberti presens est et dicit quod predictus Comes fossatum illud ei dedit. Et Gilebertus pater requisitus si cartam habeat de predicto Comite uel aliud munimentum per quod feoffatus fuit dicit quod non.

Et Eborardus et Isabella dicunt quod nullum habent

[1] Br. f. 422 b, holds that an infant must *sometimes* answer the king.
[2] A. m. 9 d.
[3] Corr. *nec*, A.
[4] See Br. f. 387.
[5] A. m. 10.
[6] Earl of Huntingdon, ob. 1219.

Nota quod ille qui petit per breue de ingressu et sectam habet sufficientem de tali ingressu, et tenens nullam nisi simplicem uocem de alio ingressu, amittit tenens[1].

escambium et quod idem Comes nunquam dedit eidem Gileberto fossatum illud quia illud fossatum fuit Willelmi le Brun fratris ipsius Isabelle qui illud dedit in maritagium eidem Eborardo cum predicta Isabella et unde dicunt quod idem Gilebertus nullum ius nec alium ingressum habet in predictas quatuor acras nisi secundum quod predictum est. Et quia ipsi Eborardus et Isabella sectam sufficientem producunt quod talem habuit ingressum ad terminum et non in escambium ut de feodo sicut Gilebertus dicit, et predictus Gilebertus nichil ostendit quod aliter data esset nisi tantum simplicem uocem suam, Consideratum est quod ipsi Eborardus et Isabella recuperauerunt seisinam suam et Gilebertus in misericordia.

452. Sumerset. [2]Faramus de Bononia petit uersus Ricardum de Wyauilla et Godehut[3] uxorem eius unam uirg. terre cum pert. in Chepmanescumba ut ius suum etc.

Et Ricardus et Godehut per attornatum ipsius Godehut ueniunt et dicunt quod non debent ei respondere quia non tenent in feodo nisi medietatem eiusdem terre que data fuit ei in maritagium cum predicta Godehut, et dicunt quod non tenent aliam medietatem nisi de anno in annum ad firmam de matre predicte Godehut. Et Faramus[4] non potest hoc dedicere et ideo Ricardus et Godehut[5] inde sine die et Faramus[6] etc.

453. Suhampt. [7]Simon persona de Crundel athachiatus fuit ad respondendum Stephano de Ferenbergo quare secutus est placitum in curia cristianitatis de aduocacione ecclesie de Farenbergo contra prohibicionem unde idem Stephanus queritur quod idem Simon inplacitat clericum suum de decimis et oblacionibus et obuencionibus pertinentibus ad ecclesiam illam, et si in placito obtineret ita amitteret aduocacionem suam.

Nota quod qui sequatur de decimis et oblationibus per consequens sequitur de aduocatione[8].

Et Simon uenit et defendit quod nunquam post prohibicionem secutus fuit placitum illud de decimis et aliis set reuera inplacitauit eum de pensione v. sol. in quibus predictus clericus tenetur ecclesie sue de Crundel sub antiqua et

[1] See Br. f. 320.
[2] A. m. 10 d.
[3] *Godeheut*, A.
[4] *Pharamus*, A.
[5] *Godehud*, A.
[6] *in misericordia. pauper est.* A.
[7] A. m. 11.
[8] See Br. f. 407.

annua pensione et nichil aliud petit et bene concedit quod predictus Stephanus est aduocatus predicte ecclesie de Ferenbergo. Et ideo prohibitum est ei quod non sequatur de decimis et aliis obuencionibus nisi de predictis v. sol., et ipse concedit quod si sequatur quod laicum feodum suum quod habet in Anglia incurratur[1], et ideo sine die.

454. [2]Unfridus filius Michaelis athachiatus fuit ad respondendum Ricardo de Cumba quare non tenet ei finem factum in curia Dom. Regis J. coram iusticiariis itinerantibus apud Wintoniam inter predictum Unfridum petentem et prefatum Ricardum tenentem de una hida terre cum pert. in Merelente et de tercia parte duarum caruc. terre cum pert. in Frome unde cirographum etc. et unde idem Ricardus queritur quod predictus Unfridus inplacitat eum in comitatu de pertinenciis eiusdem terre, scil. de tercia parte viij. mesuagiorum et j. molendini cum pert. in Frilingestrete et de tercia parte iiij. mesuagiorum in Flinfordia cum pert. etc. Sumerset. De fine facto.

Et Unfridus uenit et bene cognoscit finem et cirographum et totum et dicit quod in nullo est contra finem illum nec erit set dicit quod mesuagia et molendinum non sunt de pertinenciis eiusdem terre set bene cognoscit quod sunt de eodem feodo et de eodem seruicio. Post cognouit quod mesuagia et totum molendinum sunt de pertinenciis predicte tercie partis duarum carucatarum terre in Frome et ideo teneatur finis et Unfridus custodiatur etc. |

455. [3]Auicia que fuit uxor Willelmi de Baiocis per attornatum suum petit uersus Johannem de Eure terciam partem iiij. acr. terre cum pert. in Bradewella et ij. sol. redditus, et uersus Radulfum filium Ricardi terciam partem iiij. acr. cum pert. in eadem uilla, et uersus Gerardum Barre terciam partem vj. acr. terre cum pert. in eadem uilla ut dotem suam etc. [66.] Buck. De muliere petente dotem cui obiectum quod uir suus uiuit, et ipsa contra quod contulit se religioni, set quia laicus est datus fuit dies quod probet quod sic se contulit quod ad seculum redire non possit[4].

Et Johannes et alii ueniunt et dicunt quod non debet inde dotem habere quia predictus Willelmus uir suus adhuc uiuit et manet apud Bradewellam.

Et Auicia per attornatum suum dicit quod reuera ibi

[1] Sic A.
[2] A. m. 11.
[3] A. m. 11 d.
[4] Br. f. 301 b. If the husband is a mere probationer he is not yet civilly dead; redire poterit ad seculum.

manet set contulit se religioni, set nullam sectam inde producit[1] et preterea quod laicus est. Et ideo dies datus est eis ut tunc probet quod reddiderit se religioni et quod nunquam reuertetur ad seculum.

456. Norf. [2]Walterus de Euermuwe per Willelmum de Leirtona qui se facit attornatum suum petit uersus Reinerum[3] iij. acr. prati et j. rodam prati in Burgo ut ius suum unde ipse fuit in seisina tempore R. [4]capiendo inde etc.

Et Reinerus uenit et dicit quod alias petiit inde uisum, et Willelmus qui se facit attornatum tunc uenit super terram illam et fecit ei uisum tantum de una roda et desicut ipse petit tres acr. et j. rodam non uult ei respondere nisi curia considerauerit, et concedit quod si de plus fecit ei uisum quod amittat terram.

Ubi contentio inter partes unus petit tantum, et ponit postea in uisu minus, et postea dicat quod totam posuit in uisu suo et non minus, fiat inquisitio per balliuum hundredi, et per iiij. qui uisui illi interfuerunt, et per iiij. preter predictos iiij.[5]

Et Willelmus attornatus Walteri uenit et dicit quod fecit ei uisum de iij. acr. prati et j. roda in propria persona coram balliuo Dom. Regis et coram aliis quampluribus que quidem acre iacent in v. particulas unde[6] ponit se super balliuum Dom. Regis et alios[7], et bene concedit quod amittat clamium suum inperpetuum nisi ita fuerit. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat coram iusticiariis a die etc. predictum balliuum Dom. Regis et predictos iiij. qui uisui illi interfuerunt ut uicecomes mandauit[8] preter illos alios iiij. qui similiter uisui predicto interfuerunt ad certificandum quam terram idem Willelmus posuit in uisu suo etc.

457. Dorset. [9]Agatha que fuit uxor Ricardi[10] de Stella petit uersus Priorem de Cristi Ecclesia unam uirg. terre cum pert. in Flete ut dotem suam unde nominatim dotata fuit etc. et quod fuit dotata producit sectam[11] etc.

Item mulier petens producit sectam quod dotata fuit nominatim, et tenens dicit quod aliter fuit dotata, et tenens nullam, ideo recuperat mulier[12].

Et Prior uenit et dicit quod non fuit ita dotata scil. nominatim et inde ponit se super patriam.

[1] A word may be wanting; but sic A.
[2] A. m. 12.
[3] Supply *de Burgo*, A.
[4] *tempore Reg' J.* A.
[5] Bracton, f. 379 b, 380, cites this anonymously. The end of it will be found below MS. f. 84.
[6] *et inde*, A.
[7] Four named persons, A.
[8] Supply *et*, A.
[9] A. m. 12 d.
[10] *Henrici*, A.
[11] Four named persons *qui interfuerunt*, A.
[12] So Br. f. 304 b. The tenant having no suit can not put himself on his country.

Et quia ipsa Agatha sectam producit sufficientem quod ita fuit dotata et Prior nullam sectam producit quod aliter esset dotata et nichil dicit contra sectam illam Consideratum est quod Agatha recuperauit seisinam suam et Prior etc.

458. [1]Philippus de Bello Campo dimisit Josceo Juueni de Londonia manerium suum de Hersham cum pert. in feodo, tenendum de eo et heredibus suis reddendo inde per ann. unum par calcarium deauratorum uel xij. den. faciendo inde forinsecum seruicium scil. j. militis pro omni seruicio. Concedit eciam idem Josceus pro se et heredibus suis quod si idem Philippus uel heredes sui non[2] reddiderint ei uel heredibus suis ducentas marcas quas idem Josceus dedit predicto Philippo pro predicto manerio a festo Omn. Sanct. anno regni Regis H. xv. in unum annum quod predictum manerium reuertatur ad ipsum Philippum et heredes suos quiete de ipso Josceo et heredibus suis inperpetuum etc.[3] Essex.

459. [4]Alina que fuit uxor Willelmi filii Baldewini petit uersus Augustinum prepositum de Notingeham medietatem dimid. acr. terre cum pert. in Notingeham ut dotem suam unde etc. Notingh.

Et Augustinus uenit et dicit quod non debet inde dotem habere quia post mortem predicti Willelmi uiri sui fuit ipsa in seisina de eadem terra ut de dote sua et postea uendidit ei illam medietatem et bene concedit quod dotata inde fuit etc.

Et Alina bene defendit quod nunquam fuit inde in seisina. Et quia ipse nichil ostendit quod esset in seisina et quod ei uendidit et quia ipse cognoscit quod inde fuit dotata, Consideratum est quod ipsa recuperat seisinam suam et Augustinus in misericordia.

Item mulier ostendit quod fuit ita dotata. tenens illud cognouit, set dicit quod ipsa postquam seisita fuit ei uendidit terram illam set nichil ostendit nisi simplicem uocem suam, et ipsa sectam habet, et ideo recuperat[5].

460. [6]Robertus Turgis et Alina uxor eius et Matillis soror ipsius Aline per eundem Robertum positum loco ipsarum petunt uersus Eudonem de Aumbely duas partes j. uirg. terre cum pert. in Rumeseia ut ius ipsarum Aline et Matillidis etc. unde quidam Ricardus pater ipsarum fuit seisitus etc. Suhant.

[1] A. m. 13.

[2] *non* interlined; it is not in A and should be omitted.

[3] This is a mortgage enrolled for better security.

[4] A. m. 13 d.

[5] The collector seems on the outlook for cases showing the importance of producing a suit.

[6] A. m. 14.

Et Eudo uenit et dicit quod non debet eis respondere quia alias fuit placitum coram iusticiariis qui ultimo itinerauerunt in comitatu Suhantone de eadem terra scil. quidam Aluredus Carectarius et Clemencia uxor eius et predicti Robertus, Alina et Matillis pecierunt terram coram eisdem [66 b.] iusticiariis per breue de | ingressu ut ius ipsarum Clemencie et aliarum et in quam idem Eudo non habuit ingressum nisi per Abbatissam de Rumeseia cui Ricardus pater ipsarum terram illam dimisit ad terminum qui preteriit, et ibi responsum fuit quod non habuit talem ingressum, set habuit ingressum per quendam Alexandrum in feodo cui predictus Ricardus pater ipsarum illam uendidit et ibi protulit quandam cartam que approbata fuit et habita pro uera per testes et per patriam, ita quod ipsi Aluredus et alii nichil ostenderunt contrarium, unde ibi consideratum fuit quod Eudo sine die et alii in misericordia. Et quia predictus Robertus et alii hoc totum cognoscunt, Consideratum est quod Eudo teneat in pace et Robertus in misericordia.

Nota quod tenens respondit ad ingressum et dixit quod in feodo per cartam que approbata fuit et habita pro uera. Et ideo tenens sine die[1].

461. Suff. [2]Thomas filius Willelmi optulit se iiij^to^. die uersus Aliciam de Pakeham de placito quare fecit uastum destruccionem et exilium de terris quas tenet in dotem de hereditate ipsius Thome ad exhereditacionem etc. in Pakeham etc.

Nota quod post attachiamenta de muliere que terram tenuit in dotem et inde uastum fecit districta fuit per terras et catalla[3].

Et Alicia non uenit et primo fuit athachiata per Walterum filium Willelmi de Rugham etc. et secundo per Thomam filium Willelmi de Pakeham etc. et ideo omnes in misericordia et ipsa distringatur per terras et catalla quod sit etc.

462. Kent. [4]Willelmus Musard petit uersus Ricardum Camerarium feodum dimidii militis cum pert. in Gosenhale quod clamat esse ius et eschaetam suam et in quod predictus Ricardus non habet ingressum nisi per S. quondam Cantuariensem Archiepiscopum[5] cui Dom. Rex illud commisit habendum per j. annum et j. diem postquam Isabella Musard que rettata fuit de morte Ricardi clerici fugit et quod feodum

Nota de ingressu post annum et diem de termino Regis per dominum capitalem. Item et quod ius quod recentior est prius terminari debet quam illud quod uetustius est[6].

[1] See Br. f. 320.
[2] A. m. 14.
[3] For mesne process in waste, see Br. f. 315 b.
[4] A. m. 15.
[5] Stephen Langton.
[6] Bracton, f. 130, cites this case as giving the form of a writ of entry applicable when the king has alienated land held by him for his year and day. The MS. has *recentior*.

tenuit de Ricardo Musard auo predicti Willelmi cuius heres ipse est, qui tunc fuit infra etatem et ad quem feodum illud pertinet post annum et diem etc.

Et Ricardus uenit et petit inde uisum, habeat etc. et interim etc. Et sciendum quod loquela que est inter Ranulfum de Gosenhale et predictum Ricardum Camerarium[1] de eadem terra remanet sine die, quousque loquela inter predictum Willelmum et Ricardum terminetur, quia breue Willelmi[2] loquitur de iure recenciore et breue Ranulfi loquitur de recto uetustiore[3].

463. [4]Ela Comitissa Sarisbirie athachiata fuit ad respondendum Unfrido de Boun Comiti Herefordie quare non tenet ei finem factum in curia Dom. Regis qui nunc est inter eos de maneriis de Trowbrugg', Stauertona, Bissopestr', Kiuelestuna, Hedingtona, Wynelfordia, Maningfordia et Neutona[5] et unde cirographum[6] et unde idem Comes queritur quod predicta Comitissa distringit homines ipsius Comitis de Neutona ad faciendum sectam ad hundredum de Aumbresbiria desicut continetur in cirographo quod quilibet ipsorum teneat partem que eos contingit de predictis maneriis de Dom. Rege in capite per seruicium quod ad partes suas pertinet. Wilt.

Et Comitissa uenit per attornatum suum et dicit quod in nullo est contra finem nec erit et bene concedit finem et dicit quod secta illa in nullo tangit finem illum quia ipsa fuit in seisina de secta illa ad hundredum illud et antecessores sui fuerunt inde in seisina centum annis elapsis sicut ad hundredum illud quod habet ad firmam de Dom. Rege.

Et quia nulla facta est mencio in cirographo de secta et attornatus Comitis non potest dedicere quin secta fieri solet, Consideratum est quod Comitissa inde sine die, et Comes in misericordia et perquirat etc.

Nota de fine facto et unde secta, quia nulla facta mencio in fine de secta remittenda et ille qui queritur non potest dedicere quin secta fieri solet et ideo illa de qua queritur inde sine die.

464. [7]Willelmus de Vergelay[8] optulit se iiij^to^ die uersus Dorset.

[1] *Camerarium* interlined by annotator; not in A.

[2] *Ricardi* corrected into *Willelmi*; in A *Ricardi* is struck out.

[3] More of this case below, MS. f. 84.

[4] A. m. 15.

[5] Trowbridge, Staverton, Bishopstrow, Keevil (?), Heddington, Wilsford (?), Manningford, Newton.

[6] Supply *factum fuit*; but sic A.

[7] A. m. 15 d.

[8] *Veigeley*, A.

Magistrum Alexandrum Dorset' de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Willelmi contra prohibicionem etc.

Nota de eo uisus est in curia et contumaciter recedit sine licentia, quod in misericordia. Et Magister Alexander non uenit et habuit diem in banco ut satisfaceret eidem Willelmo et postea uisus fuit in curia et recessit sine licencia et ideo in misericordia pro contemptu curie, et mandatum est uicecomiti Londonie quod distringat eum per terras et catalla sua quod sit a die etc. ad respondendum eidem Willelmo etc.

465. **Surr.** [1]Preceptum fuit uicecomiti quod esset coram iusticiariis ostensurus quare Eliam de Crawestoke et Willelmum filium suum cepit et inprisonauit eo quod noluit facere Johanne[2] de Aldham consuetudines et recta seruicia que ei facere non debuit unde idem Elias tulit breue Dom. Regis etc.

Et Johannes de Gattesdena uicecomes uenit et dicit quod quidam Johannes filius Ade de Aldham tulit quandam assisam mortis antecessoris uersus Willelmum de Crawestoke de j. uirg. terre cum pert. in Crawestoke coram Dom. S. de Segraue et sociis suis per quam iuratam recuperauit ipse seisinam suam uersus eundem Willelmum, ita quod preceptum fuit ei quod eidem Johanni de eadem terra plenariam seisinam habere faceret. Et cum ipse balliuos suos misisset apud Crawestoke ad exequendum preceptum Dom. Regis et ad faciendum eidem Johanni seisinam de eadem terra, ipsi balliui sui inuenerunt predictos Eliam et Willelmum et plures alios eis resistentes, ita quod preceptum Dom. Regis exequi non potuerunt, propter quod ipsi predictum Willelmum et Eliam ceperunt et eos in prisona detinuerunt occasione predicta et non alio modo.

Et Elias uenit et dicit quod tenementum illud fuit liberum tenementum suum et quod idem Johannes nichil
[67.] inde recuperauit quia | ipse fuit in seisina de eadem terra et[3] antecessores sui[3] illam multis temporibus et post assisam illam, donec predicta Johanna [4]exigebat ante autumpnum[4]

[1] A. m. 16 d.

[2] Distinguish Joan from John.

[3-3] *ante assisam*, A. The copyist omitted *assisam* and the annotator made a conjectural emendation.

[4-4] *ante autumpnum proximo preteritum exigebat*, A.

ab eo merchetum de quadam filia sua que fuit maritanda, et assisa illa capta fuit in festo S. Hillarii ann. r. r. xij^{mo}. Et quia rei ueritas inquiri non poterit sine predictis Johanne et Willelmo inter quos assisa illa capta fuit et sine iuratoribus, preceptum est uicecomiti in banco quod diligenter inquirat qui fuerunt recognitores illius assise et illos uenire faciat a die etc. simul cum predictis Willelmo et Johanne, et Johannes tunc habeat ibi cartam suam unde pater suus[1] feoffatus de eadem terra.

466. [2]Ricardus de Wydiho pro se et Agnete uxore eius cuius loco etc. petunt uersus Ricardum de Wadefordia terciam partem j. uirg. terre cum pert. in Wadefordia ut dotem ipsius Agnetis etc. Sumerset.

Et Ricardus de Wadefordia qui infirmabatur apud Londoniam cognouit coram Dom. Roberto de Lexintona et Ricardo de Sherdelawe iusticiariis, quod non potuit terram illam lucrari nec perdere, eo quod uillanus est et terram illam tenet in uilenagio de Magistro Henrico preposito ecclesie Wellensis et qui presens est et hoc cognoscit et ideo sine die et Ricardus et Agnes perquirant se si uoluerint uersus Magistrum Henricum.

Nota quod tenens coram iusticiariis de banco recognouit se esse uillanum, et ideo sine die, et quod tenuit in uillenagio[3].

467. [4]Willelmus de Luddingtona petit uersus Walterum filium Radulfi quem Egidius de Erdingtona uocauit ad warantum et qui ei warentizauit duas uirg. terre cum pert. in Hunestanestuna ut ius suum unde quidam Radulfus et Margeria uxor eius antecessores sui fuerunt seisiti in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui qui fuit auus Dom. Regis anno et die quo uiuus et mortuus, capiendo inde etc., et de ipsis Radulfo et Margeria descendit ius terre illius cuidam Ricardo ut filio et heredi et de Ricardo cuidam Hugoni ut fratri et heredi et de predicto Hugone cuidam Thome ut filio et heredi et de predicto Thoma isti Willelmo ut filio et heredi et quod ita sit offert etc. Warr.

Et Walterus uenit et defendit ius suum et bene cognoscit seisinam predictorum Radulfi et Margerie, et bene dicit quod nichil potest ad eum descendere nec debet ei inde respondere

[1] Sup. *fuit*, A.
[2] A. m. 18 d.
[3] See Br. f. 200 b.
[4] A. m. 18 d.

quia predictus Radulfus antecessor ipsius Willelmi dedit terram illam Radulfo patri istius Walteri per cartam suam quam profert et que hoc testatur. Profert eciam cartam Ricardi filii predicti Radulfi que donum illud confirmat, unde dicit quod si alius ab eo eum inplacitaret quod ipse deberet ei warentizare[1], et super hoc petit iudicium.

Nota quod carta de confirmacione facta ab eo qui posset donum infirmare, ualere debet, licet principalis non ualeat, set tunc demum cum ius ad eum cum confirmauerit, quia confirmacio prius facta non ualet[2].

Et Willelmus uenit et dicit quod carta illa non debet ei nocere, quia idem Radulfus nunquam illam ei fecit et hoc bene patet quia idem Radulfus inde obiit seisitus. De carta de confirmacione dicit quod non debet ei nocere quia ex quo carta principalis non ualet nec confirmacio ualebit.

Et quum predictus Willelmus cartam primam precise non dedixit, et quia si ipsa in efficax[3] esset, predictus Ricardus filius ipsius Radulfi donum illud confirmauit, et ratum habuit, Consideratum est quod Walterus teneat in pace quiete de ipso Willelmo et heredibus suis inperpetuum, et Willelmus in misericordia.

468. Suhant.

[4]Radulfus de Clere per attornatum suum optulit se iiij^to^ die uersus Jordanum de Wakeruilla de placito quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ab eo exigit de libero tenemento suo quod de eo tenet in Subertona etc. et Jordanus non uenit et plures fecit defaltas ita quod alias preceptum fuit uicecomiti quod distringeret eum per terras et catalla, et uicecomes alias mandauit quod distrinxit eum per redditum suum quem annuatim solebat percipere de Abbate de Bello Loco[5] de tenemento quod de eo tenet. Et ad alium diem non uenit, ita quod preceptum fuit uicecomiti quod caperet predictum redditum in manum Dom. Regis et saluo custodiret ita quod manum non apponeret, et quod redditum illum haberet coram iusticiariis etc. ad faciendum inde quod curia consideraret. Et uicecomes nichil inde fecit, et ideo sicut prius capiat redditum et illum habeat etc. ad faciendum inde sicut curia considerauerit, et uicecomes sit auditurus

Nota de districtione per terras et catalla, ita quod inde respondeat ad scaccarium uel coram iustic', et uicecomes non fecit et ideo ad iudicium de uicecomite.

[1] If some one other than you had impleaded me, you would have been bound to warrant me.

[2] Some verb is wanted after *ad eum*. The heir's confirmation is of no avail if made before the right descends to him. See on this point Br. f. 58 b.

[3] Corr. *inefficax*, A.

[4] A. m. 19 d.

[5] Beaulieu.

iudicium quod breue non misit nec aliquid inde fecit etc.

469. [1]Assisa uenit recognitura si Willelmus de Mertona laicus iniuste etc. disseisiuit Johannem de Henred de communa pasture sue in Henred que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla post primam coronacionem etc. Berck.

Et Willelmus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia predictus Johannes alias tulit super eum paruum breue de noua disseisina[2] coram uicecomite Berck. ita quod uicecomes fecit inquisicionem v. hundredorum ad hoc summonitorum et post inquisicionem illam uenit idem Johannes et retraxit se, unde uidetur ei quod non debet ei super hoc respondere.

Nota quod non facit quis disseisinam de aliqua communa pasture licet domum et berkariam leuauit in pastura alicuius, et unde poterit terram claudere et arare et excolere cum tempus fuerit[3].

Post uenit Willelmus et dicit quod assisa non debet inde fieri et quod ipse eum in nullo disseisiuit quia reuera ipse leuauit et fecit quandam domum super terram suam propriam et super tenementum suum proprium quam terram ipse potest includere et excolere pro uoluntate sua, unde dicit quod ipsum non disseisiuit etc.

Juratores dicunt quod Willelmus leuauit quamdam berkeriam ad capud j. acre quam ipse habet prope terram ipsius | Johannis et intra terram ipsius et quod placiam illam ubi domus facta est posset idem Willelmus excolere et nichil fecit idem Willelmus nisi illam berkeriam propter quod idem Johannes deberet conqueri et dicit[4] quod domus illa pocius leuata est ad nocumentum tenementi ipsius Johannis quam ibi sit aliqua disseisina pasture. Et ideo dicunt quod non disseisiuit eum de aliqua pastura. Et ideo Consideratum est quod Willelmus non disseisiuit eum et ideo Willelmus inde sine die etc. [67 b.]

470. [5]Johanna que fuit uxor Martini de Clere per attornatum suum petit uersus Gilebertum de la More terciam partem xij. acr. terre cum pert. in Clere ut dotem suam etc. Suhant.

Et Gilebertus uenit et per licenciam ei reddit predictam

[1] A. m. 21.

[2] As to this little vicontiel writ of novel disseisin I find nothing elsewhere.

[3] See Br. f. 232, 232 b. The jurors distinguish between nuisance and disseisin. *Berkaria*, a sheepfold.

[4] Corr. *dicunt*.

[5] A. m. 20.

terciam partem nomine dotis, et duas partes de gracia reddit Agneti filie ipsius Johanne.

Nota quod cadit breue de dote ubi mulier petit terciam partem redditus uersus eum qui tenet tenementum unde redditus prouenit et alius redditum.

Eadem petit uersus Robertum le Packere terciam partem iiij. sol. redditus cum pert. in Clere ut dotem suam etc.

Et Robertus uenit et dicit quod nichil tenet de redditu illo nisi tenementum unde redditus prouenit. Et Johanna non potuit hoc dedicere et ideo Robertus inde sine die et Johanna in misericordia.

471. Hertford.

[1]Assisa uenit recognitura si Radulfus de Cheindedut Matillis de Esserugge et Vlianus filius suus iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Simonem de Frankeleye de libero tenemento suo in Langeleye post primam coronacionem. Et Radulfus Matillis et Vlianus ueniunt et nichil aliud dicunt quam dixerunt apud Chelmerefordiam coram W. de Ralegha et sociis suis cuius loquele inrotulacio est plenius in rotulo de termino[2] etc. nisi tantum quod petunt sibi allocari quod quando predicta Matillis petiit aliquando dotem de eodem tenemento uersus predictum Simonem et Rosam quondam uxorem suam, ipsi Simon et Rosa uocauerunt ipsam Eliciam ad warantum de eodem tenemento, ut de iure ipsius Rose, et quod idem Simon nunc dicit quod non habet ingressum in tenementum illud nisi tantum per predictam Eliciam, que eum inde feoffauit postquam desponsasset Rosam quondam uxorem suam, et unde idem Simon nichil ostendit de feoffamento nec cartam nec aliud munimentum. Et curia recordatur quod ipsi Simon et Rosa ita uocauerunt predictam Eliciam ad warantum uersus eandem Matillidem ut de iure ipsius Rose, et ideo procedat assisa ad recognoscendum utrum predictus Simon habuit ingressum in terram illam et seisinam de eadem terra per predictam Rosam ut de iure ipsius Rose uel per predictam Eliciam de dono ipsius Elicie secundum quod predictum est et secundum quod idem Simon dicit pro homagio et seruicio suo.

Nota quod quis amittere potest propter uariationem et cecidit assisa noue disseisine quia aliquando dixit querens quod tenuit de tali et habuit per talem ingressum, coram iusticiariis qui habent recordum, et postea dicit quod per aliam et ita contrarius sibi, et ideo contraria allegans audiri non debet.

Juratores dicunt quod donum quod factum fuit eidem

[1] A. m. 21 d. See above Case 429 for an earlier stage of this litigation.

[2] Supply *Sancte Trinitatis proximo*, A. This refers to Case 429. A membrane containing assizes taken in the eastern counties is now annexed to the roll of Trinity term and Case 429 is on it.

Simoni de eodem tenemento [[1]per Eliciam] factum fuit sicut fieri potuit ipsi Simoni et Rose, quod nullum fuit ut dicunt, quia ipsa [Elicia] nichil ibi habuit nisi de gracia Vliani, unde dicunt quod non fuit disseisitus de eodem tenemento. Et quia reliquit ingressum per predictam Rosam [et tenuit se ad feoffamentum Elicie] et iuratores dicunt quod si aliquem inde habuit ingressum hoc fuit per Rosam et non per aliquod feoffamentum [factum] eidem Simoni, Consideratum est quod nichil capiat per hanc assisam et ideo Radulfus et alii inde sine die et Simon in misericordia.

472. [2]Dies datus est Philippo de Kyme per attornatum suum querenti et Willelmo de Kyme de capiendo cirographo suo a die etc. prece parcium quia concordia inter eos prolocuta stare non potest eo quod Prior de Bullingtona post lapsum ij. annorum proximo sequencium debet habere iiij. bouat. terre in Wargeby de quibus predictus Willelmus nunc seisitus est per concordiam illam et ideo dictum est attornato Philippi quod faciat escambium ad ualenciam predictarum iiij. bouat. eidem Willelmo ut tunc sine calumpnia fieri possit cirographum etc. Linc.

473. [3]Preceptum fuit uicecomiti quod mitteret iiij. legales homines de comitatu suo apud Banham ad uidendum in quo statu Radulfus de Banham sit qui percussus est paralisi etc. et utrum sit compos sui uel non et diligenter inquirerent a quo tempore percussus fuit morbo illo et quod inde certificarent iusticiarios etc. Norf.

Nota quod testatio trium militum ad uidendum in quo statu non ualet sine quarto[4].

Et Gwydo de Verdun[5] etc. ueniunt, et quia Hugo de Backeham quartus miles non uenit nec interfuit uisui ut testatum est, eo quod infirmus est, datus est etc. et uicecomes loco predicti Hugonis apponat alium militem ad certificandum iusticiarios simul cum predictis tribus ad predictum terminum etc.

474. [6]Willelmus de Eynefforðia summonitus fuit ad respondendum Abbati S. Augustini Cantuarie quare ipse impediuit Kent.

[1] The words in brackets are interpolated by the annotator and are not in A.

[2] A. m. 23.

[3] A. m. 23 d.

[4] See Br. f. 354 b.

[5] Two others, A.

[6] A. m. 23 d. For an earlier stage of this litigation see above Case 376.

possessionem Johannis filii Ricardi Reinig' clerici sui de ecclesia de Wicham que pertinens est ad ecclesiam de Plumstede etc.

Et Willelmus per attornatum suum uenit et dicit quod non impedit nec impediet possessionem suam de predicta ecclesia de Wicham nec de aliquo quod pertineat ad predictam ecclesiam de Plumstede. Et ideo sine die, et quia Willelmus de S. Johanne qui se opposuit predicto clerico nichil habet nisi solummodo maritagium heredis Willelmi de Ros per predictum Willelmum de Eynefordia, Consideratum est quod idem Willelmus de S. Johanne nichil clamare potest in aduocacione illa. Et ideo mandatum est Episcopo Roffensi quod non obstante reclamacione predictorum Willelmi et Willelmi[1] omittat quin permittat predictum Johannem |
[68.]| personam gaudere pacifica possessione predicte capelle de Wicham ut pertinentis ad ecclesiam de Plumstede cuius aduocacionem Abbas S. Augustini Cantuarie nuper recuperauit per assisam etc.

Et Episcopus Roffensis non uenit etc. et summonitus etc. et ideo athachietur quod sit etc. ad respondendum eidem Abbati quare non admisit clericum suum ad eandem ecclesiam.

475. [2]Margareta que fuit uxor Unfridi Marescalli petit uersus Philippum de Cesterhunt quem Stephanus Marescallus uocauit ad warrantum et qui ei warentizauit medietatem j. acr. et med. j. rode prati et j. mes' cum pert. in Cesterhunt ut dotem suam unde predictus Unfridus eam dotauit ad hostium ecclesie ipso Philippo presente et assensu prebente etc.

Hertford. **Nota quod mulieri petenti dotem que dotata fuit per assensum alterius quam uiri sui uillanus fuit et tenuit in uillenagio ita inde dotari non potuit, et quod nunquam assensum prebuit et qui fuit dominus illius Hunfridi[3].**

Et Philippus uenit et dicit quod non debet inde dotem habere quia die quo Unfridus eam desponsauit fuit ipse Unfridus[4] uillanus et terram illam tenuit in uillenagio et bene defendit quod ipse nunquam presens fuit nec assensum prebuit, et bene concedit quod si idem Unfridus tenuit terram illam libere quod ipsa recuperet inde dotem petitam,

[1] Supply *non;* but sic, A.

[2] A. m. 25. I think that a new hand writes this case and the next in the note-book.

[3] Note *it was objected* to a woman claiming dower that her husband was a villain and that the lord against whom she made her claim had not assented to the endowment.

[4] *Unfridus*, interl. by annotator; not in A.

et filius suus et heres aliam medietatem sine placito. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus placitorum corone conuenire faciat xij. et per eorum sacramentum etc. si predictus Unfridus tenuit terram illam libere, ita quod eam dotare posset etc. et inquisicionem scire faciat in Oct. S. Hyllar. pro dote etc.

476. [1]Matillis de Lucy, Ricardus filius Reginaldi et Roysa uxor eius per attornatos suos petunt uersus Robertum Yellestede iiij. acr. terre et dim. cum pert. in Neutona ut ius ipsarum Matillidis et Royse etc., unde quidam Ricardus de Lucy antecessor ipsarum Matillidis et Royse fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui Dom. Regis etc. capiendo expleta etc., et de predicto Ricardo[3] cuidam Galfrido ut filio et heredi suo, et de predicto Galfrido cuidam Ricardo ut filio et heredi suo, et de predicto Galfrido[4] cuidam Herberto ut filio et heredi suo, et de predicto Herberto Matillidi et Royse ut sororibus et heredibus et de predicta Matillide isti Matillidi ut filie et heredi sue[5] scilicet sua pars, et de predicta Roysa sua pars cuidam Foberto filio suo et de predicto Foberto isti Royse ut filie et heredi suo etc., et quod predictus Ricardus ita fuit seisitus et quod tale sit ius ipsarum offerunt etc.

Kent.

Nota due sorores participes petierunt quandam terram, et primo petierunt ambo per descensum ab uno antecessore, et postea diuiserunt descensum quelibet de parte sua separatim usque ad antecessorem suum[2].

Et Robertus uenit et defendit ius ipsarum et totum et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri, utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam [6]de ipsis Ricardo et Roysa uel ipsa Matillide an Ricardus et Roysa uel Matillis tenendi eam in dominico etc.[6]

477. [7]Rollandus de Acstede summonitus fuit ad respondendum Andree Bukerel quare cepit aueria ipsius Andree et iniuste detinuit contra uadium et plegium etc. unde idem Andreas queritur quod cepit de caruca sua vj. boues et illos detinuit

Surr.

[1] A. m. 25.

[2] The annotator is wrong in calling the demandants sisters; they are cousins. As to the method of pleading descent in such a case see Br. f. 373 b: fiat in narratione diuisio descensus.

[3] Supply *descendit ius terre illius.* But A agrees with the text.

[4] Corr. *Ricardo*, A.

[5] *suo*, A.

[6-6] *de ipsis Matillide Ricardo et Roysa uel ipsi Matillis Ricardus et Roysa tenendi eam in dominico*, A. The variance of the note-book from the roll is due to the annotator having attempted to emend a badly copied passage.

[7] A. m. 26.

per ix. septimanas contra uadium et plegium per quam capcionem deterioratus est et dampnum habet ad etc. eo quod non potuit terram illam excolere tempore oportuno.

Detentio et Captio aueriorum.

Nota quod cognouit captionem que iusta fuit pro arreragiis seruicii sui et defendit iniustam detentionem contra uadium et plegium[2].

Idem Rollandus athachiatus fuit ad respondendum eidem Andree quare non permisit eum metere blada sua de una uirg. terre cum pert. in Acstede nec terram illam excolere desicut terra illa remansit eidem Andree per finem factum in curia Dom. Regis apud Westmonasterium inter Odonem de Croberst[1] et predictum Andream et unde idem Andreas queritur quod non permisit eum metere xl. acr. auene nec auenam illam colligere per quod impedimentum dampnum habet etc. et inde producit sectam.

Et Rollandus uenit et defendit iniustam capcionem et detencionem contra uadium et plegium et dampnum et totum et bene cognoscit quod aueria illa cepit et iuste quia illa cepit propter arreragia seruicii debiti de eadem terra et unde dicit quod quidam Stephanus de Croherst[3] tenuit de eo terram illam et reddidit ei inde iiij. sol. per ann. et ij. sol. ad scutagium quando scutagium eueniret scil. ij. sol. ad ij. marc. et ad plus plus et ad minus minus et alia seruicia et unde idem Andreas debet ei facere seruicium illud, quia habet terram illam cum onere[4] et bene defendit contra ipsum et sectam suam quod ipsa aueria non detinuit contra uadium et plegium, et dicit quod ipse Andreas fuit in seisina de eadem terra x. ann. et eo amplius scil. in guerra[5], et dicit quod distrinxit feodum suum per aueria in eo inuenta. Et Andreas bene defendit quod nulla ei debet areragia alicuius seruicii quia dicit quod ipse non habuit seisinam de eadem terra nisi tantum ad festum Natiuit. S. Joh. Bapt. anno elapso et de tempore quo ipse illam tenuit reddidit ei seruicium quod ad terram illam pertinet scil. iiij. sol. et bene defendit quod plus seruicium non debet et dicit quod usque ad diem quo finis factus fuit inter ipsum et Odonem de Croherst fuit idem Odo in seisina ita quod anno illo terram illam excoluit et bene

[1] *Croherst*, A.

[2] See Bracton, f. 156 ff.; I do not think that he discusses the questions raised in this interesting case.

[3] Altered from *Croberst* by annotator. *Croherst*, A.

[4] *honere*, A. The annotator has erased the *h* in the note-book.

[5] The war of 1215—6.

dicit quod Stephanus non fecit plus seruicium quam iiij. sol. et si distrinxit eum pro arreragiis seruicii de temporibus predictorum Stephani et Odonis hoc fecit iniuste. [1]Dampna ponuntur in respectum quousque lex fiat quia dixit quod habuit dampna per capcionem.[1]

Et Rollandus cognoscit quod idem Odo excoluit terram illam anno predicto set non per eum[2] set ipse[3] hoc ei[4] permisit sub dissimulacione et non aliter etc. Et Rollandus requisitus de tempore cuius et pro arreragiis cuius distrinxit ipsum | Andream dicit quod pro arreragiis seruicii predic- [68 b.] torum Stephani et Odonis quia temporibus ipsorum iacuit terra illa quasi deserta et derelicta et nemo ei respondit de seruicio nec prius aliquid inuenit super terram illam per quod potuit districcionem facere pro seruicio suo. Et satis cognoscit quod predictus Odo fuit in seisina de eadem terra usque ad predictum finem factum inter ipsum et predictum Andream.

Nota quod non debet quis distringi pro seruicio de tempore alterius.

Et quia predictus Rollandus cognouit quod idem Odo fuit in seisina usque ad festum S. Johannis anno elapso ita quod excoluit terram illam seminauit et messuit ita quod sufficienter potuit distringere eum pro arreragiis de tempore patris sui et suo et quod pro arreragiis de temporibus ipsorum Stephani et Odonis distrinxit predictum Andream et quia pro seruicio ipsius Andree quod a retro fuit et exiguum de tempore ipsius Andree cepit ipse tantum namii Consideratum est quod de tempore Stephani et Odonis cepit ipse aueria ipsius Andree iniuste et quod contra legem terre distrinxit ipsum Andream pro tam paruo seruicio per tantum namii et ideo Rollandus in misericordia et Andreas satisfaciat Rollando de arreragiis de tempore suo.

Item quod non debet facere magnas districtiones pro minimo seruicio.

Et quia defendit detencionem contra uadium et plegium uadiat legem se xij^{ma} manu et ueniat cum lege[5] etc. et si tunc deficiat in lege facienda satisfaciat Andree de x. marc. pro dampnis suis.

[1–1] A postscript added on the roll at very foot of m. 26. It is followed by *In dorso rotuli plus de hac loquela.* The case is resumed at the top of m. 26 d.

[2] Roland.

[3] Andrew.

[4] Odo.

[5] Easter five weeks, A.

[1]Et quia breue loquitur de una uirgata et non continetur in cirographo quod finis non[2] fuit factus nisi de dimidia uirgata, Consideratum est quod Rollandus inde sine die et Andreas in misericordia et perquirat se per aliud breue si uoluerit.

478. Suff. [3]Ricardus de Tudenham athachiatus fuit ad respondendum Reinero de Tudenham quare non tenet finem inter eos factum coram iusticiariis apud Westmonasterium tempore H. Regis etc. de dim. caruc. terre cum pert. in Tudenham etc. et unde cirographum etc., et unde Reinerus queritur quod predictus Ricardus contra finem illum dimisit Roberto Wygge et fratribus suis xij. acr. terre cum pert. et alnetum quoddam et quandam turbaram et sex. solid. redditus cum pert. in Cretinge et eciam cuidam Roberto le Tayllur circiter j. acr. prati et ipsemet adhuc tenet redditum xiij. den. et dicit quod omnia ista fecit post finem illum per cirographum quod factum fuit a die etc. et unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam x. sol.

Et Ricardus uenit et bene concedit et cognoscit finem illum et cirographum et in nullo erit contra finem illum et reddit ei totum redditum quem ipse tenet in uilla illa et dicit quod antequam finis factus esset inter eos non habuit ipse terram illam nec alnetum nec turberam in manu sua immo illa prius dimiserat eidem Roberto Wigge et fratribus suis scilicet ad festum S. Mich. ante finem illum usque ad x. annos sequentes completos et eciam predicto Roberto le Taillur pratum illud, et inde ponit se super patriam. Et Reinerus similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti quod habere faciat predicto Reinero plenariam seisinam de tota terra et redditu cum pert. que idem Ricardus tenuit in Crettinge die quo hec concordia facta fuit scil. a predicto die S. Mich. etc. et diligenter inquirat si predictus Ricardus dimisit eisdem Roberto Wigge et fratribus suis predictas xij. acras terre alnetum et turberam et predictum redditum et eidem Roberto le Taillur predictum pratum post pre-

[1] What follows refers to the writ *Quare non permisit*. Andrew had replevied his beasts and also brought an action to be quieted in his possession.

[2] Sic, A, which has the double *non*.

[3] A. m. 32.

dictum terminum uel ante, et eciam si predictus Ricardus aliquem feoffauit de aliquo quod tangat finem illum post finem factum uel non quia tam[1] etc. et inquisicionem uenire faciat etc. per literas etc. et per duos etc.

479. [2]Ricardus filius Mosse et[3] alii summoniti fuerunt ad respondendum Willelmo Wymer quare ipsi iurauerunt et iurare fecerunt homines de Stafford quod de cetero nullam sectam facerent ad molendina sua de Staffordia contra pacem Dom. Regis et quare clamare fecerunt contra pacem etc. in foro de Staffordia nomine Dom. Regis quod si quis sectam faceret ad molendina ipsius Willelmi predicta, omnia catalla ipsorum ad opus Dom. Regis caperent et nichilominus corpora sua in prisona detruderent etc. et sectam producunt[4] set minus sufficientem[5]. Stafford. Nota quod deficiente secta sufficienti uel si nulla sit omnino, quod inculpati recedunt quieti.

Et Ricardus et omnes alii ueniunt et bene defendunt quod nunquam contra pacem Dom. Regis iurare fecerunt[6] nec clamari fecerunt ne predicta secta fieret et totum defendunt.

Et quia predictus Willelmus nullam sectam producit que sufficiat quod ita sit sicut ipse dicit Consideratum est quod Ricardus et alii inde sine die et Willelmus in misericordia. Et Willelmus habeat breue uicecomiti Staffordie quod non obstante clam' si qua[7] facta fuit quin omnes qui uoluerint sequantur ad predicta molendina.

480. [8]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam ad ecclesiam de Elkeduna que uacat, cuius aduocacionem Hugo filius Radulfi clamat ad se pertinere racione terre et heredis Agnetis filie Radulfi in manu sua existentis uersus Priorem de Bridlingtona, qui uenit per attornatum suum et cognouit quod Robertus de Muschaump auus predicte Agnetis presentauit ultimam personam ad eandem ecclesiam scilicet Willelmum de Muschaunt Archidiaconum Derebye qui ultimo inde obiit persona, set post illam presentacionem dedit idem Robertus Dereby.

[1] Because both parties have put themselves on an inquest.
[2] A. m. 30 d.
[3] Thirteen, A.
[4] A also has *producunt*.
[5] No further particulars in A.
[6] *iurare fecerunt* altered into *iurauerunt*, A.
[7] Sic, A.
[8] A. m. 28 d.

[69.] deo et ecclesie S. | Marie de Bridlingtona et canonicis ibidem deo seruientibus ecclesiam illam cum omnibus pert. suis per animam[1] etc. per cartam suam quam profert et que hoc testatur. Et ideo etc.[2]

DE TERMINO S. HILLARII ANNO REGNI REGIS QUINTODECIMO. XV^MO[3].

481. Kent. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Dittona, que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Willelmus de Shoffordia clamat uersus Priorem de Ledyes[4]. Qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia aduocacio predicte ecclesie ad ipsum pertinet per finem factum in curia H. Regis aui inter canonicos de Ledues et Hamonem filium Willelmi auum istius Willelmi cuius heres ipse est per cirographum quod profert et quod testatur quod post mortem duorum clericorum remanere debuit aduocacio illa predictis canonicis. Dicit eciam quod ipse presentauit quendam Gilebertum de Ifeuldia clericum ad ecclesiam illam et inde profert cartam Gileberti quondam Roffensis Episcopi[5] que testatur quod ad presentacionem ipsius Prioris et conuentus de Ledues admisit predictum Gilebertum de Ifeuldia clericum ad eandem ecclesiam. Profert eciam literas patentes predicti Willelmi de Shoffordia directas Roffensi Episcopo et protestantes quod ipse nichil iuris clamauit in aduocacione predicta.

Et Willelmus uenit et non dedicit finem nec cirographum[6] predicti Episcopi de admissione nec literas suas patentes set

[1] *per aīa.* Corr. *pro anima.*

[2] Bracton, f. 250, cites from this term an assize of darrein presentment touching the church of Eltdene in Derbyshire, to prove that when one of the litigants is an infant the parties must to prevent lapse agree on some clerk. Instead of *Et ideo etc.* A has the following *Et quia predictus heres est infra etatem ipsi eligant de communi consensu clericum idoneum et eum Episcopo presentent saluo iure cuiuslibet ipsorum et heredum predicte Agnetis cum ad etatem peruenerint.* It is plain therefore that Bracton knew of this case more than is in the note-book.

[3] Two copyists are at work, the one relieving the other at short intervals.

[4] Leeds in Kent. Monast. vol. 6, p. 215.

[5] Gilbert de Glanvil, 1185—1214.

[6] Supply *nec cartam* (?).

dicit quod incertus est si finis factus fuit uel non. Et ideo Consideratum est quod Prior recuperauit presentacionem suam ad eandem ecclesiam et habeat breue ad Episcopum Roffensem quod non obstante etc. et Willelmus in misericordia.

Nota quod pro dubia responsione retinet alius uel recuperat.

482 Decanus et Capitulum S. Pauli Londonie petunt uersus Terricum de Aldegate quod faciat eis consuetudines et recta seruicia que eis facere debet de libero tenemento quod de eis tenet in Wappinges ut in redditibus arreragiis et aliis etc., et unde ipsi Decanus et Capitulum queruntur quod eis a retro sunt v. marce de redditu unius molendini super Tamisiam etc., et preterea quod ipse permisit molendinum illud decidere et quod obstruxit fossatum molendini illius et quod asportauit ferramentum et lapides illius molendini ita quod deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam xl. marc. quia pro defectu illius oportet eos alibi ire ad magnam iacturam ipsorum et hoc offerunt etc. Midd.

Et Terricus uenit et defendit uim et iniuriam et dampnum et totum et uerum uult dicere quod ipse reuera habet de concessione Decani et Capituli S. Pauli Londonie per cartam ipsorum sedem cuiusdam molendini que sedes uocatur Wappinges, ubi ipse fieri fecit quoddam molendinum de quo molendino ipse et heredes sui debent singulis annis v. marc. ad terminos statutos eisdem Decano et Capitulo, et ipsi Decanus et Capitulum per cartam suam concesserunt quod facient sectam ad molendinum illud de blado communis pistrini ipsorum moliendo, et unde ipse dicit quod ipsi Decanus et Capitulum non fecerunt sectam ad molendinum illud et quod subtraxerunt molturam propter quod non potest redditum illud reddere et si aliquid de redditu illo a retro sit hoc stat per eos et non per ipsum. Preterea dicit[1] ministri ipsorum Decani et Capituli ferramentum asportauerunt illius molendini et quod ipsi fregerunt molam inferiorem et quod ita sit offert etc.

Et Decanus et Capitulum dicunt quod non stat per eos quia continetur in carta quam ipse Terricus profert quod quamdiu idem Terricus eis bene et fideliter seruiret in blado

[1] Supply *quod.*

ipsorum moliendo quod ipsi sectam facerent ad molendinum illud et quod ipse molturam haberet secundum quod predictum est et si male eis deseruiuerit quod libere tunc irent ad alia molendina ubicumque uellent et quia ipse male et minus fideliter eis seruiuit et sepius inde conuictus fuit ideo non fecerunt secundum predictam conuencionem sectam et unde dicunt quod hoc non stat per eos et bene defendunt quod nullum ferramentum asportauerunt nec lapidem fregerunt secundum quod predictum est.

Concordati sunt et habent cirographum.

483. Norhampt. Margeria que fuit uxor Nicholai de Normanuilla per attornatum suum petit uersus Petrum filium Petri de Irecestria unam acram prati cum pert. in Irecestria ut ius suum et in quam non habet ingressum nisi per predictum Nicholaum uirum suum cui ipsa in uita sua etc. ita quod ipse Petrus se essoniauit de malo lecti etc. et essonium non iacuit, quia breue loquebatur de ingressu [1], ita quod per defaltam suam preceptum fuit uicecomiti quod caperet pratum illud in manum Dom. Regis et uicecomes mandauit quod pratum captum fuit in manum Dom. Regis die etc. et pratum nunquam postea petitum fuit per pleuinam. Post uenit Robertus le Sauuage et dicit quod ipse est in seisina de predicto [69 b.] prato et fuit | antequam summonitus esset Petrus et inde ponit se super patriam.

Cum facta fuerit alienatio mutandi iudicii causa etc. refert utrum ante summonitionem uel post [2].

Et Margeria per attornatum suum dicit quod postquam summonitus fuit idem Petrus fuit ipse in seisina de prato illo et postquam se essoniauit. Et ideo inquiratur per sacramentum xij. si ita sit et si ita fuerit sicut ipsa dicit tunc recuperet ipsa seisinam suam per defaltam quam ipse Petrus nunc fecit, et si non tunc perquirat sibi Margeria uersus predictum Robertum et interim etc. et ueniat inquisicio etc.

484. Norf. Willelmus filius Petri optulit se iiij[to] die uersus Bartholomeum de Aldeford, Galfridum *Cnud*, Ricardum filium Jowette, Alanum Cole et Rogerum Muschat de roberia et pace infracta unde eos apellat etc. Et ipsi non uenerunt etc. Et

[1] See Br. f. 344 b. Fitz. *Essone*, 191.

[2] So Br. f. 432 b. The state of the possession at the time of the summons, not at the date of the writ, decides whether non-tenure can be pleaded.

uicecomes mandauit quod non fuerunt inuenti et ideo preceptum est uicecomiti quod distringat Galfridum *Cnud* et Bartholomeum de Alrefordia quia testatum est quod habent terram per terras et catalla quod sint a die etc. et alios athachiet si inuenti fuerint et si non fuerint inuenti tunc faciat eos exigi de comitatu in comitatum donec utlagentur. **Nota quod appellati de pace et roberia nisi inueniantur si se subtraxerint ita quod attachiari possint, exigantur ad utlagandum.**

485. Henricus Gub*iun* athachiatus fuit ad respondendum Willelmo de Eldingtona et Margerie uxori eius quare fecit uastum et exilium de terris domibus et boscis et hominibus que habet in custodia cum Margeria Matillide et Isabella et Johanna filiabus et heredibus Willelmi de Merstuna quondam uiri ipsius Margerie ad exhereditacionem ipsarum etc., et unde ipsi Willelmus et Margeria queruntur quod predictus Henricus destruccionem et uastum fecit in bosco de Burstowe uendendo et dando circiter lx. quercus, et preterea quod dedit Thome homini Abbatis S. Albani duas acr. prati et ipse inde fecit terram arabilem, et preterea destruxit uillanos per talliagia et alias occasiones et exacciones, et preterea quod ipse prostrauit quandam cameram et marremium totum asportari fecit ad terram suam de Jerdelegha in comitatu Norhamptone et inde producit sectam etc. **Hertford.** **Si quis uastum fecerit in terra quam habet in custodia cum herede aliquo[1].**

Et Henricus uenit et defendit contra ipsum et sectam suam totum de uerbo in uerbum et dicit quod nullum fecit uastum uel destruccionem. Et ideo preceptum est uicecomiti quod assumptis secum xij. liberos legales[2] etc. in propria persona sua accedat apud Burstowe et per sacramentum ipsorum diligenter inquirat quod uastum et quod exilium predictus Henricus fecit in terris domibus boscis et hominibus et unde predicti Willelmus et Margeria dicunt quod ipse dedit et uendidit de bosco et quod dedit pratum et feoffauit homines et quod tenentes destruxit et domos asportauit, et inquisicionem scire faciat etc. per duos et per literas etc.

486. Radulfus de Freschenuilla athachiatus fuit ad warentizandum Fratri Roberto[3] Magistro Militie Templi in Anglia **Dereby.**

[1] Br. f 316 b. Fitz. *Wast*, 181.
[2] Sic.
[3] Robert de Sandford.

tres bouat. terre in Watercroft et Legha Suckethorn Holeweie et Wakebrigia quas tenet et de eo tenere clamat et unde cartam Huberti filii Radulfi aui ipsius Radulfi habet etc.

Nota. Quod si quis impetrauerit breue de warantia carte uersus aliquem postquam illam alteri dederit tenendam de eo non ualet, propter uerba, scilicet, Quam tenet[1].

Et Radulfus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia quidam Robertus de Anuilers tenet terram illam libere et in feodo et non predictus Magister, et desicut continetur in breui quod ipse Magister eam tenet non uult respondere nisi curia considerauerit.

Post uenit Magister et petit licenciam recedendi de breui suo et habet et ideo inde sine die.

487. Suff.

Johanna de Bosco per attornatum suum petit uersus Radulfum de Bray j. caruc. terre cum pert. in Gaifle ut ius suum et in quam non habet ingressum nisi per Aliciam matrem ipsius Johanne cuius heres ipsa est, que illam non habuit nisi ad uitam suam tantum etc. eo quod terra illa data fuit in maritagium Willelmo de Bosco cum predicta Alicia et heredibus de ipso Willelmo et Alicia exeuntibus, et quia predicta Johanna exiit de predictis Willelmo et Alicia, ideo petit terram illam ut ius suum, et quod ita fuit data producit sectam.

Quod maritagium remanere debet uiro per legem Anglie, sicut ipsa hereditas, si data fuerit uiro et uxori et heredibus ipsius uxoris, siue heredes fuerint propinqui uel remoti, si autem ipsis et heredibus de ipsis uiro et uxore exeuntibus tunc secundus uir uel tercius uel quartus nichil capient per legem Anglie, quia pueri sui heredes esse non poterunt nec propinqui nec remoti set sunt omnimodo extranei.

Et Radulfus per attornatum suum uenit et dicit quod terra illa fuit hereditas ipsius Alicie [matris ipsius Johanne] uxoris sue et siue fuerit hereditas siue maritagium ipsius Alicie terra illa ei remanere debet tota uita sua secundum legem et consuetudinem regni ea racione quod habuit puerum de predicta Alicia uxore sua. Et bene defendit quod terra nunquam ita data fuit ipsis Willelmo et Alicie et heredibus de ipsis exeuntibus sicut ipsa Johanna dicit contra ipsam et sectam suam [set ipsis Willelmo et Alicie et heredibus ipsius Alicie].

Et Johanna per attornatum suum offert se ponere super patriam uel super sectam suam quod terra ita ei data fuit [scil. ipsis Willelmo et Alicie et heredibus de ipsis exeuntibus].

[1] Br. f. 399. The writ of warrantia cartae lies only for a tenant in possession. The Master should claim the land against Robert. The collector during this part of his work seems to have been on the outlook for cases of warrantia cartae. Fitz. *Garraunt de Chartres*, 25.

[1]Precipe Radulfo de Bray quod iuste et[2] reddat Johanne de Bosco tantam terram cum pert. in tali uilla quam clamat esse ius et hereditatem ipsius Johanne et in quam non habet ingressum nisi per Aliciam matrem ipsius Johanne cuius heres ipsa est, que illam non habuit nisi ad uitam suam tantum eo quod terra illa data fuit in maritagium Willelmo de Bosco cum predicta Alicia et heredibus de ipso Willelmo et Alicie exeuntibus ut dicit, et si non fecerit etc. ¶ uel ita si dominus capitalis donator terram petit tanquam eschaetam, Quam clamat ut ius et eschaetam suam et in quam non habet ingressum nisi per Aliciam quondam uxorem suam et que illam non tenuit nisi ad uitam suam tantum eo quod terra illa data fuit in maritagium cuidam Roberto[3] cum predicta Alicia et heredibus de ipsis Roberto et Alicia exeuntibus, et qui nullum habuerunt heredem talem et que ad ipsum reuerti debet tanquam eschaeta sua pro defectu heredum ut dicit et nisi fecerit etc.

488. Petrus de Danes' petit uersus Priorissam de Etona[4] aduocacionem capelle S. Petri de Allestorpe ut ius suum unde quidam Hugo Wac fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui Dom. Regis ita quod presentauit quendam Herbertum le Pouere ad eandem ecclesiam et qui ad presentacionem suam fuit admissus et qui cepit inde expleta ad ualenciam etc. ut in oblacionibus decimis et aliis et idem Hugo postmodum dedit terram illam de Alestorpe Thome de Danes' patri istius Petri cum aduocacione predicte capelle et cum omnibus aliis pertinenciis suis et de | predicto Thoma descendit ius ipsius aduocacionis isti Petro ut filio et heredi et quod predictus Hugo[5] et quod tale sit ius suum offert. Rotul. [70.]

Et Priorissa per attornatum suum uenit et dicit quod non debet ei respondere et petit iudicium desicut idem Thomas

[1] The words in the above case printed within [ ] are interpolated by the annotator, who seems to have thought it an important precedent. At the foot of the page he gives the following writs. The doctrine of the marginal note is just Bracton's, f. 437 b, 438. The second husband has curtesy not only of the wife's inheritance but also of her maritagium, if there is no special limitation to the heirs of the first marriage. This is so whether any heirs of the first marriage are alive or no. But the point was disputable. Segrave held that the second husband has no curtesy if there is issue of the first marriage to take the maritagium. Seemingly both Bracton and the annotator thought otherwise. If however there is a special limitation then the husband is not entitled for the children of the second marriage (as both Bracton and the annotator say), *heredes esse non poterunt propinqui nec remoti.* The two hypothetical writs here given are designed for cases in which there is a special limitation in favour of issue by the first husband.

[2] Supply *sine dilatione.*

[3] This is an imaginary writ and Robert an imaginary first husband.

[4] Nuneaton.

[5] Supply *ita fuit seisitus.*

Nota quod non ualet, ubi quis petit seisinam de seisina eius a quo nichil ei descendere potuit, ut si dicat de dono talis et ubi deficit descensus[1].

nec aliquis antecessorum suorum fuit seisitus de eadem aduocacione ita quod ad capellam illam presentarent et desicut petit aduocacionem illius capelle de seisina predicti Hugonis de quo nichil descendit ad ipsum nec ad antecessores suos iure hereditario nec descendere potuit nisi de dono.

Et Petrus non potuit hoc dedicere et ideo Consideratum est quod Priorissa inde sine die et Petrus in misericordia.

489. London. Robertus le Curteys de Londonia queritur quod Rogerus le Duc Maior Londonie et Ricardus filius Walteri et Ada de Auners uenerunt die Sabbati proxima post festum S. Hillarii ad domum suam et preceperunt quod Bartholomeus filius suus ueniret ad domum Maioris et ostenderet ibidem quem ingressum idem Robertus haberet in quodam introitu ad domum suam in Londonia et ipse Bartholomeus ibidem uenit ad preceptum ipsorum et eis respondit quod noluit respondere nec debuit de libero tenemento suo sine precepto Dom. Regis etc. et ipsi super hoc nichilominus per uim et iniuste fecerunt eidem Ade habere introitum in quoddam solarium[2] ubi prius introitum habere non consueuit nisi per duos solidos quos inde aliquando persoluit et quod hostium fecit ad solarium suum ubi hostium habere non debuit.

Et Maior et alii salua libertate ciuitatis Londonie dicunt quod reuera predictus Ada habuit introitum in quoddam solarium suum in Londonia xl. annis elapsis et eo amplius antequam idem Robertus aliquid haberet prope solarium illud et cum idem Ada uellet ingredi solarium suum prohibitus fuit ab ipso Roberto et a suis qui cum armis resistebant quod ingredi non potuit unde idem Ada questus fuit primo uic'[3] et postea maiori Londonie et ipsi summoneri fecerunt predictum Robertum quod ueniret ad domum maioris et inde responderet et ipse misit ibidem Bartholomeum filium suum qui dixit quod de libero tenemento suo respondere noluit sine precepto Dom. Regis, et quia idem Adam per tantum tempus fuit in seisina de predicto introitu requisitus[4] fuit ab eodem

[1] So Br. f. 376. The demandant must declare on his own seisin or on the seisin of some ancestor, he cannot declare on the seisin of a donor or convey title to himself otherwise than by descent. See Co. Lit. 293 a.

[2] An upper chamber.

[3] *uicecomiti* or *uicecomitibus*.

[4] Corr. *requisitum*.

Bartholomeo quod ostenderet [1] uel aliqua munimenta per que ostendere posset et docere quod idem Ada nullum ius haberet in predicto introitu, et ipse nullas cartas nec munimenta ostendit unde ipsi per consideracionem tocius Hustengi adiudicauerunt ipsi Ade seisinam suam.

Et quia predicti Robertus et Bartholomeus cognoscunt quod habent liberum introitum in domum ipsorum sine impedimento quod aliquis opponat et nichil dicunt quare idem Ada introitum habere non debeat, nec cartam ostendunt, nec ponere se uolunt super patriam Consideratum est quod Ada remaneat in seisina sua et alii in misericordia pro stulta querela.

490. Alicia que fuit uxor Willelmi de Wadingefeuldia apellat Warinum filium Hugonis Robertum fratrem suum et Walterum filium Roberti de morte Willelmi uiri sui. Norf.

Et Thomas [2] Norwicensis Episcopus mandauit iusticiariis per literas suas patentes quod clerici sunt et mittit pro se suppriorem de Cippele [3] et petit eos sicut clericos et liberati sunt Episcopo sicut clerici ut coram eo in accusacione mulieris procedatur. Et sciendum quod ipsi inplacitauerunt predictam Aliciam in curia cristianitatis per literas Dom. Pape, set inuenerunt plegium qui manucepit pro eis quod decetero non sequentur placitum illud.

491. Willelmus Attewell' pro se et Emma uxore eius cuius loco ponitur petit uersus Radulfum le Hert terciam partem duarum parcium j. uirg. terre cum pert. in Cipham et uersus Reginaldum le Hert et Amiciam uxorem eius terciam partem tercie partis j. uirg. terre cum pert. in eadem uilla ut dotem ipsius Emme etc. Buck.

Et Reginaldus et Radulfus ueniunt et uocant inde ad warantum Nicholaum filium Roberti de Wanetinge, habeant eum a die etc. Et dictum est eisdem Willelmo et Emme quod habeant eum ad predictum terminum quia habent eum in custodia cum terra sua.

Mulier dotem petiit et tenens uocauit ad warantum heredem eius, scil. uiri mulieris, qui fuit in custodia eorum et ideo dictum fuit quod ipsi producerent heredem ad alium diem quia illum habuerunt in custodia sua [4].

[1] Supply *cartas*.
[2] Blunville.
[3] Chipley Priory in Suffolk.
[4] In an action for dower by wife and second husband the tenant vouches the heir of the first husband who is in the custody of the wife and second husband. They must produce him.

492. Leic. H. Episcopus[1] Lincolniensis per attornatos suos optulit se iiij^to. die uersus Margeriam Comitissam Wintonie de placito quod faciat consuetudines et[2] seruicia que facere debet de tenemento quod de eo tenet in Cinctentona etc. Et Comitissa non uenit et habuit diem per essoniatorem suum.

Nota per tales qui se faciunt attornatos. Et Rogerus de Ware et Willelmus filius Ade qui se faciunt attornatos Comitisse per iiij. milites missos ad predictam Comitissam ueniunt, et milites non uenerunt set Petrus de Goldingtona se essoniauit, et ideo uicecomes habeat corpora militum a die etc. et Petrus habet eundem diem per essoniatorem suum ad testificandum etc.

493. Midd. Willelmus filius Thurstani petit uersus Decanum et Capitulum S. Pauli Londonie unam uirg. terre et v. acr. terre cum pert. in Suttona ut ius suum in quas non habent ingressum nisi per Magistrum Philippum de Haddam qui [70 b.] iniuste et sine iudicio | et post ult' etc. inde disseisiuit eundem Willelmum ita quod assisa noue disseisine et uisus terre etc.

Et Decanus et Capitulum ueniunt et dicunt quod non debent ei respondere quia reuera finis factus fuit in curia Dom. Regis inter Decanum et Capitulum S. Pauli, Londonie et Geruasium de Bramfordia et Aliciam uxorem eius tenentes de eadem terra per cirographum[3] et quod testatur quod post mortem uniuscuiusque ipsorum debuit terra illa remanere Decano et Capitulo et ecclesie S. Pauli et ipsi iam mortui sunt et ipsi per eos seisinam et ingressum habent et per predictum finem, et bene defendunt quod nullum habent ingressum per predictum Magistrum Philippum, et desicut continetur in breui quod habent ingressum in terram illam per ipsum Magistrum Philippum et non habent nisi per ipsos Geruasium et Matillidem[4] et per finem illum nolunt respondere nisi curia considerauerit. Et ideo Consideratum est quod Decanus et Capitulum inde sine die et Willelmus in misericordia et perquirat sibi per breue de recto si uoluerit.

494. Ebor. Radulfus de Neouilla Simon de Cockefeuldia et Isabella uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum Gileberto de

[1] Hugh of Wells.
[2] *et* repeated.
[3] Supply *quod proferunt* (?).
[4] Corr. *Aliciam* (?).

Gaunt quare tenent quoddam mercatum in Fineslegha ad nocumentum ipsius Gileberti in Hundemauneby et unde dicit quod ipsi tenent illud mercatum[1] quod Brianus leuauit per licenciam Dom. Regis usque ad etatem Dom. Regis.

Et Robertus et alii ueniunt et petunt iudicium si debeant ei respondere desicut ipsi nullum mercatum leuauerunt et desicut nichil ostendit de aliquo nocumento nec de aliquo dampno quod idem Gilebertus habeat et desicut nullam producit sectam ad dictum suum probandum nisi simplicem uocem suam, et ideo nolunt respondere nisi curia considerauerit. Et desicut attornatus Gileberti nullam sectam producit nec loquitur de aliquo dampno nec nocumento, Consideratum est quod Radulfus et alii inde sine die et Gilebertus in misericordia. Nota de querela ad nocumentum set nichil ostendit de aliquo dampno nec sectam producit et ideo nichil[2].

495. Hamon de Gattona summonitus fuit ad warentizandum Johanni de Gattona ix. marcatas redditus cum pert. in Borstal quas tenet et de eo tenere clamat et unde cartam Roberti patris[3] similiter et unde queritur quod idem Hamon distringit Robertum de Clottingeham tenentem ipsius Johannis ad reddendum ei[4] predictas ix. marcatas redditus quas ei[5] reddere debuit. Et Hamon uenit et dicit quod non debet ei warentizare per cartas illas quia pater suus nunquam redditum illum ei dedit quia ipse obiit seisitus de centum sol. contentis in cartis illis et xx. sol. emit idem Hamon post mortem predicti Roberti patris sui et preterea dicit quod idem Johannes nunquam fuit in seisina de predicto redditu per cartas illas nec alio modo. Kent.

Et Johannes uenit et dicit quod in uita predicti Roberti patris sui[6] fuit ipse[7] in seisina de predicto redditu et quod Hamon frater suus[8] illam postea confirmauit et quod in ligia potestate patris fuit ipse in seisina de eodem redditu, et inde ponit se super patriam et testes in carta nominatos. Nota ualet placitum de warantia carte, ubi nemo tenentem inplacitat[9].

[1] Perhaps there is here an omission. The places seem to be Filey and Hunmanby.

[2] Br. f. 235 b. The new market does no injury if it does no damage; non iniuriosum quia non damnosum.

[3] Some words have dropped out. The plaintiff has deeds of the defendant's father and brother.

[4] Hamon.

[5] John.

[6] Robert father of Hamon.

[7] John.

[8] Hamon brother of Hamon the defendant.

[9] So Br. f. 399. The warantia cartae lies when the tenant non implacitatur sed vexatur.

Et Hamon similiter. Post uenit et dedicit omnes cartas et sigilla.

Et quia Johannes est in seisina de predicto redditu et predictus Robertus de Glotinham cognoscit quod facit ei seruicium, et nemo inplacitat ipsum Johannem, ideo remaneat Johannes in seisina qua nunc est et Hamon perquirat sibi uersus eum per legem terre si uoluerit.

496. Suhamton. Robertus Waggehastr' attachiatus fuit ad respondendum Wakelino filio Ernulphi quare non tenet ei finem factum in curia Dom. Regis J. patris Dom. Regis inter predictum Robertum petentem et Alienoram matrem ipsius Wakelini cuius heres ipse est tenentem de dimid. uirg. terre cum pert. in Andeuere unde cyrographum etc. et unde idem Wakelinus queritur quod post mortem Ernaldi patris sui qui predictam Alienoram habuit in uxorem uenit idem Robertus cum ui sua et intrusit se in terram illam et blada inde asportauit ad ualenciam x. marc. contra finem illum desicut terra illa remanere debuit eidem Ernaldo et Alienore et heredibus ipsius Alienore per finem illum, et quod ita uenit contra finem illum deterioratus est et dampnum habet etc. et inde producit sectam.

Et Robertus uenit et bene cognoscit finem et cirographum set credidit quod terra illa fuit ius et hereditas sua et quod bene se potuit ponere in terram illam et hoc fecit per consilium et auxilium uicecomitis. Et ideo Consideratum est quod Wakelinus recuperauit seisinam suam per finem illum et Robertus custodiatur[1].

497. Essex. Johannes de Littelebiria per attornatum petit uersus Warinum de Litlebiria quod faciat ei seruicia et consuetudines quas ei facere debet de libero tenemento quod de eo tenet in Cesterford et unde idem Johannes queritur quod cum de eo tenere debeat xl. acr. terre in escambium cuiusdam molendini et j. uirg. et xj. acr. terre cum pert. in Cesterfordia que idem Johannes ei warentizauit et que amisit[2], et de predictis xl. acr. ei reddere deberet per annum iiij. marc. idem Warinus

[1] Imprisonment for breach of a fine.

[2] John's case is:—I warranted you a virgate and eleven acres which were recovered against us by some third person. In exchange I gave forty acres for which you were to pay rent. You have not paid the rent.

non reddidit ei iam sex annis elapsis predictum redditum ita quod ei a retro sunt xxiiij. marc.

Et Warinus uenit et bene cognoscit quod predicte xl. acr. terre cum pert. ei assignate fuerunt in escambium predicti molendini et j. uirg. et xj. acr. tenende quiete et sine aliquo seruicio donec predictum molendinum et j. uirg. terre et xj. | acr. ei deliberarentur, et inde ponit se super patriam. Et [71.] Johannes similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus pleg'[1] corone in pleno comitatu conuenire faciat xij. de uisneto Cestrefordie per quos rei ueritas melius sciri poterit et per eorum sacramentum etc. si predictus Johannes dedit eidem Warino predictas xl. acras terre in escambium predicti molendini et predicte uirg. et xj. acr. terre reddendo inde per annum iiij. marc., uel si illam ei dedit in escambium quiete et sine seruicio donec predictum molendinum et terra predicta ei deliberaretur, et inquisicionem scire faciat a die etc. euidenter per literas et per duos etc.

498. Willelmus filius Roberti athachiatus fuit ad respondendum Leic. Thurstano de Bisshete quare trahit eum in placitum in comitatu per breue de recto de una uirg. terre cum pert. in Olstorpe que nuper remansit ei coram iusticiariis apud Westmonasterium per consideracionem eiusdem curie et unde loquela fuit ibi terminata etc.

Et Willelmus uenit et cognouit quod traxit eum in placitum in comitatu de predicta terra et quod terra remansit eidem Thurstano. Et ideo Thurstanus teneat in pace et Willelmus committatur gaole.

499. Ailwynus Amisius Martinus et Walterus de Gecham[2] Kent. petunt uersus Mauricium de la Legha iiij. acr. terre cum pert. in Yecham ut ius ipsorum et in quas non habet ingressum nisi per quandam Brictiuam antecessistrem[3] ipsorum Ailwyni et aliorum etc.

Et Mauricius uenit et dicit quod non debet ei inde respondere quia ipse non tenet totam terram illam nisi tantum tres acr. et dim. et quedam femina que uocatur Aylina tenet inde dim. acr. Et Aylwinus et alii non

[1] Corr. *placitorum*. [2] (?) Ickham. [3] Sic.

potuerunt hoc dedicere, et ideo Mauricius inde sine die et Ailwynus et alii in misericordia.

Idem Ailwynus et alii petunt uersus Bartholomeum filium Eilnolf et uersus Rogerum filium Eilnod unam acr. terre cum pert. in eadem uilla ut ius ipsorum et in quam non habent ingressum nisi per predictum Eilnolf patrem ipsorum cui predicta Brictiua terram illam dimisit ad terminum qui preteriit.

Et Bartholomeus et Rogerus ueniunt et defendunt talem ingressum et dicunt quod habent ingressum ut[1] ius et hereditatem que eis descendit de Ainofo patre ipsorum cui predicta Brictiua terram illam dedit et eum inde feoffauit et defendunt ius ipsorum precise et ponunt se in magnam assisam Dom. Regis[2] et petunt recognicionem fieri utrum ipsi maius ius habeant in terra illa an predicti Ailwinus et alii, et Ailwinus et alii dant dim. marc. pro habenda assisa illa etc.

Nota quod cadit breue de ingressu ubi nichil ostendit de ingressu nec sectam producit, et quia excedit tempus assise mortis antecessoris[3].

Idem Ailwinus et alii per eadem uerba et per eundem ingressum petunt uersus Ricardum filium Ingeron' terciam partem iiij. acr. terre cum pert. in eadem uilla et uersus Stephanum filium Engelron' terciam partem iiij. acr. terre cum pert. in eadem uilla ut ius ipsorum et in quas non habent ingressum nisi per predictum Eilnof cui eadem Brictiua etc. Set ipsi nichil ostendunt de tali ingressu nec sectam producunt et Brictiua obiit tempore Regis Ricardi, et ideo Consideratum est quod Ricardus et Stephanus inde sine die et Ailwinus et alii in misericordia.

500. Norf. Matillis que fuit uxor Hamonis de Techewella petiit uersus Thoman de Tichewella medietatem xvj. acr. terre cum pert. in Techeswella ut dotem suam ita quod responsum fuit quod non debuit dotem habere quia predictus Hamon uir suus nunquam fuit inde seisitus die quo eam desponsauit nec postea nunquam [[4] quod eam inde dotare posset, et] ita quod idem Thomas posuit se super inquissicionem etc. Et inqui-

[1] Supply *in* (?).

[2] As to a grand assize in a writ of entry see Br. f. 319.

[3] Br. f. 319, 320. The same time is limited for a writ of entry and a mort d'ancestor.

[4] Interpolated by annotator.

sicio uenit per Herlewinum de Techewella et alium[1] qui dicunt quod predictus Hamon non fuit seisitus de xvj. acr. immo seisitus fuit de xv. acr. terre ut de feodo. Et quia Thomas non proposuit ab inicio quod non tenuit nisi xv. set hoc fallaciter subticuit ut per fraudem inquisitores circumuenirentur, Consideratum est quod Matillis recuperauit seisinam suam de predicta medietate xv. acr. et Thomas in misericordia.

Nota quod tenens subticuit quod petens plus posuit in uisu quam tenuit ut defraudaret iur', et ideo amisit propter fraudem, ubi potuit ab inicio prostrauisse breue[2].

501. Rogerus Chaucy per attornatum suum optulit se iiij[to]. die uersus Robertum de G*imun*deham de placito quo waranto tenet sex acras terre cum pert. in Skerpenbeck que sunt de baronia Dom. Regis quam idem Rogerus tenet de Dom. Rege in capite. Et Robertus non uenit etc. et plures fecit defaltas, ideo mandatum est uicecomiti quod distringat eum per terras et catalla quod sit etc. **Ebor.**

502. Agnes que fuit uxor Nicholai filii Willelmi petit uersus Willelmum filium Odonis terciam partem duarum bouat. et sex acr. terre in Brunmanestuna ut dotem suam unde predictus Nicholaus eam dotauit per assensum et uoluntatem predicti Willelmi patris ipsius Nicholai uiri sui etc. et inde profert cartam ipsius Willelmi que hoc testatur. **Dereby.**

Et Willelmus uenit et dicit quod non debet inde dotem habere quia predictus Nicholaus uiuit. Et ipsa dicit quod | [71 b.] mortuus est. Et quia incertum est utrum uiuat uel non ipsa recuperat dotem suam sub ea condicione si Nicholaus uir suus uiuus sit et redeat quod Willelmus rehabeat seisinam suam, et si non redeat nec uiuat tunc remaneat ei terra illa tota uita sua nomine dotis et habeat seisinam.

Filius dotauit uxorem suam per assensum patris et transtulit se ad aliam terram. Dictum fuit quod mortuus fuit. Uxor dotem petiit uersus patrem. Ipse respondit quod filius suus uiuus fuit. Recuperauit dotem sub tali condicione, quod si filius rediret quod restitueretur dos, si non, quod terra ei remaneret nomine dotis[3].

503. Willelmus Longespei[4] et Idonea uxor eius summoniti fuerunt ad warentizandum Oliuero de Ayncurt[5] et Nicholae uxori eius manerium de Dudingtona cum pert. quod tenent et de eis tenere clamant et unde cartam Nicholae de Haya **Norhampt.**

[1] The inquest is taken in the country and the verdict brought to Westminster by two jurors.

[2] I take it that Thomas by not pleading in abatement of the writ set a trap for the jurors, into which they would have fallen had they declared the demandant entitled to sixteen acres. Thus they might have made a false oath.

[3] This case is cited by Bracton f. 302.

[4] Son of the late Earl of Salisbury.

[5] Badly written; but this seems the right name.

auie ipsius Idonee cuius heres ipsa est habent etc. unde queruntur quod Dom. Rex wlt capere manerium illud ut escaitam [1] terre Norm'.

Nota quod non remanet loquela de hereditate uxoris pro minori etate uiri, set procedit non obstante etate. De Willelmo Lungespeye et Ydonea uxore eius[2].

Et Willelmus et Idonea per Alanum Paganum positum loco ipsius Idonee ad lucrandum etc. ueniunt et dicunt quod non possunt ad cartam ipsius Nicholae respondere, desicut idem Willelmus est infra etatem, et petit etatem suam.

Et Oliuerus et Nicholaa dicunt quod Idonea uxor ipsius Willelmi que est heres Nicholae de Haya, et cui hereditas deuoluta est, est plene etatis, et petunt iudicium si debeat exspectari etas ipsius Willelmi. Post uenit Willelmus et salua etate sua dicit quod predicta terra non est eschaeta Dom. Regis nec esse debet quasi de terris Normannorum quia tempore Regis Ricardi antequam Normannia esset perdita facta fuit quedam finalis concordia in curia Dom. Regis apud Cadamum[3] inter filias et heredes Ricardi de la Haya, scil. Gerardum de Kaunuilla et Nicholaam uxorem eius Ricardum de Humaz et Juliam uxorem eius et Willelmum de Rullos et Isabellam uxorem eius de omnibus terris que habent in Anglia[4] remanserunt per concordiam predictis Gerardo de Kaunuilla et Nicholae uxori eius, et alie terre in Normannia remanserunt predictis Ricardo et Julie Willelmo et Isabelle diuidenda[5] inter eos et inde profert quoddam cirographum quod sigillatum est sigillis predictorum Ricardi et Julie Willelmi et Isabelle cuius cirographi transcriptum athachiatum est in fine istius rotuli[6], et bene dicit quod per concordiam illam fuit[7] predictus Gerardus et Nicholaa in seisina de eadem terra in Anglia omnibus diebus uite ipsorum et[8] de parte sua que eos contingebat de predicta hereditate et ipsi in seisina sunt eadem racione et unde dicit quod terra illa nunquam fuit eschaeta ut de terris Normannorum quia concordia illa facta fuit tempore Regis Ricardi ad minus per

Etas.

[1] A space is left. The king claims the land as that of one of the Normans who forfeited their English estates in John's day.

[2] This case is cited by Bracton f. 423, to prove this point. See also the case de W. Lungesper f. 422 b.

[3] Caen in Normandy.

[4] Probably some words have dropped out; but it was part of this family arrangement that Gerard and his wife should have the English lands.

[5] Sic.

[6] The plea roll whence these excerpts were made.

[7] Sic.

[8] Corr. *ut*.

duos annos ante mortem Regis Ricardi[1] et postea semper et maxime quando Normannia perdita fuit et inde ponit se super patriam. Et quesitus[2] si Dom. Rex fuit inde in seisina dicit quod tempore Regis Ricardi per aliquod tempus et tempore Regis Johannis, et quando Normannia perdita fuit fuit[3] ipse Gerardus et Nicholaa in seisina et postquam Normannia perdita fuit, set postea quando Dom. Rex cepit in manum suam terram Romanorum[4] cepit ipse terram illam in manum suam set simplici seisina et postea quando sciuit ueritatem reddidit ipsis terram illam. Et petunt[5] quod Dom. Rex faciat inde inquisicionem si uoluerit set Oliuerus petit quod non sit disseisitus nisi per iudicium.

Datus est eis dies etc. Et sciendum quod Willelmus Brito uenit coram iusticiariis ex parte Dom. Regis ut *dicitur* et dixit quod inuentum est in rotulo de scaccario quod tempore H. Regis qui nunc est fuit terra illa in manu Dom. Regis sicut escaeta sua ita quod uicecomes respondit ad scaccarium de exitibus duorum annorum, et postea Dom. Rex illam tradidit Dom. Nicholae de Haya ad uoluntatem suam. Et quia Dom. Rex uult quod unicuique iusticia exibeatur preceptum est uicecomiti quod coram W. de Ralegha et Willelmo de Insula conuenire faciat xij. tam milites quam alios de uiseneto de Dudingtona apud Dudingtonam etc. ad recognoscendum super sacramentum suum si Willelmus de Humaz anno et die quo Normannia perdita fuit, fuit in seisina de predicto manerio uel si Gerardus de Kaunuilla et Nicholaa uxor eius tunc fuerunt in seisina de predicto manerio et anno et[6] tempore Regis Ricardi et postea sicut de parte sua que eos contingebat de hereditate que fuit Ricardi de Haya patris ipsarum Nicholae Julie et Isabelle tam in Anglia quam in Normannia per finalem concordiam factam inter predictum Gerardum Nicholaam et participes suos.

504. Robertus de Hattona et alii summoniti fuerunt ad respon- Salop.

[1] Some words are wanting to the effect that Gerard of Camvill and his wife were seised in the time of Richard.

[2] William Longsword.

[3] Sic.

[4] Corr. *Normannorum*. As to the seizure of this manor see Rot. Cl. vol. I. p. 79, entry 1.

[5] William Longsword and Idonea.

[6] For *et anno et* read *et ante scilicet*. See Case 564 where the jurors give their verdict.

dendum Imberto Priori de Wenloc[1] quare non faciunt ei
De secta ad molendinum. sectam ad molendinum suum de Suttona quam idem Prior ab eis exigit etc., et unde idem Prior queritur quod cum ipsi et antecessores sui debeant sectam facere ad predictum molendinum et sectam fecerunt et cum ipse Prior et antecessores sui in seisina essent de secta illa ipsi Robertus et alii sectam illam non fecerunt iam tribus annis elapsis ita quod molendinum illud iam decidit et factum est omnino inutile unde deterioratus est et dampnum habet etc. et inde producit sectam.

Et Robertus et alii ueniunt et dicunt quod non debent ei respondere quia idem Prior nullum molendinum habet in Suttona immo molendinum illud est cuiusdam Ricardi filii Thome qui illud recuperauit simul cum quadam terra coram iusticiariis itinerantibus per assisam mortis antecessoris. Et qui Ricardus presens est et hoc idem dicit. Et eciam Prior hoc idem cognoscit et eciam dicit quod nullum
[72.] aliud molendinum habet in Suttona. Et | ideo Robertus et alii inde sine die et Prior in misericordia, et quia predictus Ricardus cognoscit et queritur quod nondum habet seisinam suam de predicto molendino et dimid. uirg. quam recuperauit coram iusticiariis itinerantibus, preceptum est quod habeat seisinam suam et similiter Prior in misericordia quia per tantum tempus ei detinuit et deforciauit seisinam suam.

505. Stafford. Rogerus de Monte Alto per attornatum suum petit uersus Willelmum de Vernun' quod reddat ei custodiam terre et heredis Rogeri de Monte Alto de Ebbefordia que ad eum pertinet eo quod idem Rogerus de Monte Alto de Ellefordia[2] tenuit de predicto Rogero de Monte Alto de Mawerdin[3] per
De custodia 'hered'. seruicium militare etc., et unde ipse dicit quod fuit in seisina de custodia predicte terre et heredis per xv. dies post mortem ipsius Rogeri de Monte Alto de Ellefordia donec idem Willelmus ipsum inde disseisiuit.

Et Willelmus uenit et dicit quod non habet custodiam predicte terre et heredis nec aliquid clamat in custodia illa,

[1] Monast. vol. 5, p. 72.
[2] Elford in Staffordshire.
[3] Hawarden(?). See Roberts, *Calend. Geneal.* p. 247. This case is Fitz. *Garde*, 143.

et bene dicit quod ipse non habet potestatem de herede illo producendo uel habendo, quia heres ille est in custodia Comitis Cestrie et nunquam uenit in Angliam[1] extra potestatem et terram ipsius Comitis nec unquam exiuit a loco ubi nutritus fuit, et bene dicit quod nunquam uidit heredem illum.

Et Rogerus dicit quod die quo breue fuit inpetratum et quando idem Willelmus summonitus fuit et eciam quando se essoniauit post summonicionem fuit idem Willelmus in seisina de terra illa et postea terram illam tradidit cuidam Fulconi, et dicit quod Philippus de Oreby habuit custodiam predicti heredis et post mortem predicti Philippi uenit idem Willelmus et commisit heredem illum cuidam Prioratui Cestr' Monialium donec Comes Cestrie precipiat inde uoluntatem suam et inde producit sectam.

506. Gilebertus Passelewe athachiatus fuit ad respondendum Heruee de Stanho quare non aquietat eum de seruicio quod Galfridus de Say ab eo exigit de tenemento quod de predicto Gileberto tenet in Creck et unde idem Gilebertus qui medius est inter eos eum aquietare debet etc. et unde idem Herueus queritur quod predictus Galfridus eum distringit ad reddend' ei x. lib. pro releuio de morte Simonis Passelewe fratris ipsius Gileberti cuius heres ipse est et preterea quod pro defectu ipsius distringitur ad reddend' xl. sol. ad faciendum filium suum primogenitum etc.[3], desicut idem Gilebertus eum inde aquietare debet, et per districcionem illam deterioratus est et dampnum habet etc. et inde producit sectam. Norf. De medio[2].

Et Gilebertus uenit et bene cognoscit quod debet eum aquietare et nescit si districtus esset nec Herueus ei scire fecit quod districtus esset uel non et libenter eum aquietabit. Et Herueus dicit quod pro defectu ipsius reddidit ipse de bursa sua xl. sol. et inde producit sectam. Et ideo Gilebertus ei satisfaciat de predictis xl. sol. Et Gilebertus inuenit pleg'[4] quod aquietabit ipsum Herueum uersus capitalem dominum de predictis x. libr. et sub hac condicione quod

[1] *Angl.'* It seems as if the Palatinate was hardly considered part of England.

[2] A writ of *mesne*, brought against the mesne lord by a tenant who has been distrained by the chief lord.

[3] An aid for knighting the eldest son.

[4] *plegium* or *plegios*.

nisi eum aquietauerit infra Pascha quod de terris et de catallis ipsorum[1] ubicumque fuerint fiant denarii illi et soluantur capitali domino, et per eandem pleuinam manucapit quod nisi predicti x. sol. persoluantur eidem Herueo infra etc. quod simili modo fiant denarii illi de terris et catallis ipsorum[2] secundum quod predictum est [3]fiant dicti denarii et eidem Herueo persoluantur[3].

507. Hereford. Margeria filia Osberti per attornatum suum petit uersus Margeriam que fuit uxor Osberti de Duningtona xx. acr. terre et dimid. et terciam partem j. molendini cum pert. in Duningtona, et uersus Ricardum Pauncefot xij. acr. terre cum pert. in eadem uilla, et uersus Mauricium Underdun' iij. acr. terre cum pert. in eadem uilla, et uersus plures alios plures terras et redditus ut ius suum etc. unde ipsa fuit in seisina tempore Regis Ricardi ut de feodo et iure, capiendo etc.

Et Margeria[4] et Ricardus et omnes alii ueniunt et uocant inde ad warantum Petrum filium Osberti qui presens est et omnibus warentizauit et defendit ius ipsius Margerie et totum et dicit quod ipse terram illam habet ut filius et heres Osberti patris sui et ut illam que ei descendit iure hereditario et unde pater suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Regis Stephani et toto tempore Regis Henrici aui et temporibus Regis Ricardi et tempore Regis Johannis fere usque ad mortem Regis Johannis et unde obiit seisitus tempore Regis J.

Et Margeria[5] dicit quod terra illa data fuit in maritagium cum ea cuidam Petro de Parco qui terram illam tenuit quamdiu uixit in maritagium cum ea et post mortem ipsius Petri nubsit[6] ipsa cuidam Willelmo filio Osberti qui similiter terram illam tenuit set tempore senectutis ipsius Osberti patris sui reuera uenit idem Osbertus et de gracia receptus fuit in terram illam et illam exhib...[7] et ibidem obiit et non aliter.

1 2 Sic. The lands and goods of Gilbert and of his surety or sureties.

3–3 Perhaps these words are dislocated.

4 Tenant.

5 Demandant.

6 Sic.

7 The word looks like *exhibinuerit; exhibeo* may mean to support, to supply with necessaries; probably Osbert was received as a guest, but the copyist did not understand the passage.

Et quia Margeria nichil ostendit de feffamento nisi simplicem uocem suam, et quia idem Petrus extitit in seisina per multum tempus, Consideratum est quod Petrus inde sine die et teneat in pace et Margeria in misericordia.

508. Robertus filius Willelmi et Johannes frater suus per attornatum suum optulerunt se iiij^to^. die uersus Thomam Testepin de placito | quod reddat eis ij. acr. terre cum pert. in Sproutona quas clamant esse racionabilem partem suam que eos contingit de libero tenemento quod fuit Willelmi de Bramfordia patris ipsorum in eadem uilla. Et Thomas non uenit etc. et summonitus etc. Judicium terra capiatur in manum Dom. Regis etc. et dies etc. et ipse summoneatur quod sit etc. Et sciendum quod Willelmus filius Willelmi et Simon frater eius participes non sequuntur et ideo excipitur pars ipsorum in peticione [1]. Suff. [72 b.]

509. Imbertus Prior de Wenloc [2] optulit se iiij^to^. die uersus Willelmum Haket et Margeriam uxorem eius de placito diuisarum inter terram ipsius Prioris in Stoke et terram ipsorum Walteri et Margerie in Wathulla etc. Et Walterus et Margeria non uenerunt etc. set se essoniauerunt de malo lecti et essonium non fuit eis allocatum. Et ideo athachientur quod sint etc. Postea uenerunt Walterus et Margeria et po' [3] etc. Sallop.

Preceptum fuit uicecomiti quod faceret esse racionabiles diuisas inter terram ipsius Prioris in Tykewarthin et Hortona, et terram Roberti de Hattona in Hortona sicut esse debent et solent etc., et unde idem Prior queritur quod predictus Robertus attrahit ad feodum suum v. acr. terre unde quidam Robertus Prior antecessor suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Regis Ricardi capiendo inde etc. Sallop. Nota quod in placito de rationabilibus diuisis non iacet essonium de malo lecti antequam terra fuerit specificata, set attachiamentum [4].

Et Robertus uenit et petit uisum, habeat in aduentu iusticiariorum et interim etc.

[1] Br. f. 429.
[2] Monast. vol. 5, p. 72.
[3] Probably *ponunt loco suo*. They appoint an attorney.
[4] See Br. 344 b. There is no essoin de malo lecti until there is a claim for specific land. When the land is specified the claim becomes like to a writ of right and there may be duel, grand assize and essoin de malo lecti. So until there is a claim for specific land mesne process is personal, viz. by attachment, for no land can be seized. Fitz. *Essone*, 192.

510. Robertus de Cherletona et Cecilia uxor eius Baldewinus
Buck. de Whitewurthe et Lucia uxor eius petunt uersus Nicholaum filium Johannis duas partes dimid. hide et dimid. uirgate terre cum pert. in Weduna et Bridelestir ut racionabilem partem suam que eos contingit de hereditate que fuit Simonis de Liteletona aui ipsius Nicholai et patris ipsarum Cecilie et Lucie in eisdem uillis etc.

Nota quod in placito de proparte sororum, iacet uisus terre, quia partes cognoscunt quod pater eorum non obiit seisitus[1].

Et Nicholaus uenit et petit inde uisum et habet quia alii cognoscunt quod pater ipsorum non obiit seisitus. Datus est eis dies etc. et interim etc.[2]

511. Robertus de Kullinges optulit se iiij^to^. die uersus Abbatem
Suff. S. Eadmundi de placito quod recordari faceret in curia sua loquelam que fuit in eadem curia sua inter eundem Robertum apellantem et Willelmum Mauueysin et Willelmum filium eius Walterum Mauueisin et quosdam alios apellatos de plagis et pace Dom. Regis infracta unde eos apellauit et unde idem Robertus queritur sibi falsum factum fuisse iudicium in eadem curia eo quod cum predicti apellati posuissent se super patriam in eadem curia et per patriam recessissent quieti de apello illo, idem Abbas exigebat ab eodem Roberto xl. sol. et j. den. nomine recreauntise[3] tanquam ipse conuictus esset in campo, et quod recordum illud haberet etc. per iiij. milites etc., et quod diligenter inquireret qui fuerunt illi xij. qui iurauerunt et falsum sacramentum fecerunt de pace infracta et illos haberet ad predictum diem ad respondendum quo waranto illud sacramentum fecerunt sine precepto Dom. Regis uel iusticiariorum suorum, etc. Et Abbas nichil inde fecit, nec iiij. milites uenerunt cum recordo. Et ideo sicut prius fiat recordum et illud sit a die etc. per iiij. milites de comitatu qui pro curia Abbatis et pro Abbate audiant iudicium suum de hoc quod recordum non fecerunt nec illud habuerunt etc. Et sciendum quod xij. non uenerunt nec uicecomes misit nomina ipsorum. Et ideo sicut prius inquiratur et illos habeat ad predictum terminum ad respondendum etc.

Post uenit Robertus et retraxit se uersus Abbatem ideo

[1] See Br. 376 b. There would be no view in a Nuper Obiit.

[2] This case is Fitz. *View*, 174.

[3] The fine of the recreant.

ipse et plegii sui de prosequendo in misericordia, querantur plegii et Robertus custodiatur [1].

512. Willelmus de Siffrewall' optulit se iiij^to. die uersus Hugonem de Bath', Robertum de Auners, Willelmum Wace et Nicholaum de Chansy iusticiarios assignatos ad assisam mortis antecessoris capiendam inter Ricardum de Hertrug' petentem et Priorem de Bradelega [2] tenentem de una uirg. terre cum pert. in Hamstede quod essent ad faciendum recordum illius assise sicut coram eis capta fuit et unde idem Willelmus de Siffrewall' queritur quod iniuste disseisitus est de una uirg. terre cum pert. in Hamstede eadem occasione quod idem Priorem uocauit ipsum ad warantum de predicta uirg. terre uersus predictum Ricardum desicut idem Willelmus nunquam warentizauit eidem Priori terram illam nec ei warentizare debuit etc. Berck.

Postea uenerunt Hugo Robertus et alii et recordantur quod cum assisa mortis antecessoris summonita esset coram eis per preceptum Dom. Regis inter Ricardum de Hertrugg' petentem et Priorem de Bradelega tenentem de una uirg. terre cum pert. in Hamstede, idem Prior uenit in eadem curia coram eis et uocauit inde ad warantum predictum Willelmum de Sufrewall' et qui uenit per summonicionem et ei warentizauit et concessit assisam, et capta fuit assisa, et iuratores dixerunt quod Alina filia Aluredi de cuius morte idem Ricardus tulit assisam illam, fuit seisita in dominico suo ut de feodo de predicta terra cum pert. die etc. et post terminum, et quod predictus Ricardus fuit propinquior heres, unde Consideratum fuit quod predictus Ricardus recuperauit seisinam suam et quod Prior haberet escambium ad ualenciam de terra ipsius Willelmi de Siffrewall' etc. |

Et Willelmus dicit quod in parte bene recordantur in parte autem non, quia cum ipse summonitus esset ad warentizandum et per summonicionem ueniret coram eis dixit quod warentizare non debuit ad hoc quod teneretur ad escambium [73.]

De waranto uocato qui licet ad warantiam *tenebatur* tamen non tenebatur ad escambium propter incumbramentum quod fecerat suus feoffatus [3].

[1] Nevertheless further proceedings are taken which will be found below in Case 591.

[2] Bradley in Leicestershire. Monast. vol. 6, p. 493.

[3] This case is cited by Bracton f. 391 b. If my feoffee incumbers the tenement I am not bound to compensate him; my warranty does not extend to his acts.

faciendum, quia bene cognouit cartam quam Prior ostendit de feoffamento, set dixit quod ex quo Prior aliis terram illam dedit et illam incumbrauit illam warentizare non debuit contra illos quos Prior et antecessores sui feoffauerunt. Et iusticiarii dicunt quod nichil inde dixit. Et quia iuratores dixerunt quod predictus Ricardus de Hertrugg' fuit propinquior heres et ipsa Alina de cuius morte assisa aramiata fuit habuit quamdam filiam Alinam nomine qui unum filium habuit Thomam Treuet nomine qui adhuc uiuit et predicta Alina de cuius morte assisa prolata fuit non fuit nisi amita ipsius Ricardi qui tulit assisam et preterea Alina filia Aline dum uixit quin[1] ei obiecta fuit bastardia quando terram illam petiit legitimacionem suam probauit, Preceptum est uicecomiti quod habeat coram iusticiariis a die etc. corpora omnium iuratorum ad audiendum iudicium suum, de hoc quod male iurauerunt, et uicecomes tunc habeat predictum Priorem ad respondendum quare cepit escambium predicte terre desicut ipse feoffauit predictam Alinam de cuius morte tulit assisam illam[2].

513. Oxon. [3]Preceptum est uicecomiti quod diligenter inquireret qui fuerunt in iuratis tempore Thome Basset ad instanciam ipsius Thome per duodecim legales homines et postea tempore Falcasii de Breaute[3] ad instanciam ipsius Falcasii uolentis conuincere predictos xij. per iuratam xxiiij. legalium hominum quas libertates idem Thomas et predecessores sui habuerunt et habere debuerunt in hundredo suo de Bolendena, et unde Ricardus Suward monstrauit Dom. Regi quod Robertus de Haya uicecomes ipsum et Philippam Comitissam Warwici uxorem eius[4] contra libertates predictas uexat et molestat. Set dicit quod non queritur set ut sciatur quas

[1] Sic, but perhaps it should be *quum*.

[2] More of this matter below in Case 611.

[3] The sheriff is directed to inquire who constituted a jury of twelve taken at the instance of Thomas Basset, and who an attaint-jury of twenty-four taken at the instance of Fawkes of Breaute, which juries had inquired as to the rights of Thomas Basset in the hundred of Bullingdon. Fawkes had been sheriff of Oxford after Basset. The question was what rights Basset had exercised as sheriff and what as owner of the hundred. Richard Siward the now plaintiff claims through the Bassets.

[4] See Mat. Par. Chron. Maj. vol. 3, p. 246. Apparently she was by birth a Basset.

libertates ipsa[1] et Philippa uxor eius habere debeant in predicto hundredo. Profert cartam[2] Dom. J. Regis que testatur quod Dom. J. Rex dedit et concessit Thome Basset pro homagio et seruicio suo totum manerium de Hedingdona cum pert. per seruicium feodi j. militis pro omni seruicio et pro xx. lib. annuatim reddendis ad duo scaccaria etc. quare uult[3] etc. quod predictus Thomas et heredes sui post eum habeant et teneant predictum manerium cum omnibus pert. suis bene et in pace etc. in omnibus etc. ad dictum manerium pertinentibus secundum quod predictum est etc. Teste etc. Postea facta est inquisicio per istos sine sacramento pro tempore legis[4] scilicet per Alexandrum de Cumba et alios[5] qui dicunt quod predictus Thomas Basset tenuit manerium de Hundingdona cum predicto hundredo de Bolendena et quodam alio hundredo de dono Dom. Regis J., et ipse aliquando fuit uicecomes et tunc nulla fuit contencio de libertatibus quia fecit quod uoluit de terris suis sicut uicecomes, et post eum quando comitatus fuit in manum Falcasii de Breaute et tempore quo Viuianus de Bray et Ricardus Foliot fuerunt uicecomites uenerunt ipsi Viuianus et Ricardus et uoluerunt intrare in predictum hundredum sicut alibi et predictus Thomas uenit et dixit quod non debuerunt etc. ita quod predictus Thomas perquisiuit quod quedam iurata capta fuit per xij. legales homines de libertatibus quas habere debuit in predicto hundredo et per iuratam illam recognitum fuit quod uicecomes tantum semel uenire debuit in anno ad predictum hundredum post festum S. Mich. ad faciendum uisum de franco plegio et ad faciend' atthachiamenta de placitis corone, et si aliqua amerciamenta inde prouenirent que ad uicecomitem pertinerent idem Thomas illa habuit et similiter omnia placita que ad uicecomitem pertinent et que uicecomes placitare posset idem Thomas placitauit, et hoc idem postmodum recognitum fuit per xxiiij. sine sacramento ad instanciam predicti Falcasii uolentis con-

[1] Corr. *ipse.*

[2] Rot. Cart. p. 109 b. Dated 2 Aug. 1203.

[3] The recital of the charter continues; Johannes Rex uult.

[4] Probably it is Lent and one may not swear.

[5] Whose names would be on the roll.

uincere predictos xij. de periurio. Et requisiti utrum predicte libertates pertineant ad predictum hundredum de aliqua concessione quam Dom. Rex fecit eidem Thome postquam ei dedit manerium illud uel si pertinerent ad predictum hundredum dum predictum manerium fuit in manu Dom. Regis dicunt quod quando manerium fuit in manu Dom. Regis ante donum quod inde fecit habuit manerium illud predictas libertates et eciam tempore quo terra illa fuit in manu Hugonis de Plugeneye, et dicunt quod post confeccionem carte de Runemede[1] uenerunt uicecomites bis in anno ad faciendum uisum de franco[2] et athachiamenta. Requisiti de iiij. militibus de quibus predictus Ricardus petit quod faciant recordum in comitatu pro tota uillata uel coram uicecomite ad turnos illos[3] dicunt quod nichil inde audiuerunt nisi tempore quo Thomas Basset fuit uicecomes.

514. Norhampt. Rotel. Quidam homo inuentus fuit occisus in aqua prope Staunfordiam et quidam dicebant quod ille fuit Rollandus filius Simonis de Linduna et super hoc uenerunt Willelmus de Ralegha et W. de Insula[4] et quia dictum fuit quod idem fuit Rollandus a quibusdam et a quibusdam non miserunt ad locum ubi ipse sepultus fuit Ricardum de Bernake coronatorem et plures alios et cum eisdem totam uillatam de Estuna et plures alias uillatas scil. quicquid est de feodo Abbatis de Burgo[5] ex parte australi uille de Estaunford[6] qui corpus illud fecerunt desepeliri et qui omnes simul bene dicunt quod ipse est Rollandus et hoc uident per multa signa, scil. per quandam uerucam in facie et per quandam plagam prope nasum et per pedes et tibias et per barbam. Et super hoc uenit quedam Emma que fuit amica sua et de qua idem Rollandus habuit puerum et dicit in ueritate quod ipse est Rollandus, et eciam quedam Alina que fuit soror ipsius Rollandi ex parte patris illud idem [78 b.] | dicit. Postea

De Rollando filio Symonis de Lindun' nequiter interfecto apud Lindon' prope Staunford' in domo fratris sui.

[1] The charter of 1217, art. 42, provided that the tourn should be held no more than twice a year. There was no similar clause in the charters of 1215 and 1216. So perhaps the jurors make a slight mistake.

[2] Supply *plegio*.

[3] Apparently it was part of Richard Siward's claim that his manor should be sufficiently represented in the county court and sheriff's tourn if four knights appeared.

[4] Probably as justices in eyre.

[5] Peterborough.

[6] Easton lies a little south of Stamford.

dictum est per uicinos quod idem Rollandus uenit die etc.. apud Estonam cum duobus aliis peregrinis et hospitati fuerunt sicut dicitur ad domum Dom. Alani Eston' fratris ipsius Rollandi et nunquam postea uisi fuerunt. Et dicitur a multis de patria quod idem Rollandus ibidem occisus fuit. Et ideo capti sunt Ricardus Ferrant seruiens ipsius Alani et Hobbe Wod et Rogerus Wyteri piscator et Willelmus Waytescath' *Simon* quidam et Auicia la Daye et Ricardus de Cretona seruiens persone qui uenit et dixit quod fuit de Cretona seruiens Rogeri de Coleuile qui dixit quod uenit ut inquireret rumores et postea cognouit quod fuit seruiens persone de Cretona et omnes ponunt se super patriam. Et Alanus persona frater ipsius Rollandi qui uenit ad mortuum cognouit ut dicitur quod ille mortuus fuit Rollandus frater suus set statim subtraxit se et noluit comparere unde suspectus est. Et predictus Ricardus Ferrant cognouit quod mutuauit pannos ad lectum in uilla de Estona set nescit ad cuius opus[1].

DE TERMINO PASCHE ANNO REGNI REGIS HENRICI QUINTODECIMO. XV^MO.

515. Assisa uenit recognitura quis aduocatus etc. presentauit etc. ad ecclesiam de Munketona que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Simon de Hautona et Sarra uxor eius clamant uersus Priorem S. Trinitatis Eboraci[2] et Willelmum Mansel, unde ipsi Simon et Sarra dicunt quod Gilebertus de Bringwurthe quondam uir ipsius Sarre presentauit quendam Willelmum de Thornoure qui ad presentacionem suam fuit admissus et ultimo obiit persona in eadem. Ebor.

Et Willelmus Maunsel dicit quod predictus Willelmus non fuit admissus ad presentacionem alicuius patroni set dicit quod Dom. Archiepiscopus contulit ecclesiam illam predicto Willelmo racione consilii[3] post lapsum vj. mensium,

[1] He borrowed bed-clothes but did not know for whose use they were.

[2] Monast. vol. 4, p. 680.

[3] The third Lateran Council.

et bene dicit quod ipse presentauit quendam Adam de Thornoure Archid'[1] qui ad presentacionem suam fuit admissus et ultimo obiit persona in eadem ante ipsum Willelmum ad presentacionem alicuius aduocati et inde petit assisam. Post uenit Willelmus le Maunsel et cognoscit quod nullam terram habet in uilla illa ad quam aduocacio illa pertinet set dicit quod perquisiuit breue ad terram perquirendam. Et ideo prius adquirat terram et postea agat de aduocacione.

Nota quod ille qui cognoscit quod terram non habet in uilla de qua petit aduocacionem set perquisiuit breue de terra perquirenda, nichil capere potest de aduocacione antequam terram recuperauerit[2].

Et Prior uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia quidam Philippus antecessor suus presentauit quendam Adam de Thornoure qui ad presentacionem suam fuit etc. et post mortem ipsius Ade presentauit Prior Robertus antecessor suus quendam Thomam de Dysey qui ad presentacionem etc. et persona institutus percipiendo inde annuam pensionem c. sol., et bene dicit quod predictus Willelmus de Thornoure nunquam fuit inde persona set fuit uicarius ad ordinacionem Archiepiscopi Eboracensis.

Et Simon et Sarra dicunt quod predictus Willelmus de Thornoure fuit inde persona et admissus ad totam ecclesiam ad presentacionem Gileberti primi uiri ipsius Sarre, et si postmodum non habuit inde nisi uicariam hoc fuit ad ordinacionem Archiepiscopi et non per consensum alicuius aduocati etc. Et quia Prior dicit quod antecessor suus presentauit ultimam personam, et Simon et Sarra dicunt quod antecessores sui personam presentauerunt, Consideratum est quod assisa procedat etc. uicecomes habeat corpora omnium recognitorum etc.

516. Deuon.

Assisa uenit recognitura quis aduocatus etc. presentauit etc. ad ecclesiam de Alfinctona ut dicitur, cuius aduocacionem Johannes de Neouilla clamat uersus Willelmum Priorem de Cuwyc[3], qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia quedam Hawisia de Curtenay presentauit quendam Henricum de Curtenay in ligia uiduitate sua qui ad presentacionem suam fuit etc. et in eadem obiit persona, et post-

[1] Perhaps it should be *Archiepiscopo.*

[2] See Br. f. 54 b. This note is by the occasional annotator.

[3] (?) Southwick, Hants, an Austin Priory. Monast. vol. 6, p. 243.

quam ipse Henricus ad presentacionem ipsius Hawisie ita fuit admissus dedit ipsa aduocacionem illius ecclesie deo et ecclesie de Cuwyk et monachis etc. per cartam suam quam profert et que testatur quod eadem Hawisia dedit predictis monachis predictam ecclesiam in puram etc., et unde ipse petit seisinam eandem quam ipsa Hawisia haberet si uiueret cum habeat idem ius.

Et Johannes per attornatum suum uenit et dicit quod Robertus de Curtenay quondam dominus feodi illius et qui dedit manerium de Alfinctona in maritagium cum filia sua ipsi Johanni cum pert. presentauit quendam Johannem de Curtenay qui ultimo fuit admissus persona ad eandem ecclesiam et qui eam nuper resignauit. Et attornatus Johannis requisitus si aliquid habeat de hoc uel de Episcopo uel de Archidiacono dicit quod non. Et super hoc misit Episcopus W. Exoniensis[1] iusticiariis literas suas patentes in quibus continetur quod post decessum Henrici de Curtenay quondam persone predicte ecclesie nullus ad personatum eiusdem ecclesie postea fuit ad presentacionem predicti Roberti de Curtenay siue alterius cuiuslibet in rectorem admissus, et unde dicit quod ipse post semenstre tempus contulit ecclesiam illam cuidam clerico.

Et quia iusticiarii recordantur quod alias placitum fuit de eadem aduocacione inter predictos Johannem et Robertum et quod idem Robertus concessit et recognouit eidem Johanni presentacionem suam ad predictam ecclesiam ut pertinentem ad manerium de Alfinctona | quod dedit in maritagium cum [74.] filia sua, Consideratum est quod Robertus summoneatur quod sit a die etc. ad warantizandum eidem Priori aduocacionem illam, cuius ecclesie presentacionem idem Robertus nuper concessit eidem Johanni unde idem Prior habet cartam Hawisie de Curtenay matris ipsius Roberti cuius heres ipse est et interim iurata remaneat.

517. [2]Hugo Gubun summonitus fuit ad respondendum Gileberto Northumb. filio Thome et Florie uxori eius de placito quod reddat eis decem lib. terre cum pert. in Norselegha, quas clamant esse

[1] William Brewer. [2] Fitz. *Briefe*, 878.

de racionabili dote ipsius Florie unde Willelmus Gubun quondam uir ipsius Florie eam dotauit et in quas idem Hugo non habet ingressum nisi per Hugonem de Neouilla patrem predicte Florie qui illas ei dimisit dum eadem Floria fuit infra etatem et in custodia sua etc.[1]

Et Hugo uenit et petit inde uisum, habeat etc. et interim etc.

518. Norhampt. Bed.

Katerina que fuit uxor Ricardi Gubun petit uersus Hugonem Gubun terciam partem j. mesuagii[2] xx. sol. redditus cum pert. in Norhamptona et terciam partem duarum caruc. terre cum pert. exceptis ix. acr. et dimid. et ix. solidatas et iiij. den. et terciam partem j. molendini in suburbio Norhamptone et dimid. uirg. terre cum pert. in Herlestuna et duas uirg. terre et dimid. et terciam partem octies uiginti et x. acr. terre cum pert. in Hortona in comitatu Norhamptone et terciam partem trium caruc. terre cum pert. in Hegham et terciam partem j. caruc. terre et dimid. cum pert. in Stredlegha in comitatu Bedefordie, quam terram clamat esse de racionabili dote sua unde predictus Ricardus quondam uir suus filius et heres Ricardi Gubun eam dotauit de uoluntate et assensu ipsius Ricardi Gubun patris sui etc., et quod ita fuit dotata et per assensum profert sectam etc.

Mulier dotem petens sectam produxit quod fuit dotata de tercia parte per totum, et heres warantus de dote respondit quod fuit dotata nominatim et in certo loco set nullam sectam produxit, set posuit se super patriam, et quia ipsa sectam habuit et heres nullam set quod uoluit se ponere super patriam ipsa recuperauit et heres in misericordia[3].

Et Hugo uenit et bene defendit contra ipsam et sectam suam quod non fuit ita dotata, immo dotata fuit de quinquaginta libratis terre quas idem Ricardus tenuit die quo eandem Katerinam desponsauit, et inde ponit se super patriam, et quod non fuit ita dotata sicut ipsa dicit offert defendere sicut curia considerauerit, set nullam sectam producit. Et quia predictus Hugo nullam sectam producit quod aliter dotata fuit quam de predictis terciis partibus et per assensum etc., Consideratum est quod Katerina recuperauit seisinam suam de terciis partibus quas petiit et Hugo in misericordia.

519. Oxon.

Assisa uenit recognitura quis aduocatus etc. presentauit

[1] Apparently Floria became a widow while still an infant and her father became guardian of her dower.

[2] Supply *et*.

[3] By the usual annotator. So Br. f. 304 b. We are constantly reminded that a party cannot always put himself on his country for matter of fact.

etc. ad ecclesiam de Lingestana[1] que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Dom. Rex clamat uersus Radulfum de Kareuilla et Willelmum de Oseuilla, qui ueniunt et dicunt quod terra illa ad quam aduocacio illa pertinet fuit cuiusdam Radulfi Martel et quando Normanni non fuerunt ad pacem Dom. Regis fuit medietas illius terre in manu Dom. Regis, et ipse Dom. Rex et[2] hac racione per assensum Willelmi de Osewilla qui habuit aliam medietatem illius terre presentauit Willelmum de Cauz ad eandem ecclesiam et qui ad presentacionem suam fuit admissus Post uenit predictus Radulfus Martel in Angliam et Dom. Rex ei reddidit terram illam et ipse eam dedit Willelmo fratri suo qui eam postmodum forisfecit apud Bedefordiam[3] et quando ipsa terra fuerat in manu Dom. Regis per j. annum et j. diem reddidit ipse Dom. Rex terram illam predicto Radulfo de Kareuilla ut dotem uxoris ipsius Radulfi. Et Willelmus de Oseuilla hoc idem cognoscit etc. Et super hoc uenit Ranulfus Brito et dicit quod Dom. Rex non tradidit ipsi Radulfo nisi custodiam ipsius terre et ad uoluntatem suam et ideo petit seisinam Dom. Regis. Et ideo iurata remaneat. Postea compertum est in rotul'[4] de scaccario quod predictus Radulfus non habet medietatem predicte terre nisi ad uoluntatem Dom. Regis et ideo Consideratum est quod Dom. Rex habeat presentacionem suam ad dictam ecclesiam et Radulfus in misericordia et Rex habeat breue ad Episcopum Lincolniensem.

520. Alanus Basset optulit se iiij^to die uersus Adam filium Wandef de placito quod teneat ei finem factum quantum in eo est inter burgenses de Wycumba et ipsum Alanum de uexacionibus et iniuriis quas idem Alanus fecit eisdem burgensibus ut dixerunt contra libertates quas ipsi burgenses dicebant se habere ex dono antecessorum Dom. Regis unde cirographum etc. Et Ada non uenit et uicecomes mandauit quod ipse Ada est manens in libertate de Wallingfordia et quod ipse mandauit custodi illius honoris quod illum Buck.

[1] Lillingstone (?)
[2] Om. *et* (?)
[3] *Bed'*. He was concerned in the rebellion of Fawkes of Breaute and hanged at Bedford in 1224. Mat. Par. Chron. Maj. vol. 3, p. 89.
[4] *rotulo* or *rotulis*. See Rot. Cl. vol. 2, p. 16 b, a grant during the king's pleasure dated 14 Feb. 1225.

athachiaret et ipse nichil inde fecit. Et ideo preceptum est uicecomiti quod non omittat propter libertatem quin athachiet eum quod sit etc. quia alium diem etc.

521. Deuon. Nota quod omnes participes debent nominari siue uelint sequi siue non[1]. Robertus Foliot et Ricardus de Hiduna per attornatum suum optulerunt se iiij[to] die uersus Johelem de Valle Torta et Galfridum de Barringtona de placito quod sequerentur simul cum eis uersus Eadmundum de Tudenham de placito terre de Stauntona etc. Et ipsi non uenerunt etc. et summoniti fuerunt. Et ideo Robertus et Ricardus sequantur uersus predictum Eadmundum de parte sua non obstante eo quod ipsi non secuntur[2] | [74 b.]

522. Noting. Matillis filia Petri petit uersus Jowettam filiam Rogeri xxiiij. acr. terre cum pert. in Cneshale[3] ut ius suum et Joweta fecit defaltam postquam habuit diem in banco et postquam posuit se in quandam inquisicionem, et unde consideratum fuit ad alium diem quod terra caperetur in manum Dom. Regis pro defalta sua et quod summoneretur quod esset ad hunc diem auditura iudicium suum. Et Joweta uenit et non potest sanare defaltam et ideo Consideratum est quod Matillis recuperauit seisinam suam per defaltam et Joweta in misericordia et queratur inquisicio[4].

523. Cauntebr. Assisa uenit recognitura quis aduocatus etc. presentauit etc. ad ecclesiam S. Michaelis de Cauntebrigia que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Johannes filius Isaunti clamat uersus Walterum filium Absolonis, qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia quidam Iuo Pipestran presentauit quendam Willelmum filium Absolonis ad eandem etc. et qui ad presentacionem suam fuit admissus et ultimo obiit persona in eadem, et idem Iuo obiit sine herede de corpore suo et habuit iiij. sorores scil. Aliciam primogenitam auiam predicti Johannis qui clamat, et aliam Deram nomine secundogenitam matrem ipsius Walteri, et terciam Matillidem, et quartam Albredam nomine, que ambe obierunt sine herede de se, et mortuo predicto Iuone dederunt predicte Alicia

[1] By the occasional annotator. See Br. f. 430. One may call on one's parceners to join in an action for recovery of the land.

[2] Sic. By *ipsi* are meant Joel and Geoffrey.

[3] Kneesall.

[4] Perhaps the inquest has been taken by default and a search is now to be made for the record of it.

primogenita et Dera[1] totum ius quod habuerunt in aduocacione predicte ecclesie Magistro Willelmo filio Absolonis fratri istius Walteri cuius heres ipse est per cartas earum quas profert et que hoc testantur, et petit iudicium si super hoc debeat eidem Johanni respondere.

Error aperte.

Et Johannes qui est infra etatem bene concedit quod predictus Iuo habuit iiij. sorores et quod et[2] que obierunt sine herede de se, set nichil ostendit quod tota aduocacio pertinere debeat ad ipsum. Et ideo quia est infra etatem et non potest respondere ad cartas nec ostendit aliquid quod tota aduocacio pertineat ad ipsum, Consideratum est quod consenciant in clericum et illum Episcopo presentent, et cum Johannes ad etatem peruenerit respondeat ad cartas, et nisi uelit consentire Consideratum est quod non respondeatur ad breue quia ostendere non potest nec ostendit quod tota aduocacio ad ipsum pertineat.

Johannes nichil habuit quia Walterus habet de successione Willelmi fratris sui cui dicte Alicia et Dera mater ipsorum Walteri et Willelmi dederunt predictam aduocacionem per cartam totum ius etc.[3]

524. Jurata xxiiij. ad conuincendum xij. uenit recognitura si Ranulfus Brito et Ernaldus de Thureuilla iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Martinum Abbatem de Massendena[4] de libero tenemento suo in Chaffunte post ult'. Et unde ipsi Ranulfus et Ernaldus[5] queruntur quod xij. iuratores qui prius iurauerunt falsum fecerunt sacramentum. Et Abbas dicit quod predictus Ranulfus adhuc ei deforciat vij. sol. redditus quos ipse tunc recuperauit per assisam illam [et petit iudicium si debeat ad iur' respondere antequam plene seisinam sicut illam recuperauit[7]].

Buck.

Exceptio contra attinctam quod plenam non habet seisinam sicut recuperauit[6].

Juratores dicunt quod predicti Ranulfus et Ernaldus iniuste et sine iudicio disseisiuerunt eundem Abbatem de cultura que uocatur la Denelande[8]. De vij. uillanis et eorum

[1] *Matillis* corrected into *Dera* by the occasional annotator. I think that the mention of Matillis was the *Error* noticed in the margin.

[2] Om. *et quod et* (?)

[3] By the occasional annotator. I do not think that the *Error* can refer to the decision. John on his own shewing is not entitled to the whole advowson. Br. f. 249 b.

[4] Missenden, Bucks. Monast. vol. 6, p. 547.

[5] *et Ernaldus* inserted by the occasional annotator.

[6] By the occasional annotator.

[7] Inserted by the occasional annotator on the inner margin. A missing verb may be concealed in the binding. The Abbot protests that there should be no attaint until he has seisin of all that he recovered by the assize.

[8] The point of this special verdict is to shew that one Richard of Turville made a valid gift to the Abbey with livery of seisin, so that

seruiciis dicunt quod postquam Ricardus de Thureuilla et Ernaldus filius suus plura fecerunt escambia ad ultimum tamen idem Ricardus habuit uillanos illos in manu sua et eorum seruicia et se posuit in domo de Messendena ad perhendinandum[1] ibi et dedit Abbati et domui de Messendena uillanos et tenementa ipsorum cum seruiciis, et predictam terram de Denelande et seruicia liberorum hominum ita quod post tempus et infra tempus[2] misit idem Ricardus quemdam Henricum de Stoke senescallum suum ad homines suos cum literis patentibus ubi omnes uillani presentes fuerunt et fecit eidem Abbati seisinam de predictis uillanis et tenementis suis, ita quod Abbas incontinenti cepit fidelitates ab omnibus uillanis et exigebat redditum suum et ipsi ei responderunt quod nullum redditum ei debuerunt ante festum S. Mich. set tandem aliqui denarii eis acomodati fuerunt[3] ita quod aliqui ipsorum dederunt eidem Abbati de ingressu j. den. etc. ita quod omnes dederunt aliquid de ingressu, et post tempus illud omnes debuerunt facere araturas et fecerunt etc. unam araturam secundum quod boues habuerunt plures uel pauciores. Et postea Henricus predictus balliuus dixit et clamauit coram omnibus quod ipse fecit seisinam Abbati de seruicio Hugonis le Champiun set nunquam inquirere potuerunt[4] quod idem Hugo postea homagium fecisset eidem Abbati nec fidelitatem nec seruicium de tenemento suo. De feodo Philippi de Boterfeuldia bene sciunt quod Abbas fuit inde seisitus de dono ipsius Philippi saluis predicto Ernulpho[5] decem sol. annuatim per manum ipsius Abbatis recipiendis et quod Abbas inde disseisitus fuit sicut xij. iuratores dixerunt. De feodo et seruiciis Ricardi de Boterfeuldia scil. de iiij. sol. unde xij. iuratores dederunt Abbati seisinam, dicunt quod nichil sciunt quia longinqui sunt. Et requisiti si predictus Henricus tulit cartam predicti Ricardi de Tureuilla simul cum literis patentibus ipsius Ricardi, dicunt quod

the Abbot could suffer a disseisin. The Abbot has succeeded in an assize and this is an attaint.

[1] *perendinare* is used to mean *to remain, stay, dwell.*

[2] Qu. the meaning of this.

[3] No rent was then due, so by way of symbol some pence were lent to the villeins which they paid to the Abbot and so they attorned themselves his tenants.

[4] The jurors could not discover that Hugh Champion did homage.

[5] Sic: corr. *Ernaldo* (?)

non sunt bene certi. Aliqui tamen ipsorum bene credunt quod cartam ibi detulit et ibi eam legi fecit. Et quia predicti xxiiij. dicunt precise quod predicti Ranulfus et Ernaldus ipsum disseisiuerunt de terra de Duneslande et de omnibus aliis unde iurata arramiata fuit preterquam de seruicio Hugonis le Champiun scil. de ij. sol. de quo seruicio ipsi xxiiij. dicunt quod ipse Henricus balliuus ipsius Radulfi de Thureuilla quando fecit eidem Abbati seisinam de aliis in carta contentis dixit quod fecit ei seisinam de seruicio predicti Hugonis ut pertinente ad terram in carta de feoffamento contentam, et quia idem Radulfus tunc se omnino demisit ita quod nichil inde habuit nec in dominico nec in seruicio, et quia ipsi iuratores dicunt quod nesciunt si idem Hugo postea homagium fecisset eidem Abbati nec fidelitatem nec aliquid seruicium et de hoc incerti sunt, Consideratum est quod predicti xij. non conuincuntur .immo quod bene iurauerunt. |

Et ideo Abbas teneat in pace et xij. inde quieti et Ranulfus et Ernaldus in misericordia. [75.]

525. Hugo de Neouilla et Beatricia uxor eius petunt uersus Rogerum de Clere et Matillidem uxorem eius quinquaginta sol. redditus cum pert. in Childerst ut ius ipsius Beatricie et in quas non habent ingressum nisi per Radulfum de Fay primum uirum suum cui ipsa in uita sua contradicere non potuit etc. Sussex.

Et Rogerus et Matillis ueniunt et uocant inde ad warantum Johannem de Fay filium et heredem predicti Radulfi de Fay qui presens est et ei[1] warentizat et cognoscit ius ipsius Beatricie et seisinam et quod Rogerus et Matillis habuerunt ingressum in terram illam per predictum Radulfum patrem suum. Et uocat inde ad warantum Petrum de Malo Lacu et Isabellam uxorem eius.

Et super hoc uenit Abbas de Beggeham[2] et dicit quod iam v. annis elapsis et eo amplius inplacitauit ipse predictos Rogerum de Clere et Matillidem de eadem terra[3] de l. sol. redditus cum pert. in Chalhistre cum Strode ita quod ipsi

[1] Corr. *eis*.
[2] Bayham in Sussex. Monast. vol. 6, p. 910.
[3] Supply *et* (?)

uocauerunt inde ad warantum predictum Johannem et idem Johannes uocauit inde ad warantum Petrum de Malo Lacu et Isabellam uxorem eius. Et qui nunc ueniunt per attornatos suos et dicunt quod nichil habent de hereditate Roberti de Turneham propter quod warentizare debeant. Et Abbas quesitus de cuius seisina petit terram illam dicit quod de seisina propria tempore Regis J. ut de dono Michaelis de Turneham et de confirmacione Roberti de Turneham, et bene dicit quod ipse feoffatus fuit antequam predicta Beatricia haberet inde aliquam seisinam.

Et Johannes dicit quod predicti Petrus et Isabella habent unde warentizare poterunt scil. aduocacionem Abbacie de Begham et petit quod escambium ei fiat de predicta aduocacione et si curia considerauerit quod inde escambium habere non debeat ponit se in magnam assisam utrum ipse maius ius habeat in terra illa an predictus Abbas. Et Abbas petit iudicium. Et quia conuinctum est quod predicti Petrus et Isabella nichil habent de hereditate Roberti de Turneham propter quod debeat[1] warentizare, et quia predictus Abbas primo petiit terram illam uersus predictos Rogerum et Matillidem et de seisina sua propria multo tempore antequam predicti Hugo et Beatricia inplacitarent ipsos Rogerum et Matillidem, Consideratum est quod Abbas recuperauit seisinam de predicto redditu uersus predictum Johannem et Johannes eis faciat escambium ad ualenciam, et satisfaciat de ualencia predictis Hugoni et Beatricie si habeat unde.

526. Sussex. Abbas de Rerefordia[2] optulit se iiij^{to} die uersus Hugonem de Berneual et Helewisiam uxorem eius de placito quod warentizent ei j. uirg. terre cum pert. in Heregraue quam tenet et de eis tenere clamat et unde cartam Johannis de Wistenestona fratris ipsius Helewisie habet etc. Et Hugo non uenit et plures fecit defaltas. Et ideo uicecomes habeat corpus eius a die etc. et interim remaneat placitum in comitatu inter Robertum filium predicte Helewisie petentem et ipsum Abbatem tenentem de duabus partibus terre predicte remaneat[3].

[1] Corr. *debeant.*

[2] Probably Dureford in Sussex. Monast. vol. 6, p. 936.

[3] Omit one *remaneat.* For mesne process in *Warantia Cartae* see Br. f. 399.

527. Thomas filius Willelmi optulit se iiij[to]. die uersus Aliciam de Pakeham de placito quare fecit uastum et destruccionem et exilium de terris quas tenet in dotem de hereditate ipsius Thome in Pakeham ad exhereditacionem ipsius Thome etc. Et Alicia non uenit etc. et plures fecit defaltas et testatur quod languida est nec potest itinerare. Preceptum est uicecomiti quod habeat corpus eius etc. Suff.

528. Willelmus de Wyredebyria et Alicia uxor eius petunt uersus Willelmum de Wyndesores quem Willelmus de la Graue uocat ad warantum et qui ei warentizat j. acr. terre cum pert. in Stanwella ut ius ipsius Alicie et in quam non habet ingressum nisi per Ricardum de Wara primum uirum ipsius Alicie cui ipsa in uita sua contradicere non potuit etc. Midd.

Et Willelmus[1] uenit et defendit ius suum et talem ingressum, et dicit quod reuera pater suus dedit terram illam Aluine matri predicti Willelmi de Graua et ipsa Aluina dedit terram illam cuidam Hugoni patri ipsius Alicie in escambium cuiusdam alterius terre, scil. j. acr. terre et dimid. tam terre quam prati unde ipsi Willelmus et Alicia adhuc sunt in seisina.

Et Willelmus et Alicia uenit et defendit[2] quod nunquam escambium inde factum fuit set dic'[3] quod Hugo pater suus[4] obiit inde seisitus et quod ipsa post mortem patris sui fuit inde in seisina per viij. annos donec predictus Ricardus primus uir suus illam eidem Willelmo uendidit cui ipsa etc. Et quia predictus Willelmus de Windesores non potest dedicere nec dedicit quin ipsa Alicia esset inde in seisina nec aliquid docet quod escambium inde factum esset nisi simplex dictum suum, Consideratum est quod Willelmus et Alicia recuperant seisinam suam et Willelmus de Windesores in misericordia et faciat Willelmo de la Graue escambium ad ualenciam.

529. Dies datus est Episcopo Lincolniensi querenti et Margerie Comitisse Wintonie per attornatos suos deforcianti de seruic' et cons'[5] a die etc. | si iusticiarii sint apud Westmonasterium Leyc. [75 b.]

[1] William of Windsor.
[2] Sic.
[3] *dicit* or *dicunt*.
[4] Father of Alice.
[5] Probably *de seruiciis et consuetudinibus*. It is an action for customs and services by the bishop against the countess.

sine essonio et si iusticiarii non sint apud Westmonasterium tunc ad eundem diem apud Lincolniam in eodem statu quo nunc set ibi cum essonio, et si loquela fuerit apud Lincolniam tunc ponit Episcopus loco suo[1] et apud Londoniam sequantur primi attornati.

530. Wilt. Thomas Maudut et alii iusticiarii assignati ad assisam noue disseisine capiendam quam Robertus Waspail arramiauit uersus Willelmum filium Hamonis et alios de tenemento in Smalebroke summoniti ad faciendum recordum illius assise ueniunt et recordantur quod assisa uenit coram eis recognitura si Walterus de Pauilly Willelmus filius Hamonis et omnes supradicti[2] iniuste et sine iudicio disseisiuerunt predictum Robertum de libero tenemento suo in Smalebroke post terminum etc., et Robertus Maudut[3] et alii iuratores dixerunt quod predicti Walterus et Willelmus et omnes alii preter Robertum de Stane iniuste et sine iudicio disseisiuerunt ipsum Robertum, et ideo consideratum fuit quod idem Robertus recuperauit seisinam suam et omnes disseisiatores preter predictum Robertum de la Stane in misericordia[4], et Robertus Waspail in misericordia pro falso clamore uersus predictum Robertum de la Stane. Et iusticiarii requisiti si ipsi requisissent a disseisiatoribus si aliquid dicere uellent contra assisam dixerunt quod ipsi nichil dixerunt nec dicere uoluerunt. Et super hoc uenit Henricus Waspail et dicit quod predictus Robertus Waspail inplacitauit eum de terra illa coram iusticiariis de banco et quod ipse profectus fuit in Hiberniam in *nuncio* Dom. Regis et per preceptum Dom. Regis, ita quod Dom. Rex precepit quod loquela inter ipsum et predictum Robertum poneretur in respectum quamdiu ipse foret in seruicio suo etc., et super hoc uenit predictus Robertus Waspail cum ui sua et cum gente armata et eiecit homines et seruientes ipsius Henrici et omnes quos inuenit in terra illa et posuit se in terram illam et se tenuit in illa cum ui sua, ita quod Willelmus

[1] Here would follow on the roll the names of the attorneys appointed by the bishop to represent him should the case be heard at Lincoln. Several cases in this term shew that it had become common to give a day *nisi prius*.

[2] The names of the other disseisors would be on the roll.

[3] This is all part of the justices' record.

[4] Part of this clause is repeated.

filius Hamonis balliuus ipsius Henrici accessit ad iusticiarios de banco et questus fuit eis de illa transgressione, ita quod ipsi preceperunt Waltero de Ruines tunc uicecomiti quod in propria persona ibidem accederet et uim illam amoueret, et uicecomes misit ibidem clericum suum subuicecomitem et alios plures cum eo et eciam conuocare fecit iiij. hundreda uicina qui uim illam amouerunt et eiecerunt predictum Robertum et restituerunt possessionem ipsi Henrico, et postea accessit idem Robertus Waspail ad curiam et inpetrauit breue de noua disseisina et per sacramentum suum ipsi iuratores ita dederunt ei[1] seisinam de eadem terra.

Et iuratores requisiti si ita dederunt seisinam ipsi Roberto dicunt quod sic et requisiti qualem seisinam ipse inde haberet dicunt quod fuit in seisina sicut in iure et hereditate sua, quia quidam Osbertus Waspail antecessor ipsius Roberti fuit inde seisitus ut de feodo et iure et post eum quidam Osbertus filius suus et qui Osbertus habuit quandam filiam Ceciliam nomine que fuit infra etatem et in custodia Roberti Waspail[2] capitalis domini et in custodia sua obiit et infra etatem unde terra illa descendere debuit isti Roberto[3] et iste Robertus[3] tunc accessit ad predictum Robertum[4] et optulit ei homagium et quicquid ei de iure facere debuit sicut domino de terra illa et ipse homagium suum inde recipere noluit ita demum quod ipse Robertus transfretauit in Britanniam et ibi inpetrauit iustic' ad uic'[5] quod ipse eum manuteneret et defenderet in terris et tenementis suis et quando rediit in Angliam uenit ipse et posuit se in terram illam sicut in ius suum et se tenuit in illa per viij. dies et cepit expleta et de rebus ibi inuentis disposuit sicut de suis, et unde ipsi iuratores dicunt quod ipse habuit seisinam sicut ei adiudicauerunt. Et requisiti si uicecomes presens esset quando assisa capta fuit dicunt quod sic et quod nichil dixit quod preceptum haberet de amouendo ipsum Robertum et forciam suam nec ipsi aliquid inde sciuerunt.

[1] Robert, who succeeded in the assize.

[2] A second Robert Waspail.

[3] Plaintiff in the assize.

[4] Chief lord.

[5] Some words may be lost. Perhaps Robert went to Hubert de Burgh the justiciar who was in Brittany in 1230 and obtained from him letters to the sheriff.

Et quia iuratores tantum narrauerunt de iure[1] ipsius Roberti et non potuerunt dedicere quin idem Henricus inplacitatus esset in curia Dom. Regis et quin preceptum esset quod pacem haberet quamdiu esset in seruicio Dom. Regis et quin ita eiectus esset secundum quod predictum est, Consideratum est quod male iurauerunt et quod Henricus habeat seisinam suam et Robertus Waspail in misericordia. Et ad iudicium de iusticiariis et iuratoribus.

Juste propter ius set iniuste quia sine iudicio set iuratores respiciebant tantum ius et non seisinam et ideo conuicti de periurio et iusticiarii de[2] iudicio, quia

Et uicecomes inquirat que dampna idem Henricus habuit per disseisinam illam et habere faciat eidem Henrico de catallis ipsius Roberti dampna sua.

531. Walterus de Euermuwe athachiatus fuit ad respondendum Simoni de Fleg' quare non warentizat ei xiij. acr. terre cum pert. in Rongeham quas tenet et de eo tenere clamat et unde cartam suam habet ut dicit et unde idem Simon queritur quod cum ipse terram illam warentizare deberet ipse Walterus non permittit eum terram illam excolere set capit aueria sua et si mane deliberata fuerint ad uesperam facit ea iterum capi, et dicit eciam quod cum terram illam tenere debeat libere per seruicium ij. sol. et vj. den. per annum pro omni seruicio per cartam Jollani patris ipsius Walteri et Alicie uxoris eius et per confirmacionem ipsius Walteri quam cartam et confirmacionem ipse Simon profert et que hoc testatur, idem Walterus exigit ab eo annuatim vj. den. nomine hundredescot | et sectam ad curiam suam de Runham de quindenam[3] et unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xx. marc. et inde producit sectam sufficientem. Et Walterus uenit et cognoscit cartam et confirmacionem et quicquid in illis continetur et bene defendit quod non impedit eum nec impediet quin possit terram suam excolere nec capit aueria nec capiet nec distringit eum ad sectam faciendam de quindena in quindenam nisi pro racionabili secta quando quilibet alius liber homo sequi debet pro afforciamento curie quando breue Dom. Regis

Norf. falsum sacramentum et falsum iudicium.

[76.]

[1] The mere right of property.

[2] Supply *falso*. A note by the occasional annotator. Compare the very similar words of Bracton f. 205: Juste, facie prima, propter ius sed iniuste propter iniuriam, quia sine iuditio. The justices and jurors are hardly dealt with; see Br. f. 205 b.

[3] Corr. *de quindena in quindenam.*

uenit[1] et quando latro fuerit ibi iudicandus. De sex den. dicit quod non exigit eos racione predicti tenementi set terra illa solet singulis annis reddere vj. den. nomine hundredescot ad firmam Dom. Regis, et Dom. Rex concessit ei predictam firmam, unde et ea racione petit predictos denarios et non alio modo, et bene dicit quod ipsum aquietabit de hoc erga Dom. Regem. Et quia precise defendit quod non distringit eum nisi pro racionabili secta et quod ipsum non impedit, Consideratum est quod uadiet legem se xij. manu et ueniat etc., et Simon reddat ei predictos vj. den. si ipse eum aquietauerit uersus Dom. Regem etc.

532. Dom. Rex mandauit iusticiariis per breue suum quod Ela Comitissa Sarrisbirie posuit loco suo coram eo ad lucrandum uel perdendum Johannem le Daneys et Henricum de Alboniaco in loquela que est coram eis per breue suum inter ipsam Comitissam petentem et Hugonem de Vallibus tenentem de x. lib. terre cum pert. in Kanefordia in com. Dorset. et in loquela que est inter ipsam Comitissam et Johannem Mautrauers de custodia terre et heredis Philippi de Gay in com. Wilt. etc. et si ambo non possunt sequi tunc alter sequatur. Wilt. Dorset.

533. Radulfus de Pesehale uenit coram iusticiariis et cognouit cartam suam et donum quod fecit Rogero le Bigod et Isabelle uxori eius de manerio de Peshale cum omnibus pert. suis secundum quod in carta inter eos confecta plenius continetur. Et super hoc uenit Henricus filius Aucheri et dicit quod habet manerium illud ad firmam de predicto Radulfo ad terminum trium annorum et ideo dictum[2] ei quod sit de cetero intendens predictis Rogero et Isabelle et saluus sit ei terminus suus[3]. Suff.

534. [4] Abbas de Bardenay per attornatum suum petit per breue diuisarum uersus Aliciam de Neouilla duas acr. marisci cum pert. in Burreth unde predictus[5] queritur quod predicta Linc.

[1] When a writ of right is to be tried.
[2] Supply *est*.
[3] The termor is thus attorned to his new lord.
[4] Fitz. *Voucher*, 276.
[5] Supply *Abbas*.

De placitis diuisarum per breue de recto in curia Dom. Regis[2]. Alicia plus trahit ad feodum suum quam ad eum[1] pertinet habendum scil. predictas duas acr. marisci.

Et Alicia uenit et dicit quod non tenet mariscum illum nisi in dotem unde Galfridus de Neouilla filius et heres Henrici de Neuilla est warantus suus et uocat eum inde ad warantum qui presens est et ei warentizat.

Et idem Abbas per attornatum suum et eodem modo et per tale breue petit uersus eundem Galfridum iiij. acr. marisci cum pert. in eadem uilla et unde predictus Abbas simili modo queritur et unde dicit quod antecessor suus fuit seisitus ut de iure ecclesie sue etc.

Et Galfridus uenit et de toto petit uisum. Et quia attornatus Abbatis cognoscit quod non habuerunt inde uisum super placiam et ut loquela simul de toto procedat licet non iaceat uisus de ij. acris quas warentizauit[3] tamen de consilio curie conceditur ei uisus et habet de toto. Datus est etc. nisi iusticiarii etc.[4] et interim etc.

535. Linc. Abbas de Bardenay[5] per attornatum suum petit uersus Abbatem de Tupholm[6] v. acr. marisci cum pert. in Burreth' per breue diuisarum et ut ius ecclesie sue unde quidam Abbas Walterus antecessor suus fuit seisitus in dominico suo

Item illud idem[7]. ut de feodo et iure ecclesie sue tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo etc., et quod predictus Abbas antecessor suus ita fuit seisitus et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Abbas de Tupeholm per attornatum suum uenit et *satis* cognoscit quod posuit se in magnam assisam in comitatu postquam uisum habuit de eadem terra super placiam illam per breue diuisarum et adhuc uenit et ponit se in magnam assisam et petit recognicionem fieri utrum ipse et ecclesia sua de Tupeholm maius ius habent tenendi terram illam in dominico an idem Abbas de Bardenay et ecclesia sua de Bardenay[8].

536. Wigorn. Ricardus persona de Rippelegha athachiatus fuit ad

[1] Sic.

[2] The Abbot demands certain specified land and counts on a seisin as of right, so the boundary suit is in effect a writ of right.

[3] A warrantor can not demand a view.

[4] A *nisi prius*.

[5] Monast. vol. 1, p. 623.

[6] Monast. vol. 6, p. 870.

[7] Referring to the last case.

[8] Fitz. *Droyt*, 61.

respondendum Petro de Sautemareys quare secutus est etc. de aduocacione ecclesie de Uptona contra etc. et unde idem Petrus queritur quod cum ipse sit aduocatus predicte ecclesie de Uptona et ipsa pertineat ad aduocacionem suam idem Ricardus petiit in curia cristianitatis omnes decimas et omnimodas tam minores quam maiores ad ecclesiam illam spectantes unde dicit quod si idem Ricardus in causa illa in curia cristianitatis optineret idem Petrus amitteret aduocacionem suam et quod ita traxit eum in placitum post prohibicionem producit sectam sufficientem | et unde deterioratus est et [76 b.] dampnum habet etc.[1]

Et Ricardus uenit et defendit contra ipsum et sectam suam quod nunquam post prohibicionem secutus fuit placitum illud set reuera Magister Walterus de Grumb' persona ecclesie de Uptona reconuenit eum super predictis decimis intendando[2] contra eum possessorium et aliter non fuit secutus placitum illud nec sequetur, et bene dicit quod de cetero non sequetur et inuenit pleg'. Et quod non fuit secutus defendat se xij^{ma} manu et ueniat cum lege. Postea remittatur[3] lex quia idem Ricardus[4] non sequitur et renunciat uisui literarum Dom. Pape et reddit literas iustic'.

537. Ada filius Petri optulit se iiij^{to} die uersus Thomam filium Ebor. Ade de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Ade in Eboraco contra prohibicionem etc. Et Thomas non uenit etc. et mandatum fuit Archiepiscopo Eboracensi quod faceret eum uenire et ipse nichil inde fecit. Et ideo summoneatur Archiepiscopus quod sit etc. nisi iusticiarii etc. et ibi habeat predictum Thomam[5].

538. Abbas Croiland' per attornatum suum optulit se iiij^{to} die Linc. uersus Osbertum filium Nigelli de placito quod warentizet ei Ebor. aduocaciones ecclesiarum de Wendelegha in com. Ebor. et

[1] See Br. f. 407 as to prohibition in cases about tithes. This was the subject of burning questions. See the protest of the clergy, A.D. 1237, Annals of Burton (Ann. Mon. vol. 1), p. 255.

[2] Sic. See Ducange *intentare*, *intentionare* etc. The *possessorium* is the possessory action of the canon law.

[3] Corr. *remittitur* (?)

[4] Perhaps it should be *Petrus*. Richard is excused from making his law because Peter discontinues the suit. About the following clause I am uncertain.

[5] See Br. f. 443. Observe the *nisi prius*.

aduoc' ecclesiarum de Ingoldeby, Sapertona, ***Skynaunt***[1] et ecclesie S. Mich. maioris de Estaunfordia in com. Linc. quas tenet et de eo tenere clamat et unde cartam suam habet etc. Et Osbertus non uenit etc. et habuit diem per essoniatorem suum et ideo athachietur quod sit etc. nisi iusticiarii[2] etc. et athachietur in com. Linc. etc.

539. **Sussex.** Willelmus Bernobus et alii iuratores assise summonite et capte coram iusticiariis qui ultimo itinerauerunt apud Lewes in comitatu Sussexie inter Priorem de Lewes petentem et Gilebertum de Aquila tenentem utrum scil. trecente acre marisci cum pert. in Wylingduna essent libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Lewes an laicum feodum ipsius Gileberti de Aquila, ueniunt et requisiti de cuius dono idem Prior habuit mariscum illum dicunt quod nichil habuit de dono ipsius Gileberti uel antecessorum suorum, et bene dicunt quod terre superiores et arabiles ad quas mariscus ille pertinet sunt Prioris de Lewes. Et requisiti in qua parochia sunt terre ille et de cuius parochia sint dicunt quod sunt in parochia de Westham unde ecclesia illa distat a Prioratu de Lewes per decem leucas[3].

540. **Hertford.** Preceptum fuit uicecomiti quod coram eo et coram custodibus placitorum corone conuenire faceret xij. per quos rei ueritas etc., et per eorum sacramentum diligenter inquireret quod uastum et quod exilium et quam destruccionem Matillis de Gattedena fecit in j. uirg. et septem acr. terre cum pert. in Gattesdena, quam terram predicta Matillis non tenet nisi ad uitam suam tantum per finem factum in curia Dom. Regis coram iusticiariis ultimo itinerantibus apud Hertefordiam inter ipsam Matillidem et Ranulfum de Gattesdena, unde idem Ranulfus queritur quod predicta Matillis fecit destruccionem uastum et exilium in bosco qui pertinet ad terram et eciam partem illius terre uendidit ad exheredita-

[1] Qu. *Skinnand.*

[2] Another *nisi prius.*

[3] Bracton f. 286 b, says that the assize utrum will not lie for land given to conventual churches, *ut de term. Pasch. a. r. r. Hen. xv° de correctione erroris R. de Leyliton (Lexington) in itinere suo in com. Sussex de Priore de Lewes et Gylberto de Aquila.* Bracton knew something of this case which does not appear here. The assize utrum is a remedy for a rector, hence the question as to the parish in which the land is situate. Westham is about six miles from Eastbourne.

cionem ipsius Ranulfi contra finem illum etc., et quod mitteret inquisicionem etc. Et uicecomes misit inquisicionem que talis est quod ipsa Matillis fecit uastum et exilium solummodo de bosco qui pertinet ad j. uirg. et septem acr. terre in Gatesdena ad ualenciam xx. sol., set de terra uendita ad exheredītacionem ipsius Ranulfi dicunt quod quedam contentio mota fuit inter ipsam Matillidem et quendam uicinum suum de quadam diuisa que debuit esse inter eos et ita conuenit quod ipsa Matillis concessit eidem uicino quod faceret de terra sua unum fossatum latitudinis trium pedum, et melius intelligunt quod fossatum illud magis sit ad commodum ipsius Ranulfi quam ad detrimentum. Et quia conuinctum est quod fecit uastum ad ualenciam xx. sol., Consideratum est quod ipsa sit in misericordia et satisfaciat eidem Ranulfo de predictis denariis et dictum est ei quod de cetero sub pena amissionis predicte terre non faciat uastum uel destruccionem et ipsa inuenit pleg' [1].

541. Simon Balistarius et Margeria uxor eius summoniti fuerunt ad warentizandum Thome de Muletona seruicium feodi j. militis cum pert. in Luttona quod tenet et de eis tenere clamat et unde cartam ipsorum habet etc. Linc.

Et Simon pro se et Margeria uxore eius cuius loco ponitur uenit et ei warentizat et recognouit et concessit predictum seruicium esse ius ipsius Thome, habendum et tenendum eidem Thome et heredibus suis de predictis Simone et Margeria et heredibus ipsius Margerie faciendo inde seruicium quod ad feodum illud pertinet secundum quod in carta inter eos confecta plenius continetur. Et quia Willelmus Lungespeye et Idonea uxor eius qui seruicium illud debent non sunt presentes summoneantur quod sint etc. nisi iusticiarii etc. ad cognoscendum etc. [2]

542. Willelmus de Pele optulit se iiij^to^ die uersus Willelmum Medicum de Wigornia de placito dimid. uirg. terre cum pert. in | Norwico quam idem Willelmus Medicus petiit uersus eum per breue de recto. Et Willelmus Medicus non uenit et fuit petens, et ideo Willelmus le Pele inde sine die et Wigorn. [77.]

[1] See Br. f. 316 b. Fitz. *Wast*, 132.

[2] The terre-tenants are summoned to recognize the fine and to be attorned.

Willelmus Medicus in misericordia nullus plegius quia breue de recto etc.[1] Et sciendum quod loquela posita fuit coram iusticiariis eo quod predictus Willelmus le Pele habuit cirographum factum in curia Dom. Regis etc.[2]

543. Dorset. Agatha filia Alani de S. Georgio cognouit coram iusticiariis quod concessit Briano de Insula quod non uendet dabit uel alienabit aliquid de hereditate sua que ei descendit uel ei descendere poterit iure hereditario sine consensu et consilio et uoluntate ipsius Briani, et si forte oporteat ipsam necessario aliquam terram de predictis terris uendere dare uel alio modo alienare nulli homini in mundo nisi ipsi Briano[3] dum tamen ipse tantum dare uoluerit quantum aliquis alius.

544. Warr. Unfridus de Prestelegha athachiatus fuit ad respondendum[4] Croc quare traxit eum in placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. contra etc., et unde idem Gilebertus queritur quod inplacitauit eum coram Episcopo Cestrensi et petiit ab eo j. marc. propter quod deterioratus est etc.

Et Unfridus uenit et defendit quod nunquam post prohibicionem traxit eum in placitum et preterea si inplacitatus fuit[5] in curia cristianitatis hoc fuit per ipsum Gilebertum et uerum uult dicere. Aliquando reuera petiit idem Unfridus coram Officiale Archidiaconi Cestrensis ab eodem Gileberto decem marc. et pendente lite quia puplicate erant attestaciones sine presencia ipsius Gileberti, apellauit ipse presenciam Episcopi Cestrensis et coram eo in tantum processum fuit quod loquela terminata fuit et sentencialiter adiudicata fuit eidem Unfrido una marca nomine expensarum, et quia ipse Gilebertus non satisfecit ei de expensis idem Gilebertus excommunicatus fuit et districtus ad solucionem et unde ipse tunc demum tulit literas Dom. Regis prohibitorias, et si aliquod placitum fuit in curia cristianitatis hoc fuit per

Nota quod non habet locum prohibitio de catallis ubi reus per appellationem effectus actor[6].

[1] In a writ of right one does not find pledges to prosecute; so there are no pledges to be amerced.

[2] This is cause for removing the action from the county court at the tenant's instance.

[3] A verb is wanting. Brian de L'Isle is to have a right of pre-emption.

[4] Supply *Gileberto*.

[5] *fuit* repeated.

[6] So Bracton, f. 408. The defendant in the ecclesiastical suit has made himself plaintiff by appealing from the archdeacon's official to the bishop and thereby disentitled himself to a prohibition. Fitz. *Prohibicion*, 23.

ipsum Gilebertum et per apellacionem suam per quam ipse actor effectus fuit et eciam postquam iudicium factum fuit in curia cristianitatis. Et Gilebertus non potuit hoc dedicere, et ideo Consideratum est quod Unfridus inde quietus et Gilebertus in misericordia.

545. Jowetta de la Strode petit uersus Petrum Luuel terciam partem x. acr. terre et j. mes'[1] et terciam partem duarum parcium j. molendini cum pert. in Dorkinge ut dotem suam etc. Surr.

Et Petrus uenit et dicit quod non debet inde dotem habere quia Walterus uir suus per quem dotem clamat adhuc uiuit et Jowetta dicit quod mortuus est. Et ideo datus est eis dies etc. et Petrus tunc probet quod uiuit uel quod[3] Jowetta probet mortem et tunc producam[4] sectam hinc inde. Nota de dote ubi tenens dicit quod uir uiuit et uxor quod mortuus. Dicatur quod illa probet mortem et tenens uitam si possit[2].

546. Beatricia de Gardino athachiata fuit ad respondendum Rollando de Acstede quare non tenet ei finem factum in curia Dom. Regis coram iusticiariis itinerantibus apud Lewes inter ipsum Rollandum querentem et predictam Beatriciam deforciantem de duabus hidis terre et dimid. et quarta parte j. hide terre cum pert. in Wauteby unde cirographum etc. et unde idem Rollandus queritur quod cum per finem illum tenere debeat terram illam de predicta Beatricia et heredibus suis ipse et heredes sui[5] et per seruicium unius paris calcarium deauratorum uel sex den. per ann. pro omni seruicio saluo forinseco et cum ipsi[6] illam ei warentizare debeant et heredibus suis per predictum seruicium ipsa illam non defendit nec warentizat uersus Robertum de Busey capitalem dominum de l. sol. quos ipse ei reddidit de releuio et unde ipsa eum non aquietauit et pro defectu ipsius Beatricię illos reddidit post finem illum. Sussex.

Et Beatricia dicit quod non debet eum defendere nec aquietare uersus capitalem dominum per finem istum quia antequam cirographum et finis factus esset debiti fuerunt predicti l. sol. pro releuio de morte Philippi de Wauteby

[1] Probably *mesuagii*.

[2] Suit is to be produced on both sides. Bracton cites this case, f. 302.

[3] Om. *quod*.

[4] Sic.

[5] Perhaps some words are dislocated.

[6] Corr. *ipsa* and *debeat* (?)

auunculi ipsius Beatricie cuius heres ipsa est et qui Philippus obiit per xx. annos antequam finis factus esset, et bene cognoscit finem et cirographum et finem illum et[1] libenter tenebit etc.

Nota quod finis factus excludit omnes contentiones et debita que debentur ante finem factum[2].

Et Rollandus satis cognoscit quod predicti l. sol. debiti fuerunt pro releuio de morte ipsius Philippi set bene dicit quod post finem illum soluti fuerunt et ipse eos reddidit pro defectu ipsius Beatricie.

Et quia recognitum est plane quod predicti l. sol. debiti fuerunt antequam finis factus esset per longum tempus et finis exclusit omnes contenciones et quia ipsa illum aquietauit de omnibus seruiciis debitis post finem illum, Consideratum est quod Beatricia inde sine die et teneat finem et Rollandus in misericordia pro falso clamore.

547. Sumerset.

Ricardus capellanus de Liddeford athachiatus fuit ad respondendum Thome de Renigny quare secutus fuit placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Thome in Liddefordia contra prohibicionem etc., et unde idem Thomas queritur quod cum ipse habeat quandam pasturam in eadem uilla separatam ubi idem Ricardus nullam communam habere debet idem Ricardus inmisit aueria sua in pasturam illam et cum seruiens suus ea capi faceret idem Ricardus inplacitauit [77 b.] | eum inde in curia cristianitatis ita quod eum fecit eum[3] excommunicari et post xl. dies quia perseuerauit in excommunicacione eum capi fecit et inprisonari per x. septimanas ita quod deterioratus est et dampnum habet etc. et inde producit sectam.

Et Ricardus uenit et defendit contra eum et sectam suam quod nunquam post prohibicionem traxit etc. et maxime de nullo laico feodo ipsius Thome set uerum uult dicere reuera ipse semper fuit in seisina et antecessores sui de pastura ad iiij. boues et duas uaccas et ad unum auerium ut pertinente ad unam uirgat. terre que est de dominico ipsius ecclesie et unde ecclesia sua dotata fuit et quum seruiens ipsius Thome cepit aueria sua in eadem pastura conquestus fuit archidiacono loci de spoliacione illa et aliter non inplacitauit eum, et

[1] Om. *et* (?)
[2] But the decision looks the other way. Fitz. *Mesne*, 76.
[3] Om. one *eum*.

quod pastura sit pertinens ad predictam uirg. terre et quod ipse et antecessores sui fuerunt inde in seisina ponit se super patriam.

Et Thomas dicit quod predicta pastura non pertinet ad predictam uirg. terre nec ipse umquam fuit in seisina nec predecessores sui et inde ponit se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus placitorum corone conuenire faciat xij. et per eorum sacramentum etc. si predictus Ricardus uel predecessores sui fuerunt in seisina de pastura ad iiij. boues et duas uaccas et ad j. auerium ut pertinente ad unam uirg. terre cum pert. in eadem uilla que est de dominico predicte ecclesie et unde dotata fuit, uel si predictus Thomas habuit pasturam illam separatam et quietam sine communa quam ipse Ricardus uel antecessores sui inde habuerunt etc., et inquisicionem uenire faciat etc. per literas et per duos etc.

Nota quod non habet locum prohibitio de communa pasture que pertinet ad tenementum quod est de dote ecclesie alicuius, et ita uidetur quod nec de principali scilicet cum non pertineat de accessorio, ubi ecclesia fuit in seisina, ita nec de aliis de quibus ecclesia fuerit spoliata [1].

548. Episcopus Norwicensis per literas suas patentes petit curiam suam de Priore S. Fidis de apello de precepto j. plage et dictum est Abbati S. Benedicti de Hulmo qui tulit literas Episcopi et qui manucapit eum pro Episcopo quod erit coram iusticiariis in primo aduentu ipsorum in partes illas etc.[2] Norf.

549. Dies datus est Comitisse de Augo petenti et Oliue de Montebegonis de audiendo iudicio suo etc. apud Westmonasterium prece parcium siue iusticiarii itinerent siue non in eodem comitatu [3]. Noting.

550. Jeruasius de Aldermannebiria athachiatus fuit ad respondendum Hamoni de Valoinis quare traxit eum in placitum in curia cristianitatis de debitis que non sunt etc. contra etc. et unde idem Hamon queritur quod predictus Jeruasius inplacitauit eum coram Decano de Suworc' et coniudicibus de domibus quas Hamon pater ipsius Hamonis asportasse Essex.

[1] Bracton cites this case f. 407 to prove that a prohibition does not lie against a suit for spoiling a church of its dower lands or of their appurtenances. The annotator argues that if this be true of the appurtenances it must hold good of the tenement itself. Probably there is some mistake in *cum non pertineat;* some such phrase as *cum non habeat locum* seems wanted. The church's *dos* consists of lands given at the time of consecration.

[2] The Prior of S. Faith, Horsham, Norfolk, is appealed of having procured the giving of a wound. The bishop claims cognizance of the case. His messenger is the Abbot of St Benet, Hulme, Norfolk.

[3] Br. f. 109 b, 110.

debuisset de Cristeshale et de quibusdam iocalibus et de centum libris et unde deterioratus est et dampnum etc. et inde producit sectam.

Et Jeruasius uenit et defendit contra ipsum et sectam suam quod nunquam post prohibicionem nec ante traxit eum in placitum de debitis que non sunt etc. Set uerum uult dicere quod quidam Rogerus de Sumery dedit terram de Cristehale et centum libras in denariis in maritagium Hamoni patri istius Hamonis cum Agnete filia sua, et postea celebrato ex causa processu temporis inter eosdem Hamonem et Agnetem diuorcio[1], reddidit idem Hamon eidem Agneti terram illam ut maritagium suum, et quia non habuit denarios ad manum unde solueret predictos denarios obligauit se et heredes suos ad soluend' eidem Agneti xx. libr. singulis annis donec predicte centum libre plenius persoluerentur per cartam quam profert et que hoc testatur, et postea uenit iste Jeruasius et desponsauit predictam Agnetem et uixerunt simul per longum tempus, et postea in extremis fecit ipsa predictum Jeruasium uirum suum executorem testamenti simul cum aliis[2] et ad execucionem illam faciendam et ad debita perquirenda et specialiter ad debitum istud perquirendum et ut inde disponerent sicut de aliis secundum quod uiderent expedire, et unde dicit quod petit denarios illos ex causa testamentaria et non alio modo. Et Hamon requisitus per quantum tempus uixit ipsa Agnes post diuorcium celebratum[3] quod per xxx. annos. Et Jeruasius dicit quod per xx. annos.

Et Hamon uenit et petit iudicium desicut ipsa Agnes uixit per magnum tempus post diuorcium per tringinta annos et nichil umquam petiit de debito illo quamdiu uixit nec ab eo nec a patre suo nec a Thoma fratre suo qui per v. annos fuit in seisina tocius hereditatis patris sui et petit iudicium si ipsa potuit legare et in testamento relinquere debitum quod non fuit cognitum in uita sua et quod ipsa in uita sua non petiit.

Et quia predictus Jeruasius nichil ostendit quod predicta

[1] There has been some dislocation of the foregoing words.

[2] Note that a married woman makes a will and appoints her husband one of her executors.

[3] Supply *dicit*.

Agnes aliquid peteret de predicto Hamone nec Thoma filio suo nec isto Hamone dum uixit, et uixit per tantum tempus et si ipsa in uita sua petiisset debitum illud non potuit legare clamium suum ad placitandum in curia cristianitatis cum ipsa si uiueret non posset petere debitum illud alibi quam in curia Dom. Regis[2], Consideratum est quod Hamon sit quietus et prohibitum est eidem | Jeruasio quod de cetero non sequatur in curia cristianitatis.

Nota quod in extremis non potest quis legare actiones suas et maxime de debitis que petita non fuerunt nec recognita in uita testatoris[1].

[78.]

551. Galfridus de Bastlestuna pro se et Idonea uxore eius cuius loco ponitur petit uersus Rogerum[3] Episcopum Londoniensem aduocacionem ecclesie de Berlesduna ut ius ipsius Idonee etc., unde quidam Alexander antecessor ipsius Idonee fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui, ita quod presentauit quendam Walterum ad eandem ecclesiam et qui ad presentacionem suam fuit admissus et cepit expleta etc. ut in oblacionibus et aliis etc., et de predicto Alexandro descendit ius illius aduocacionis illius ecclesie cuidam Ricardo ut filio et heredi suo et de predicto Ricardo isti Idonee ut filie et heredi, et quod predictus Alexander ita fuit seisitus et quod tale sit ius suum offert etc.

Essex.

Et Episcopus per attornatum suum uenit et defendit ius suum nunc et alias ubi et quando etc. et seisinam et totum per corpus cuiusdam liberi hominis sui Ricardi de Newenham[4] qui hoc offert defendere uersus eos per corpus suum sicut curia considerauerit.

Et Galfridus et Idonea ueniunt et dicunt quod predictus Alexander ita fuit seisitus secundum quod predictum est et quod tale est ius ipsius Idonee secundum quod predictum est et offerunt disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui scil. Thome filii Ernaldi de Essexia. Et ideo Consideratum est quod duellum sit inter eos et Ricardus det

Duellum inter Rogerum Episcopum Lond' et supradictos[5].

[1] *Et quod actiones legari non possunt, nec inter bona testatoris connumerantur, maxime de antiquo debito, probatur* by this case: Br. f. 407 b.

[2] Because this debt was not one incurred in consideration of marriage. Both Bracton and the annotator seem to overlook this point in the case, viz., that the debt was not recoverable in Court Christian.

[3] Le Noir.

[4] Probably a professional champion. See above p. 152.

[5] Is not this a scandal that a bishop should wage battle?

uadium defendendi et Thomas uadium disracionandi plegii etc.

552. Noting. Robertus Prior de Wircsop. athachiatus fuit ad respondendum Ade Cretling' quare secutus est placitum etc. de laico feodo ipsius Thome[1] in Hirst contra prohibicionem etc., et unde idem Ada queritur quod cum distringat feodum suum quod Prior tenet pro forinseco seruicio et pro alio per capcionem aueriorum ipsius Prioris idem Prior statim excommunicat eum et uexat et grauat in curia cristianitatis unde deterioratus est et dampnum habet etc.

Et Prior uenit et dicit quod non debet ei respondere quia ipse excommunicatus est[2] et ei sicut excommunicato omnis actus legittimus interdicitur, et inde profert literas Couentrensis Episcopi patentes et in quibus continetur quod Willelmus quondam Archidiaconus Dereby excommunicauit predictum Adam meritis suis exigentibus et quum constat ei de excommunicacione et non de absolucione misit iusticiariis literas patentes. Et quia predictus Ada nichil ostendit quod absolutus sit eat ad Episcopum uel alibi et querat absolucionem, et Prior sine die.

Exceptio excommunicationis contra prohibitionem set refert utrum ille qui implacitatur eum excommunicauerit uel hoc procurauerit an alius[3].

553. Surr. Johannes de Fay athachiatus fuit ad respondendum Priorisse de Aumbresburia quare non reddidit eidem xx. sol. redditus cum pert. in Bromlegha quem redditum ipsa Priorissa et domus de Aumbresburia habuerunt de dono Radulfi de Fay patris ipsius Johannis cuius heres ipse est etc. Concordati sunt et est concordia talis quod ipse recognouit pro se et heredibus suis quod reddet eidem Priorisse et Priorissis ei succedentibus xx. sol. per annum ad duos terminos, scil. ad Pascha x. sol. et ad festum S. Mich. x. sol. scil. de tenemento quod Willelmus de Berkele tenuit x. sol. et de tenemento quod Gaufridus de Corcumba tenuit in Bromlegha x. sol.

Et Johannes dabit pro arreragiis l. sol. in crastino etc. apud Aumbresburiam et nisi tunc reddiderit dabit c. sol. ad *calcetam*[4].

554. Midd. Petrus filius Alani per attornatum suum petit uersus

[1] Corr. *Ade*.

[2] *Excommunicato enim interdicitur omnis actus legitimus*. Br. f. 426 b.

[3] Br. f. 408; *ille qui implacitatur*, the defendant in the action for prohibition.

[4] *Calceta* is a road, highway. Qu.

Petrum filium Rogeri duas partes unius gardini et v. mes'[1] cum pert. in uico de Aldewico ut ius suum, unde quidam Petrus filius Alani auus ipsius Petri fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Henrici Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam dim. marc. etc., et de predicto Petro descendit ius terre illius cuidam Alano ut filio et heredi suo, et de predicto Alano isti Petro ut filio et heredi, et quod Petrus ita fuit seisitus et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Petrus filius Rogeri uenit et defendit ius suum nunc et alias ubi et quando[2] et seisinam predicti Petri et totum per corpus cuiusdam liberi hominis sui Johannis de Stokes nomine qui hoc offert defendere per corpus suum sicut curia considerauerit.

Et Petrus filius Alani petit sibi allocari quod cum ipse alias in comitatu peteret uersus eundem Petrum filium Rogeri terram illam ut ius suum sicut superius et paratus esset hoc disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Hugonis de Suwilla, et qui hoc optulit disracionare per corpus suum sicut curia consideraret, idem Petrus filius Rogeri uenit in eadem curia et defendit ius suum et totum et posuit se in magnam assisam Dom. Regis, et petiit recognicionem fieri quis eorum maius ius haberet in terra illa, unde petit iudicium si possit se defendere nunc per duellum desicut posuit[3] tunc in magnam assisam, et quod ita fuit processum in comitatu offert Dom. Regi xl. sol. pro habendo recordo comitatus, et si hoc non sufficit | tunc offert dissracionare ius suum per corpus predicti Hugonis de Suwella et qui hoc offert etc. Dicit eciam quod predictus Johannes non potest ius ipsius Petri defendere, nec disracionacionem facere pro aliquo, quia ipse apellatus est de membris suis. Dicit eciam quod non uidetur ei quod duellum debeat fieri inter eos quia ipsi sunt de uno stipite, quia quidam Alanus habuit tres filios, scil. quendam Petrum primogenitum, Rogerum, et Willelmum postnatum, et de Petro primogenito

Exceptum fuit quod nec duellum nec magna assisa iacuit quia de uno stipite et postea recognitum fuit quod antecessores fuerunt et[4] de uno stipite set terra non descendit set uenit de dono et feoffamento, et ideo utrumque inter eos [78 b.] tam duellum quam magna assisa, set quia tenens primo in comitatu se posuit in magnam assisam non potuit se postea defendere per duellum nec sic uariare, et ideo iudicium quod processit assisa magna.

[1] Probably *mesuagiorum*.
[2] *debet* expuncted; the full phrase is *ubi et quando defendere debebit;* when and where it shall behove him.
[3] Supply *se*.
[4] Om. *et*.

exiit quidam Alanus, et de predicto Alano iste Petrus qui nunc clamat, et de Rogero medio exiit iste Petrus qui nunc est[1], unde uidetur ei quod nec magna assisa nec duellum iacet inter eos, et bene dicit quod tota terra illa debuit ei descendere in hereditatem per predictum Petrum auum suum filium primogenitum ipsius Alani.

Et Petrus filius Rogeri uenit et bene concedit parentelam et descensum set bene dicit quod ipse nichil clamat nec aliquid habet per descensum illum et bene cognoscit quod predictus Alanus habuit tres filios secundum quod predictum est et quemlibet ipsorum feoffauit de perquisito suo, set Willelmus postnatus dedit partem suam Rogero fratri suo patri istius Petri qui tenet, ita de eodem Rogero patre suo descendit sibi gardinum illud et mesuag' in hereditatem et unde dicit quod nichil clamat per descensum de predicto Alano nisi tantum de feoffamento, [2]et si curia considerauerit quod duellum non sit inter eos ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat in gardino illo et mes' ut in illis unde predictus Rogerus pater suus habuit medietatem de dono predicti Alani senis patris sui et aliam medietatem de dono Willelmi fratris ipsius Rogeri cui predictus Alanus pater ipsius Rogeri dedit medietatem illam ut de perquisito suo, an idem Petrus filius Alani.

Et xl. sol. recipiuntur, et ideo preceptum est uicecomiti quod in pleno comitatu recordari faciat loquelam illam qualiter ipsa deducta fuit in comitatu et recordum habeat per iiij. milites de comitatu etc.

Et quia comitatus recordatur quod predictus Rogerus[3] posuit se in magnam assisam in comitatu, Consideratum est quod magna assisa procedat per uerba predicta.

555. Hereford. Robertus de Markele athachiatus fuit ad respondendum

[1] Tenant.

[2] In the MS. a new paragraph begins here; but clearly the plea of Peter Fitz Roger continues. There may be battle or grand assize because the parties, though of one stock, do not agree in claiming by inheritance from a given ancestor. If they claim by inheritance and agree about the pedigree there can be no duel or grand assize, but the matter will be decided by "count countant and plea pleadant," i.e. it will be decided on the pleadings.

[3] Tenant.

Radulfo Tinctori quare tenuit placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. contra prohibicionem etc.

Nota quod si secta defecerit in causa prohibitionis nec acta ostendantur nec aliud quod ualere possit ideo attachiatus sine die[1].

Et Robertus uenit et defendit contra ipsum Radulfum sicut uersus illum qui nullam sectam producit quod nunquam tenuit placitum in curia cristianitatis et dicit quod laicus est[2]. Et quia idem Radulfus nullam sectam producit nec acta[3] ostendit et quia aliquando dicit quod tenuit placitum et aliquando quod secutus fuit illud placitum, Consideratum est quod Robertus inde sine die et Radulfus in misericordia et sequatur uersus alios qui tenent et sequuntur si uoluerit etc.

556. Auicia filia Goseleni et Robertus filius eius optulerunt se iiij^to^. die uersus Willelmum de Putot uicecomitem Gloucestrie de placito viij. acr. terre et j. mesuagii cum pert. in Manegedesfeuldia que idem uicecomes clamat uersus eos in comitatu. Et Willelmus non uenit etc. nec misit[5] pone per quod loquela posita fuit coram iusticiariis in banco ad peticionem tenencium, et ex causa. Et ideo de consilio curie summoneatur Willelmus quod sit etc. ad sequendum si uoluerit uersus eos et tunc habeat pone et sit auditurus iudicium suum quare non habuit etc.

Glouc.

Nota quod tenens non habebit pone coram iusticiariis de banco nisi in poue assignetur certa causa et expressa quare ei concedatur[4].

557. Basilia que fuit uxor Thome de Thirn' petit uersus Thomam de Gelham medietatem lij. acr. terre cum pert. in Waxtunesham[6] ut dotem suam etc.

Norf.

Et Thomas uenit et dicit quod non tenet totam terram illam nisi tantum xxviij. acr. quia terra illa consumpta est per mare et ita quod inutilis efficitur. Et Basilia non potuit hoc dedicere et ideo Thomas inde sine die etc.

558. Sanicula que fuit uxor Mauricii de la Haye petit uersus Petronillam que fuit uxor Saeri de la Haye terciam partem nouies uiginti acr. bosci cum pert. in Bichamstede ut pertinentem ad liberum tenementum suum quod tenet in

Huntingd.

[1] Br. f. 410. A suit of two or three should be produced.

[2] Being a layman the charge of *holding* plea in Court Christian must be false.

[3] The acts of the ecclesiastical court.

[4] So Br. f. 332. The *Pone* is granted to a demandant without cause shown; but to a tenant only *ex causa necessaria in breui exprimenda.* Here the sheriff is demandant; so there is cause.

[5] A full stop in MS.

[6] Qu. Waxham between Yarmouth and Cromer. A great part of the parish has been swallowed by the sea.

dotem de Juliano de la Haye in eadem uilla de libero tenemento quod predictus Mauricius quondam uir suus tenuit in liberum maritagium. Et Petronilla ad alium diem uenit et uocauit inde ad warantum predictum Julianum de la Haye et qui nunc uenit et ei warentizat sicut boscum illum quem ipsa tenet in dotem et qui ad ipsum reuerti debet post mortem ipsius Petronille set dicit quod ipsa magis habet in dotem quam ad ipsam pertinet habenda, et unde dicit quod non debet warentizare ad hoc quod teneatur ad escambium si ipsa Petronilla amiserit pro ea parte qua plus habet quam habere debet.

Et Petronilla dicit quod ipsa Sanicula habuit et habet plene dotem suam de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Mauricii quondam uiri sui tam in boscis [72.] quam in aliis rebus et boscus fuit ei assignatus et ideo | licet ipsa boscum suum destrurerit[1] non debet ad ipsam et ad boscum suum recuperare, et bene dicit quod ipsa Sanicula de eo quod tunc ei assignatum fuit de terris et boscis et pertinenciis aliis se tenuit contentam et bene patet quia iam decem anni elapsi sunt quod Mauricius uir suus obiit et ipsa nunquam mouit inde quescionem[2].

De amensuratione dotis.

Et super hoc uenit Galfridus de Elingtona qui tenet quartam partem tocius bosci de Bachamstede, et Sanicula dicit quod nichil clamat in illa quarta parte nomine dotis.

Et Sanicula quesita quis fecit ei dotem dicit quod Galfridus de Elingtona custos predicti Saheri.

559. Essex. Walterus de Cadamo athachiatus fuit ad respondendum Willelmo de Curtona quare deforciat ei duas partes tercie partis feodi j. militis cum pert. in Tenderugg' quas clamat esse ius et hereditatem suam et in quas non habet ingressum nisi per Abbatem et Priorem de Langeleia et Priorem de Dudenosse[3] executores testamenti Thome de Longa Villa[4] qui eidem Waltero predictas duas partes tradiderunt quousque idem Willelmus reddidisset eisdem executoribus xxxvj.

[1] Sic.
[2] As to acquiescence in such a case see Br. f. 314 b.
[3] Dodnash in Suffolk.
[4] A mortgagee? The mortgage seems already to pass like a chattel to executors.

lib. quas debuit predicto Thome de Longa Villa et quas ei reddidit ut dicit etc.

Et Walterus uenit et dicit quod non fuit athachiatus et dicit quod libenter computabit cum eodem Willelmo et ideo etc. ut tunc ueniat uterque ipsorum instructus ad reddendum compotum et recipiendum.

560. Mabilia que fuit uxor Eudonis Eneband optulit se iiij^to^. die uersus Robertum de la More de placito tercie partis duarum uirg. terre et dimid. cum pert. in Wrokeshale quam clamat in dotem uersus eum. Et Robertus non uenit nec Philippus Deneband quem idem Robertus alias uocauit ad warantum set se ad alium diem essoniauit. Et ideo iudicium tercia pars capiatur in manum Dom. Regis et ipse Robertus summoneatur quod sit etc. ad audiendum iudicium suum etc.[1] Sum.

561. Alicia de Ersham summonita fuit ad respondendum Simoni de Echingham quo iure exigit communam pasture in terra ipsius Simonis in Bedingham desicut idem Simon nullam communam habet in terra ipsius Alicie in Ersham nec ipsa ei seruicium facit quare communam habere debeat. Sussex.

Placitum Quo Jure exigit communam. Responsio quod feoffati sunt de uno feodo et in una uilla[2].

Et Alicia per attornatum suum uenit et dicit quod terra de Bedingham et terra de Ersham sunt de uno feodo et in una uilla quia tota terra illa fuit aliquando Comitis Moretoign' et ipse dum fuit in manu sua dedit quandam partem Abbati Gresten'[3] de quadam parte feoffauit quendam ualletum suum et ipse ualletus postmodum dedit partem suam Abbati S. Albani et ipse Comes quamdam partem retinuit in manu sua usque ad bellum de Thernarchebray[4] et tunc quando idem Comes recessit a fide Dom. Regis dedit Dom. Rex terram illam antecessoribus Gileberti de Aquila et ipsi feoffauerunt antecessores ipsius Simonis, et semper omnibus temporibus illis fuit pastura illa communis et simul communicauerunt et adhuc bene concedit quod ipse Simon communicet in terra sua ita quod ipsa communam habeat in

[1] See Br. f. 387 and Case 573.

[2] Bracton, f. 230 b, cites this case anonymously. The county named in his printed text is Bucks. If the tenements are in the same barony, of the same fee and in the same township, there is common between neighbours.

[3] Grestain in Normandy.

[4] The battle of Tenchebrai in 1106. A very old story. William of Moretain forfeited his English lands in 1104. Hoveden, vol. I. p. 162.

terra ipsius Simonis. Et quia Simon non potest dedicere quin terra illa ubi communa est sit de j. feodo et una uilla, Consideratum est quod ipsa communicet cum eodem Simone in terra ipsius Simonis, et ipsa concedit quod ipse Simon communicet in terra sua ubique et in Gosebroc et Simon in misericordia pro falso clamore.

562. Norf. Galfridus filius Baldewini petit uersus Walterum filium Willelmi ix. acr. terre cum pert. in Si*m*gham et vj. acr. terre cum pert. in Welle et viij. acr. terre cum pert. in Bicham, et uersus Willelmum filium Rogeri j. acr. terre cum pert. in Bicham et uersus Henricum filium Durand j. acr. terre cum pert. in Bicham ut ius suum etc.

Et Walterus filius Willelmi uenit et est attornatus ipsorum Willelmi et Henrici et dicit quod ipsi tenent predictam terram de eo et eis warentizat et tam de terra quam eis warentizat quam de terra quam ipse tenet uocat ad warantum Rogerum de Cheuereuilla, habeat eum etc. per auxilium curie.

563. Essex. Johannes Fancillun summonitus fuit ad warantizandum Willelmo le *Lucre* j. caruc. terre cum pert. in Terling' quam tenet et de eo tenere clamat et unde cartam suam habet etc., et unde idem Willelmus queritur quod cum ipse teneat terram illam de dono Heltonis Fancillun per cartam ipsius Heltonis quam profert et que hoc testatur et per seruicium xij. den., et eciam de confirmacione ipsius Johannis per cartam suam quam profert et que testatur quod quietum clamauit et foras-affidauit et confirmauit ei totum ius suum secundum quod in carta ipsius Heltonis continetur, et quod posuit in contraplegium totam terram suam cum omnibus pert. suis ita quod nullum dampnum iacturam uel inpedimentum haberet pro defectu ipsorum Johannis et Heltonis uel heredum suorum, Dom. Justiciarius[1] distringit eum pro releuio centum sol. et quod faciat ei homagium et preterea quod Comes Johannes Huntingdone distringit eum per[3] seruicio duorum militum et exigit ab eo x. lib. unde deterioratus est et dampnum habet etc.

Nota quod ubi tenetur quis warantizare set tamen non habet unde warantizare possit bene potest wayuiare feodum suum, set si habeat non potest wayuiare[2].

[1] Hubert de Burgh, Earl of Kent.
[2] See Br. f. 23 b.
[3] Corr. *pro*.

Et Johannes uenit et cognoscit cartam et totum set dicit quod nichil habet unde possit warantizare uel defendere ipsum. |

Postea uenit Johannes et wayuiauit feodum suum[1]. [79 b.] Nota.

Dies datus est eis sine essonio ita quod idem Johannes sufficientem tunc inueniat securitatem de aquietando eundem Willelmum uersus capitales dominos et de faciendo eidem Willelmo[2] de hoc quod amisit per defaltam suam, et si tunc non possit ei inde satisfacere tunc wayuiet feodum illud et Willelmus ex tunc in ante sit intendens capitalibus dominis[3].

564. Preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret coram iusticiariis Rogerum filium Osberti Radulfum de Muncy Robertum de Coleuilla et Michaelem de Bauent iusticiarios constitutos ad assisam mortis antecessoris capiendam inter Oliuerum de Gladefen petentem et Willelmum Priorem de Legha[4] tenentem de dim. caruc. terre cum pert. in Capetona et de xl. sol. redditus cum pert. in Capetona et Belētona ad faciendum recordum illius assise sicut coram eis capta fuit, et unde idem Prior queritur quod assisa illa iniuste et contra consuetudinem regni Anglie capta fuit etc., et quod haberet predictum Oliuerum ad audiendum recordum illud et corpora recognitorum eiusdem assise ad certificandum etc. Suff.

Et Rogerus et omnes alii iusticiarii ueniunt et recordantur quod assisa mortis antecessoris uenit coram eis recognitura si Rogerus Gernun frater Oliueri fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de dim. caruc. terre cum pert. in Capetona et de xl. sol. redditus cum pert. in Capetona et in Beletona die etc., et si etc., quam terram et quem redditum Prior de Legha tenuit, et qui uenit et uocauit inde ad warantum Radulfum Gernun fratrem predictorum Rogeri et Oliueri primogenitum, et datus fuit ei dies de habendo waranto suo, et ad diem ei datum non habuit idem Prior warantum suum et ipsi per defaltam ceperunt assisam illam[5], et iuratores

[1] This clause would be postscript on the roll and should come after the next clause.

[2] A word may here be missing.

[3] The mesne lordship vanishes and William will hold of the superior lords.

[4] Lees, Austin Priory in Essex, of which this Ralph Gernon is reckoned the founder.

[5] A new paragraph in MS.; but the record of the justices continues.

dixerunt quod predictus Rogerus obiit seisitus de eadem terra et redditu ut de feodo et post terminum et quod predictus Oliuerus fuit propinquior heres, et ideo consideratum fuit quod Oliuerus recuperauit seisinam suam et Prior in misericordia. Et iuratores requisiti si tale sit recordum dicunt quod reuera assisa illa uenit recognitura secundum quod predictum est, set quia predictus Oliuerus habuit quemdam fratrem Radulfum nomine antenatum qui superstes fuit dubitauerunt utrum ipse Oliuerus esset propinquior heres uel non, quia dixerunt quod aliquando coram iusticiariis itinerantibus arramiauit predictus Radulfus assisam mortis antecessoris de morte predicti Rogeri de predicta terra et redditu uersus eundem Priorem et qui de predicta terra et redditu uocauit ad warantum Osbertum de Gladefen patrem predicti Radulfi qui summonitus ad warentizandum antequam warantizasset transtulit se religioni, et postea posita fuit assisa apud Westmonasterium, et ibi ostendit idem Prior qualiter predictus Osbertus transtulit se religioni, et dixit quod Radulfus filius ipsius Osberti et heres qui eandem assisam arramiauit uersus eum terram illam ei warentizare debuit per cartam patris sui, ita quod per responsum ipsius Radulfi consideratum fuit apud Westmonasterium quod idem Radulfus ei debuit warentizare et ita remansit assisa, unde et hiis racionibus dubitauerunt ipsi iuratores dicere utrum ipse Oliuerus esset propinquior heres ipsius Rogeri uel non. Et Oliuerus requisitus si ita esset et ipse hoc non dedixit.

Et predicti iusticiarii hoc primo dedixerunt et postea cognouerunt quod predicti iuratores dixerant quod idem Oliuerus habuit quemdam fratrem primogenitum.

Et Prior dicit quod recordum tale est nisi in hoc quod cum ipse uocasset predictum Radulfum[1] ad warantum et petiisset auxilium curie et pro habendo auxilio curie optulisset v. marc. et[2] habere non potuit nec audiri. Et iusticiarii hoc defendunt set dicunt quod Radulfus Gernun optulit Dom. Regi j. austurcum pro iudicio illius assise in respectum ponendo.

Et quia iusticiarii cognoscunt quod iuratores dixerunt

[1] *Radulfum* repeated. [2] Om. *et* (?)

quod predictus Oliuerus habuit quemdam fratrem Radulfum nomine antenatum et in hoc aquietauerunt ipsos iuratores et ipsi iusticiarii considerauerunt quod Oliuerus fuit propinquior heres eo quod predictus Radulfus non potuit esse dominus et heres, et hoc scilicet esse dominum et heredem spectat ad ius et non ad possessionem uel assisam mortis antecessoris, Consideratum est quod predicti iusticiarii in iudicio illo faciendo errauerunt et falsum fecerunt iudicium et ideo iusticiarii in misericordia et iuratores inde sine dìe et Oliuerus in misericordia et Prior recuperauit seisinam suam.

[1]Nota quod non iacet assisa mortis antecessoris inter fratrem iuniorem petentem de morte fratris sui et quemlibet alium, cum fuerit frater antenatus qui dominus est, licet non possit esse dominus et heres, quia hoc pertinet tantum ad ius et non ad seisinam, quia ad antenatum pertinet prima seisina[2] et ideo non iacet assisa. Set cum antenatus seisinam habuerit tunc poterit postnatus petere seisinam suam ab antenato predicta racione quia antenatus semper est propinquior heres set ius eum eiciet.

565. [3]Jurata uenit recognitura per Willelmum filium Radulfi[4] si Willelmus de Humaz anno et die quo Normannia perdita fuit fuit in seisina de manerio de Dudingtona cum pert. uel si Gerardus de Kaunuilla et Nicholaa uxor eius tunc fuerunt in seisina de predicto manerio et ante scil. tempore Regis Ricardi et postea sicut de parte que eos contingebat de hereditate que fuit Ricardi de Haya patris predicte Nicholae Julie et Isabelle sororum ipsius Nicholae tam in Anglia quam in Normannia per concordiam factam inter predictum Gerardum et Nicholaam et participes suos. Norhampt.

Juratores dicunt[5] quod predicti Gerardus et Nicholaa tenuerunt totam uillam de Dudingtona cum omnibus pert. suis exceptis v. uirg. terre et dimid. et v. coteriis et j. molendino tempore Regis Ricardi ut ius et hereditatem | ipsius [80.]

[1] This is a note begun in one margin, carried across the page and finished in the other. Suppose a man has three sons *A*, *B*, *C*, enfeoffs *B* and dies; the seignory descends to *A*; then *B* dies without issue; *C*, not *A*, has the best right to the land; *A*, it is true, is *propinquior heres* and so *C* cannot bring the mort d'ancestor against him or against a stranger, for here the question will be merely who is *propinquior heres;* but *A* cannot keep both the seignory and the inheritance, so *C* can recover from him in a writ of right. The justices are amerced for not understanding this.

[2] He is entitled to a primer seisin.

[3] For the pleadings see above, Case 502.

[4] The names of other jurors would follow on the roll.

[5] See Rot. Cl. vol. I. pp. 1, 28 b, 79.

Nicholae per finem factum inter ipsos et participes suos de eadem terra omnibus diebus uite sue et tempore Regis Ricardi et Regis Johannis. Et de predictis v. uirg. terre et dimid. et v. coteriis et predicto molendino dicunt quod tempore quo Normannia perdita fuit tenuit quidam Fulco Painel terram illam cotteria et molendinum, et tunc cepit Dom. J. Rex in manum suam terram illam cotteria et molendinum. Et Willelmus de Humaz prius habuit in Estuna v. uirg. terre et illas tradidit ipse Willelmus de Humaz Gerardo de Caumuilla et Nicholae uxori eius per predictum finem simul cum residuo de Dudingtona. Postea post mortem Willelmi de Humaz quando Normannia perdita fuit cepit idem Dom. J. Rex predictas v. uirg. terre in Estona in manum suam et illas concessit cuidam Simoni de Lingduna pro ducentis marcis quas idem Simon ei dedit. Post uenerunt predicti Gerardus et Nicholaa ad Dom. Regem et ostenderunt ei qualiter ipse pro uoluntate sua disseisiuit eos de terra de Estona. Et Dom. Rex tunc quia ipsi in tantum cum eo locuti fuerunt dimisit eis predictas v. uirg. terre et dimid. et quinque cotteria et molendinum in escambium predicte terre de Estona. Et quesiti utrum Dom. Rex tradidit eis in escambium terram illam uel ad uoluntatem suam[1] ex dono suo et pro escambio et precise dicunt quod nesciunt set bene dicunt quod ipsi eam habuerunt in escambium.

[2]Recordum missum est Dom. Regi et Dom. Rex reddidit ei seisinam suam set nescitur utrum per iudicium curie sue uel per uoluntatem suam.[2]

566. Oxon. Placitum de terra de terris de Goldore et de Cleore. De Phillippo de Bello Monte.

Hugo Druual et alii athachiati fuerunt ad respondendum Willelmo de Suttona quare intruserunt se in vij. hidas terre cum pert. in Goldore et in Cleyore de quibus finis factus fuit in curia Dom. Regis apud Westmonasterium inter predictum Willelmum de Suttona et Mabiliam quondam uxorem suam et Philippum de Bello Monte per quem finem tota predicta

[1] Perhaps the words *uel ad uoluntatem suam* are dislocated and should follow *pro escambio*.

[2–2] The whole of this clause may be part of the verdict and may refer to the doings of King John. But I think that the words *set nescitur*...... *uoluntatem suam* are part of the verdict, while the words *Recordum*...... *seisinam suam* state the result of the present action in which the issue is between the king and William Longsword who married Idonea de Camvill. Perhaps some words are dislocated.

terra cum pert. debuit remanere predicto Willelmo et Mabilie tota uita sua et post mortem ipsorum Willelmi et Mabilie debuit terra illa reuerti ad eundem Philippum per predictum finem sicut in cirographo inter eos confecto continetur, et quod idem Philippus profert et quod testatur quod predictus Philippus recognouit totam terram illam cum pert. esse ius ipsorum Willelmi et Mabilie tenendam tota uita ipsorum ita quod post mortem utriusque ipsorum tota terra illa reuerteretur ad ipsum Philippum et heredes suos quiete inperpetuum, et unde idem Willelmus queritur quod cum per finem illum esset in terra illa post mortem predicte Mabilie uxoris sue et iuisset[1] in campos suos, uenerunt predictus Hugo et omnes alii supradicti et prostrauerunt eum de equo suo in quo sedebat et sellam suam fregerunt et eum uerberauerunt et turpiter et inhoneste eum tractauerunt et postea intrauerunt domos ipsius Willelmi et ceperunt palefridum suum et illum abduxerunt et ceperunt fenum et alia que inuenerunt et arbores prostrauerunt et redditum ceperunt de hominibus ita quod dampnum habet etc., et inde producit sectam.

Et Hugo et omnes alii preter Willelmum Judas ueniunt et defendunt uim et iniuriam et totum, et uerum uolunt dicere. Reuera terram illam unde contencio est dedit quidam Thomas de Bello Monte Hugoni Druual in maritagium cum predicta Mabilia tenendam sibi et heredibus suis de ipsis Hugone et Mabilia exeuntibus et ipsi heredes habuerunt quendam Hugonem de Druual patrem istius Hugonis, et postea mortuo predicto Hugone primo uiro suo nupsit ipsa cuidam Auenello de quo nullos liberos habuit, et mortuo ipso Auenello nupsit ad ultimum isti Willelmo et de quo nullum liberum habuit[2], et mortua predicta Mabilia uenit idem Hugo et posuit se in terram illam ut in ius et hereditatem suam que ei descendit predicta racione et unde dicit quod fuit in seisina sicut de iure suo et hereditate sua, et unde dicit quod non se intrusit in terram illam iniuste.

[1] *inuenisset* corrected into *iuisset* by annotator.

[2] So at all events William cannot be tenant by curtesy. As to the second husband's right in his wife's maritagium, see Br. f. 438.

Ad finem uero respondet quod finis ille ei nocere non debet quia si finis factus fuit de eadem terra hoc fuit dum ipse fuit infra etatem et in custodia Dom. Regis et in castro de Wallingefordia, et preterea dicit quod aliquando in pleno comitatu uenerunt ipsi Willelmus et Mabilia et recognouerunt et concesserunt totam terram illam esse ius ipsius Hugonis et illam ei ibi reddiderunt, ita quod post concessionem et recognicionem illam fuit idem Hugo in seisina per j. annum ita quod homines feoffauit de eadem terra et postmodum misericordia motus concessit ipse predictis Willelmo et Mabilie matri sue terram illam pro uoluntate sua et ad sustentacionem ipsorum et unde dicit quod non habuerunt seisinam aliquam nisi de gracia secundum quod predictum est.

Et Willelmus uenit et dicit quod predicta Mabilia uxor sua nec ipse postquam eam desponsauit nunquam se dimiserunt nec fuerunt extra seisinam, et bene dicit quod aliquando tempore Regis J. inplacitauit quidam Robertus de Chaucumba ipsum et predictam Mabiliam etc. de predicta terra, ita quod placitum bene durauit per xx. annos et ita quod ipsi uocauerunt ad warantum predictum Philippum de Bello Monte et remansit loquela in suspenso per aliquod tempus propter etatem ipsius Philippi et cum ad etatem prouenit finem fecit cum predicto Roberto pro xxx. marc. ita quod idem Robertus se retraxit, et tunc propter expensas quas ipse[1] ad hoc apposuit factus fuit finis et concordia inter predictos Willelmum et Mabiliam et Philippum secundum quod predictum est.

Et quia predictus Hugo nichil ostendit quod predicta Mabilia uel Willelmus essent extra seisinam et quia ipsa
[80 b.] finem | facere potuit et dare et uendere hereditatem suam et quia cognoscunt quod contra finem illum se intruserunt, Consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam et quod finis teneatur donec secundum legem terre adnichi-

Nota quod si terra data fuerit alicui mulieri in maritagium et heredibus de corpore suo exeuntibus, bene potest dare terram illam illa cui sic data fuerit in maritagium et finem facere[2].

[1] Philip Beaumont.

[2] This note, which supports the received doctrine as to the alienability of the fee conditional, goes beyond the decision, which leaves open the question whether the fine might not be annulled by legal process.

letur et quod idem Hugo satisfaciat ei de dampnis et quod custodiantur omnes transgressores.

567. Ricardus de Blochesduna athachiatus fuit ad respondendum Abbati de Flexlegha quare prostrauit quoddam fossatum quod idem Abbas de licencia Dom. Regis leuauit circa boscum de Tunbrugg' quem Dom. Rex ei dedit et carta sua confirmauit etc. et unde idem Abbas dicit quod per prostracionem illam deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam etc. et inde producit sectam. Glouc.

Et Ricardus uenit et defendit contra ipsum et sectam suam quod ipse nullum fossatum prostrauit et si prostratum est hoc non est per ipsum set per Comitem Willelmum Marescallum prostratum fuit et inde profert literas Comitis patentes et testificantes quod ipse aduocat prostracionem illam.

Et Abbas dicit quod ipse Ricardus prostrauit fossatum illud et per prostracionem illam habet predictum dampnum et inde ponit se super patriam et offert Dom. Regi xx. sol. pro habenda inquisicione et admittuntur. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus placitorum corone conuenire faciat xij. et per eorum sacramentum etc., si predictus Ricardus prostrauit fossatum illud secundum quod predictum est, et si illud prostrauit, quale dampnum idem Abbas habuit per prostracionem illam etc., et inquisicionem scire faciat etc. per literas et per duos etc.

568. Sibilla Haringod athachiata fuit ad respondendum Henrico filio Roberti Parmentarii London' quare non reddit ei c. sol. et xxv. den. quos ei debet et iniuste detinet ut dicit, et unde idem Henricus dicit quod ipsa Sibilla ei reddidisse debuit ad festum S. Mich. iam iiij. annis elapsis xj. sol. quos ei acomodauit et non reddidit, et preterea dicit quod totum residuum ei debitum fuit de furruris et pennulis quas ei acomodauit[1] et ad predictum terminum reddidisse debuit et non fuit redditum et inde producit sectam et quod debitum illud captum fuit per manum ipsius Sibille et non per manum Nicholai Heringod uiri sui, et bene dicit quod postquam idem Nicholaus uir suus perfectus[2] fuit in terram sanctam intrauit Sussex.

[1] *acomodare*, to lend; *mutuare*, to borrow. Apparently Sibilla hired her finery.

[2] Corr. *profectus*.

ipsa in solucionem et tailliam fecit et cognouit et inde producit sectam.

Et Sibilla per attornatum suum dicit quod non debet ei respondere quia iam iiij. annis elapsis predictus Nicholaus uir suus uixit et si ipse debitum illud mutuasset ipsa non tenetur respondere cum ipsa non sit heres suus nec mutuauit debitum per manum suam et bene defendit quod ipsa per manum suam nunquam denarios nec furruras nec pennulas mutuauit ab eo. Post cognouit ipsa per attornatum suum quod debitum ei liberatum fuit et quod ipsa fecit tailliam et intrauit in solucionem tempore uiri sui. Et quia tunc discordia fuit inter ipsam et uirum suum Consideratum est quod reddat debitum et sit in misericordia pro iniusta detencione[1].

DE TERMINO S. TRINITATIS ANNO REGNI REGIS QUINTODECIMO[2].

569. Warr. [3]Walterus Espigurnel et Celestria uxor eius per eundem Walterum etc. petunt uersus Priorem de Kenilwurthe aduocacionem ecclesie de Muluertona ut ius ipsius Celestrie, unde quidam Henricus pater ipsius Celestrie fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui Dom. Regis, ita quod presentauit ad eandem ecclesiam quendam Galfridum fratrem suum qui ad presentacionem suam fuit admissus et cepit expleta ad ualenciam dim. marc. ut in oblacionibus et aliis obuencionibus etc. et de predicto Henrico descendit ius illius aduocacionis isti Celestrie ut filie et heredi, et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Prior per attornatum suum uenit et defendit ius suum nunc et alias ubi et quando[4] et seisinam predicti Henrici et totum et ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit

[1] A notable case. Feme coverte living apart from her husband can contract a debt.

[2] For this term B = Coram Rege Roll No. 38. The roll is in bad plight and I have not found quite all the cases which are in the note-book.

[3] B. m. 3.

[4] Supply *defendere debebit*; but sic B.

recognicionem fieri, utrum ipse maius ius habeat in predicta aduocacione an idem Walterus et Celestria.

570. [1]Prior de Berencestria[2] attachiatus fuit ad respondendum Rogero Tyrel quare tenet placitum in curia cristianitatis inter Magistrum Johannem de Hickefordia et eundem Rogerum de catallis que non sunt etc. contra prohibicionem etc., et unde idem Rogerus queritur[3] tenet placitum de x. marc. et uno esperuero[4] soro que idem Magister Johannes petit uersus eum, unde deterioratus est etc., et inde producit sectam. Oxon.

Et Prior uenit et defendit contra ipsum et sectam suam quod nunquam post prohibicionem iniuste[5] tenuit placitum | set uerum wlt dicere. Predictus Magister Johannes habuit [81.] quandam neptem Katerinam nomine et uoluit eam maritare cuidam Willelmo filio Engelranni, et in tantum processum fuit quod[6] in negocio illo fides data fuit quod idem Willelmus eam duceret in uxorem, et processu temporis uenit idem Willelmus et in tantum locutus fuit cum predicto Rogero Tyrel post fidem datam inter ipsum et predictam Katerinam quod filius ipsius Rogeri duceret[7] in uxorem in facie ecclesie sollempnitate adhibita et postea subsecuta fuit carnalis commixtio ita quod matrimonium illud dissolui non potuit, propter quod idem Magister Johannes inplacitauit ipsum Engelrannum patrem ipsius Willelmi cuius consilio idem Willelmus ductus fuit ita quod predictus Rogerus intrauit in defensionem pro eodem Engelranno et pro Willelmo filio suo, et in tantum processum fuit inter eos quod ipsi inter eos talem fecerunt composicionem quod ipsi dare deberent predicto Magistro Johanni x. marc. et unum esperuerum ut idem Magister Johannes a lite discederet et idem Rogerus spontanea uoluntate pro predictis Engelranno et Willelmo constituit se soluturum predictos denarios et esperuerum eidem Magistro Johanni, et renunciauit omni priuilegio fori secundum quod acta[8] testantur que in banco proferuntur, et unde dicit quod non iniuste tenuit placitum illud cum illud dependens sit a causa matrimoniali.

[1] B. m. 1 d.
[2] Bicester Priory, Oxfordshire.
[3] Supply *quod*, B.
[4] *speruero*, B. A sparrow-hawk.
[5] Om. *iniuste*, B.
[6] Place this *quod* before *fides*, B.
[7] *duxit*, B.
[8] The acts of the Court Christian.

Nota quod non habet locum prohibitio regia de denariis promissis ob causam matrimonii, et si forte non tenuerit matrimonium et si inde transactum fuerit[1].

Et Rogerus cognouit quod interfuit ubi placitum illud placitatum fuit inter ipsum Magistrum Johannem et predictos Willelmum et Engelrannum et quod fides ita data fuit. Et ideo quia placitum istud est dependens de matrimonio et quia idem Rogerus constituit se soluturum denarios illos et renunciauit priuilegio fori, et preterea quia idem Rogerus nullam sectam producit sufficientem quod idem Prior tenuit placitum illud post prohibicionem, Consideratum est quod Prior inde quietus et Rogerus in misericordia. Et procedat loquela in curia cristianitatis de denariis illis.

571. Norhampt.

[2]Juliana que fuit uxor Galfridi de Deseburgo petit uersus Ricardum filium Normanni terciam partem duarum parcium j. uirg. terre cum pert. in Deseburgo ut dotem suam etc.

Nota de dote si heres fuerit infra etatem et nichil habuerit de hereditate patris unde warentizare possit quod mulier recuperet dotem suam uersus tenentem qui warantum uocauerit[3].

Et Ricardus uenit et est infra etatem et Robertus clericus auunculus ipsius Ricardi uenit et cognoscit quod predictus Galfridus tenuit terram illam et illam uendidit patri predicti Ricardi, et heres ipsius Galfridi nichil habet de hereditate ipsius Galfridi unde warentizare posset si uocaretur ad warantum. Et ideo Consideratum est quod Juliana recuperauit seisinam suam de dote uersus Ricardum et Ricardus in misericordia.

572. Linc.

[4]Matillis Comitissa de Huntingdona per attornatum suum petit uersus Anketillum Locard ij. bouat. terre et sex sol. redditus cum pert. in Gorkeby[5] ut ius suum per breue de ingressu de Comite Dauide quondam uiro suo cui in uita sua contradicere non potuit etc.

Et Anketillus uenit et petit inde uisum, habeat etc. et interim etc. Et Anketillus petit iudicium si debeat ei respondere desicut Comitissa non reddidit ei x. lib. vij. sol. et ix. den. qui denarii ei adiudicati fuerunt pro dampnis suis que habuit per disseisinam quam eadem Comitissa ei fecit de illa terra[6]. Et attornatus Comitisse dicit quod denarii illi redditi sunt uicecomiti et dicit quod ad diem illum habebit

[1] This case is cited by Bracton f. 407 b. An ecclesiastical suit for breach of promise is compromised; a debt due under the compromise can be recovered in Court Christian. It is referred to in Fitz. *Prohibicion*, 24.

[2] B. m. 2 d.

[3] *qui war' uoc'*. It seems inferred that at first Richard by his guardian vouched Geoffrey's heir.

[4] B. m. 2.

[5] *Gosseby*, B.

[6] Br. f. 427 b.

warantum suum et ideo habeat warantum suum antequam ei respondeatur.

573. [1]Mabilia que fuit uxor Eudonis Deneband petiit uersus Robertum de la More terciam partem duarum uirg. terre et dimid. cum pert. in Wrockeshale ut dotem suam ita quod predictus Robertus fecit defaltam a die etc. postquam uocauit inde ad warantum Philippum Deneband, et terra capta fuit in manum Dom. Regis per defaltam, et ipse summonitus fuit quod esset auditurus iudicium suum ad hunc diem. Et Robertus nunc uenit et non potest sanare defaltam et ideo Consideratum est quod Mabilia recuperauit seisinam suam et Robertus in misericordia. Sum.

574. [2]Margeria de Feritate athachiata fuit ad respondendum Rogero de Clare et Alicie uxori eius quare fecit uastum uendicionem et exilium de terris domibus boscis et hominibus quos habet in dotem de hereditate ipsius Alicie in Essingham ad exhereditacionem ipsius Alicie, et unde ipsi Rogerus et Alicia queruntur quod per uastum uendicionem et exilium illud terra illa destructa est quia ipsa boscum uendidit [3]et homines trecentum marcarum et herroniam quandam destruxerunt[3]. Surr.

Et Margeria uenit et defendit quod nullam fecit destruccionem nec uastum secundum quod predictum est set reuera quando ipsa fuit sub potestate Galfridi de Say uiri sui dum idem Galfridus fuit uir suus ipse inde uendidit et dedit sine querela quam ipsi[4] inde fecissent, et ipsa reuera postquam celebratum fuit diuorcium et matrimonium solutum[5] inter ipsam et predictum Galfridum fecit ipsa domos et edificia in terra illa per que terra illa multum meliorata est, et preterea petit iudicium ex quo nullam umquam habuit prohibicionem inde[6] et continetur in breui quod habuit prohibicionem, et bene defendit quod nunquam in uiduitate sua fecit inde uastum exilium uendicionem[7]. Et ipsi Rogerus et Alicia

[1] B. m. 2. For earlier proceedings see Case 560.

[2] B. m. 2.

[3–3] *et homines destruxit ad valenc. ccc. marc. et preterea quod quandam heroneram destruxit*, B. She has exiled or impoverished the villeins and destroyed the heronry.

[4] The plaintiffs.

[5] Om. *et matrimonium solutum*, B.

[6] As to the necessity for a prohibition see Br. f. 315.

[7] *uastum uendicionem uel exilium*, B.

nullam sectam producunt sufficientem quod in uiduitate sua [81 b.] uastum fecerit uel | exilium nec aliquid certum exprimunt. Et Margeria dicit quod heroneria destructa fuit per Odon' Danmartin primi uiri sui[1]. Ad diem illum quia predicta secta quam predicti Rogerus et Alicia produxerunt nichil certum dixit quod uastum predicta Margeria fecerit in uiduitate sua nec eciam si uastum fecit uel non, et si factum fuit in quibus rebus et quale sit factum, et preterea quia ipsi Rogerus et Alicia non dedicerunt[3] quin uastum illud si aliquod ibi factum fuit factum esset temporibus Galfridi de Say secundi uiri sui, Consideratum est quod Margeria inde quieta et Rogerus in misericordia, et prohibitum est Margerie quod quicquid aretro actum fuerit[4] quod decetero uastum non faciat uel destruccionem.

Nota quod femina excusatur a uasto quod factum tempore uiri sui ex quo ipsa nullum fecit tempore uiduitatis sue[2].

575. Essex. [5]Radulfus Blacbarfot et Alicia uxor eius per attornatos suos petunt uersus Osbertum Scotum x. acr. terre cum pert. in Duntona ut ius ipsius Alicie et in quas non habet ingressum nisi per Henricum filium Wulwini cui Henricus pater ipsius Alicie cuius heres ipsa est dimisit ad terminum x. annorum.

Et Osbertus uenit et defendit ius suum et talem ingressum et dicit quod ipse et antecessores sui semper fuerunt inde in seisina a tempore H. Regis aui Dom. Regis, et petit iudicium desicut idem Radulfus et Alicia cirographum nec cartam ostendunt nec aliud quod terra illa ita tradita fuit ad terminum, et bene defendit quod nullum habet ingressum per predictum Henricum quia antequam ille Henricus aliquid haberet in uilla illa fuit ipse Osbertus in seisina tempore Regis Ricardi per iiij. annos per quendam procuratorem de Becco[7] qui terram illam ei reddidit ut ius suum. Et quia ipsi Radulfus et Alicia nichil ostendunt quod terra illa ita data fuit ad terminum nisi tantum uocem suam simplicem, Consideratum est quod loquela uacua est et ideo Osbertus inde sine die et Radulfus in misericordia.

Vacua est loquela ex quo nichil ostensum est uel probatum de termino nisi per simplicem uocem[6].

576. Buck. [8]Ada Inge optulit se iiij[to]. die uersus Matheum Archi-

[1] *per patrem Odon' Danmartin*, B; the *patrem* in B is interlined.
[2] So Br. f. 316. This case is Fitz. *Wast*, 133.
[3] *dedicunt*, B.
[4] *sit*, B, which has the repeated *quod*.
[5] B. m. 2 d.
[6] See Br. f. 320.
[7] *procuratorem Abbatis de Becco*, B.
[8] B. m. 4.

diaconum Buck. de placito quare tenuit placitum in curia cristianitatis de layco feodo ipsius Ade in Wendouere contra prohibicionem, et uersus Robertum Decanum de Wendouere quare secutus est illud idem placitum contra eandem prohibicionem etc. Et ipsi non uenerunt etc., et quia testatum fuit alias quod Archidiaconus nullum habuit laicum feodum, ideo mandatum fuit Episcopo Lincolniensi quod faceret eum uenire ad hunc diem, et Episcopus nichil inde fecit, et ideo summoneatur Episcopus quod sit etc. et ibi habeat predictum Archidiaconum. Et quia testatum est quod Decanus habet laicum feodum in Wendouere preceptum est uicecomiti quod distringat eum per terras et catalla quod sit ad diem illum et unde mandasti[1] quod non habuit laicum feodum et testatum fuit etc.

577. [2]Emma que fuit uxor H*umm*edew[3] Scissoris petit uersus Johannem filium Rogeri Fesaunt medietatem j. mesuagii cum pert. in Oxonia ut dotem suam etc. Et super hoc ueniunt balliui Oxonie et dicunt quod nemo debet placitare de tenuris infra uillam Oxonie extra uillam illam et petunt libertatem suam et habent et ideo dictum est eis quod teneant eidem Emme iusticiam secundum consuetudinem uille sue etc. Oxon.

578. [4]Prior de Wudebrug'[5] summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo waranto leuauit quoddam mercatum in Wudebrugg' ad nocumentum mercati Dom. Regis de Gypewico, et unde balliui de Gypewico qui secuntur[6] pro Dom. Rege dicunt quod qualibet die Mercurii quando mercatum est apud Gypewicum in uilla Dom. Regis tenet ipse Prior mercatum in predicta uilla de Wudebrugg' unde mercatum de Gypewico deterioratum est etc. per quod non possunt sustinere firmam Dom. Regis. Suff.

Et Prior uenit et defendit quod ipse nullum mercatum leuauit set Hugo Ruffus illud leuauit et habuit illud leuatum per tres annos ante mortem suam, et inde habuit cartam

[1] *mandauit*, B.
[2] B. m. 6.
[3] *Humedeu*, B.
[4] B. m. 6.
[5] *Wudeburg'*, B. Woodbridge in Suffolk.
[6] *sequuntur*, B. Note this use of the king's name by private litigants. As to the action for disturbing a market see Br. f. 235.

Dom. Regis sufficientem, et dicit quod habet illud mercatum ex dono ipsius Hugonis, et uocat inde ad warantum Hugonem filium et heredem predicti Hugonis qui est infra etatem et in custodia Norwicensis Episcopi. Ideo summoneatur custos quod habeat eum etc. per auxilium curie quia alium diem

579. Berck. [1]Robertus de Burnebu et Johanna uxor eius, Johannes le Brun[2] et Alicia uxor eius, Ricardus Burdun et Egelina uxor eius, Radulfus de Weduna et Laurencia uxor eius optulerunt se iiij^{to}. die uersus Willelmum Maudut de placito iiij. parcium trium caruc. terre cum pert. in Ledecumba quas ipsi Robertus et alii clamant ut ius suum uersus eum etc. Et Willelmus non uenit set se essoniauit de malo ueniendi et essonium non est ei allocatum quia habuit attornatum Walterum de la More. Et loquela que posita fuit in respectum pro transfretacione Dom. Regis[3] fuit resummonita etc., et ideo terra capiatur in manum Dom. Regis etc. et dies etc. et ipse summoneatur quod sit a die etc. | Et Bartholomeus de Rakingtona et Matillis uxor eius participes ipsius Roberti et aliorum non uenerunt et summoniti fuerunt et ideo alii sequantur de parte sua etc.

[82.] Nota quod inter participes si quidam sequantur de parte sua et alii sequi noluerint, nichilominus extunc cum summoniti fuerint procedant alii de parte sua[4].

580. Bed. [5]Amicia de Karun athachiata fuit ad respondendum Elizabet, Lucie et Margerie filiabus et heredibus Hugonis de Karun quare fecit uastum fecit[6] destruccionem et exilium de terris domibus gardinis et boscis que tenet in dotem in Herdewic et in Cliftona de dono Johannis de Karun quondam uiri sui aui predictarum Elizabe[7] Lucie et Margerie cuius heredes ipse sunt ad exhereditacionem ipsarum contra prohibicionem etc., et unde ipse Elizabet Lucia et Margeria queruntur quod eadem Amicia fecit uastum scil. de xv. acr. bosci et de uno gardino in Cliftona et unde deteriorate sunt et dampnum habent ad ualenciam etc. et inde producunt sectam.

In placito uasti quamuis implacitati uastum defendant contra eos et sectam procedendum erit ad inquirendum de uasto et non ad legem defensionis[8].

Et Amicia uenit et defendit destruccionem uastum et

[1] B. m. 6.
[2] *Johannes de Burnebu*, B.
[3] Supply *etc.* B. The king crossed to Brittany in May 1230 and returned in October.
[4] So Br. f. 429.
[5] B. m. 4 d.
[6] *uendicionem* not *fecit*, B.
[7] Corr. *Elizabethe*, B.
[8] So says Bracton, f. 315 b, but adds that according to some the defendants may wage their law.

exilium et dampnum et totum contra ipsas et sectas ipsarum. Et ideo preceptum est uicecomiti quod assumptis secum xij. tam militibus quam aliis etc. de uisneto de Herdewico et de Cliftona in propria persona sua accedat ibidem et per eorum sacramentum diligenter inquirat quod uastum et quod exilium eadem Amicia fecit in domibus gardinis terris et boscis que tenet in dotem etc. ad exhereditacionem ipsarum Elizabet et aliarum et inquisicionem scire faciat etc. per duos etc.

581. [1]Rogerus de Hiltingtona[2] summonitus fuit ad respondendum Eustachie que fuit uxor Thome de Arderne quare non tenet ei conuencionem inter eos factam de sex uirg. terre et v. acr. prati cum pert. in Ructona etc., et unde Eustachia queritur quod cum idem Rogerus eam feoffasset de predicta terra cum pert. per cartam suam et eam warentizare et defendere deberet uersus omnes gentes tam cristianos quam iudeos et de omnibus debitis et demandis aquietare uersus Dom. Regem et omnes cristianos uel iudeos uenit Radulfus Molendinarius Conuentr'[3] cui ipse Rogerus per viij. dies uel xv. terram illam dimisit ad terminum ut ipsa Eustachia dicit et eiecit ipsam Eustachiam et instaurum[4] et aueria sua amouit per quod deteriorata est etc. Bed.

Et Rogerus uenit et defendit dampnum et cognoscit conuencionem et totum et dicit quod predictus Radulfus Molendinarius nullum ingressum habuit per illum set habuit per quemdam Abraham filium Samuel de Norhamptona iudeum cui terra illa prius inuadiata fuit. Et quia iudeus ille diem habet de eodem coram iusticiariis[5] ad custodiam iudeorum assignatis a die etc. preceptum est uicecomiti quod habeat corpus predicti Radulfi Molendinarii ad predictum diem ad respondendum quare ipsam Eustachiam eiecit de terra illa et ad cognoscendum quid iuris clamat in terra illa uel feodum uel firmam et per quem etc.[6] et summoneatur in com. Warr.

582. [7]Ricardus de Insula summonitus fuit ad respondendum Suff.

[1] B. m. 5 d.
[2] *Whichington*, B.
[3] *de Couentre*, B.
[4] Farming stock.
[5] *coram iusticiariis* interl. by annotator.
[6] B stops.
[7] B. m. 5 d.

Dom. Regi quo waranto tenet se in lxiiij.[1] acr. terre cum pert. in Gorlestona unde Johannes le Fleg aliquando secutus fuit pro Dom. Rege.

Et Ricardus uenit et dicit quod quidam Gunnof[2] antecessor suus tenuit terram illam a conquestu Anglie et terram illam dedit Roberto patri ipsius Ricardi qui illam tenuit per quateruiginti annos et eo amplius et de ipso Roberto descendit ius terre illius et terra illa isti Ricardo et inde profert literas Dom. H. Regis aui Dom. Regis patentes et per quas significauit uicecomiti et ministris suis de Suffolcia et precipit quod Robertus filius Osberti teneat terram suam de Gorlestuna bene et in pace iuste et libere sicut Gunnerus antecessor suus illam melius et liberius tenuit tempore H. Regis aui ipsius Regis. Et nullus sequitur pro Dom. Rege nec scitur quid dici possit contra hoc et ideo Ricardus sine die donec Dom. Rex aliud preceperit.

583. War. [3]Henricus de Lilleburnia athachiatus fuit ad respondendum Priorisse de Etona quare deforciat ei sex sol. redditus cum pert. de libero tenemento quod tenet in Stockingeford et quem redditum eadem Priorissa recuperauit coram[4] iusticiariis itinerantibus uersus eundem Henricum per assisam noue disseisine inde inter eos captam etc. unde dicit quod ei aretro sunt xxviij. sol.

Et Henricus uenit et dicit quod nullum redditum ei deforciat nec umquam de eodem redditu fuit in seisina nec ipsa aliquem redditum coram iusticiariis recuperauit.

Et Priorissa per attornatum suum dicit quod redditum illum recuperauit secundum quod predictum[5] est et inde ponit se super rotulos. Querantur rotuli. Postea quesiti sunt rotuli de itinere M. de Pateshulla in com. Warreuic. et in illis compertum est quod Priorissa tulit assisam noue disseisine uersus Abbatem Leicestrie et predictum Henricum de predicto redditu sex sol. et ibi responsum fuit ab eodem Henrico quod ipsa nunquam habuit redditum illum nisi per conuencionem inter eos factam pro habendis aisiamentis in

[1] *xliiij*, B.
[2] *Gunnerus*, B.
[3] B. m. 6 d.
[4] Supply *Martino de Pateshulla et sociis suis*, B.
[5] *quod predictum*, repeated.

pastura eiusdem Priorisse et quia ipsa non tenuit conuencionem illam | ideo non reddidit ei eos vj. sol., et Priorissa dixit [82 b.] quod Willelmus de Nouo Mercato dedit domui sue illas vj. sol. redditus postquam idem Henricus habuit tenementum illud ex dono Abbatis Leycestrie, et super hoc capta fuit assisa et per eam recognitum fuit quod Priorissa solebat recipere sex sol. de tenemento quod idem Henricus tenuit racione tenementi et non pro aliqua conuencione. Et ideo Consideratum est quod Priorissa recuperauit seisinam suam et Henricus in misericordia, custodiatur et satisfaciat Priorisse de arreragiis[1].

584. [2]Willelmus de Allegate summonitus fuit ad respondendum Willelmo de Cheggewella quare finem fecit in curia Dom. Regis coram iusticiariis apud Westmonasterium de uno mesuagio et sexaginta acr. terre cum pert. in Cheggewella que terra est ius et hereditas ipsius Willelmi de Cheggewella et in quam idem Willelmus de Allegate non habet ingressum nisi per Gilebertum Brian patrem ipsius Willelmi de Cheggewella cuius heres ipse est qui illam ei dimisit ad terminum qui preteriit ut idem Willelmus de Cheggewella dicit. Essex.

Et Willelmus uenit et cognoscit quod talem ingressum habuit in inicio, set postea habuit terram illam in feodo de dono Gileberti patris ipsius Willelmi per cartam suam et de dono et confirmacione ipsius Willelmi. Et inde profert cartam predicti Gileberti que testatur quod idem Gilebertus dedit etc. Edrico de Allegate capitale mesuagium suum in uilla de Thiggewella[3] et omnes terras quas habuit in eadem tenendas de se [4]et heredibus suis de ipso Gileberto et heredibus suis per vj. den. per ann. et ipse warentizabit etc. Profert eciam cartam Willelmi filii eiusdem Gileberti que testatur quod dedit et confirmauit eidem Willelmo filio Edrici omnes terras et tenementa que Gilebertus pater suus ei dimisit in feodo in uilla de Theggewella, habendas et tenendas ei et cuicunque dare uel assignare uoluerit sibi et heredibus suis

[1] Payment is respited on terms stated in a postscript. B.

[2] B. m. 6 d.

[3] *Chiggewell'* throughout B.

[4] Corr. *sibi* not *de se*; but sic B.

de ipso Willelmo de Theggewella et heredibus suis et warentizabunt etc. Profert eciam quandam cartam cuiusdam Roberti Britonis per quam idem Robertus feoffauerat predictum Gilebertum de eodem tenemento, et quam cartam idem Gilebertus reddidit eidem Willelmo quando ei fecit cartam de feoffamento[1]. Et quia idem Willelmus primo dedixit cartas et sigilla et dixit quod tunc habuit aliud sigillum et in alia formá quam sigillum fuit quod prolatum fuit in iudicio et cartis appensum et nunc unum bonum[2] sigillum profert, Consideratum est quod finis inter Abbatem et Willelmum de Allegate[3] factum in curia Dom. Regis de eadem terra teneatur, et Willelmus de Theggewella custodiatur, et nec ipse nec heredes sui decetero habeant aliquod recuperare de eadem terra uersus aliquos etc.[4]

585. Wilton. [5]Dies datus est Johanni filio Galfridi querenti et Priori de Bradenestoke per attornatum suum de seruicio et consuetudinibus unde inquisicio, a die S. Mich. in tres septimanas quia attornatus Prioris queritur quod inquisicio que facta fuit alias non fuit facta coram uicecomite et coronatoribus nec in comitatu nec per milites. Et non[6] preceptum est uicecomiti sicut alias quod faciat inquisicionem et illam mittat ad diem illum, et dictum est attornato Prioris quod deliberari faciat j. bouem captum pro eodem seruicio et omnia sint in pace usque ad diem illum, et uicecomes cum inquisicione illa tunc uenire faciat breue per quod idem Prior inplacitat ipsum Johannem de eodem seruicio[7], et dicitur quod[8] summoneat Priorem quod tunc sequatur et ueniat ad sequendum si uoluerit.

586. Essex. [9]Ricardus Abbas de Stratfordia[10] athachiatus fuit ad respondendum Galfrido Corbicun quare ei non facit consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento quod de eo tenet in Lectona, et unde idem Galfridus queritur

[1] The title deeds are handed over.
[2] Corr. *nouum*, B.
[3] A mark illegible by me; B has nothing between *Allegate* and *factum* (corr. *factus*) and nothing seems wanted.
[4] The first few lines of Case 581, are here repeated; but the passage is enclosed in a *Vacat*.
[5] B. m. 6 d.
[6] Corr. *ideo*, B.
[7] There are cross actions.
[8] Om. *dicitur quod*, B.
[9] B. m. 7.
[10] Stratford Langthorne in Essex. Monast. vol. 5, p. 586.

quod cum idem Abbas ei reddere deberet de eodem tenemento vj. marcas argenti per ann. idem Abbas detinuit ei seruicium illud per sex annos ita quod ei aretro sunt adhuc triginta sex marce et unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam x. marcarum.

Et Abbas uenit et cognoscit quod tenet tenementum illud de predicto Galfrido et quod aliquando ei reddere debuit predictas vj. marcas, set reuera Beatricia Corbicun mater ipsius Galfridi aliquando petiit in curia Dom. Regis terciam partem illius terre in dotem uersus predictum Abbatem ita quod ipse Abbas uocauit inde ad warantum predictum Galfridum et in tantum per concordiam processum fuit inter eos quod ipse warentizauit et concessit quod ipse Abbas et successores sui quamdiu predicta Beatricia uiueret redderent eidem Beatricie nomine dotis iiij. marcas quolibet anno pro tercia parte sua quam ipsa petiit, et postmodum uenit ipsa et petiit uersus Walterum de Eyuilla[1] terciam partem cuiusdam terre in dominico et ipse uocauit inde ad warantum predictum Galfridum et ipse warentizauit et attornauit Abbatem ad reddend' eidem Beatricie j. marcam pro illa[2] tercia parte illa ita quod non superfuit reddenda eidem Galfrido aliquo anno in posterum nisi j. marca et de marca illa semper hucusque ei satisfecit ad terminos inter eos statutos et inde profert plures literas patentes de solucione illa facta, et bene dicit quod semper hucusque redidit[3] eidem Beatricie | pre- [83.] dictas quinque marcas et inde uocat eam ad warantum. Et uicecomes uenire faciat etc. Willelmum de Wintercumba et Beatriciam uxorem eius ad cognoscendum si per sex annos proximo preteritos receperunt de Abbate de Stratfordia v. marcas de vj. marcis quas idem Abbas reddere debebat aliquando predicto Galfrido, quia idem Galfridus defendit quod idem Abbas nichil pro eo soluit nec soluere debuit nec umquam attornauit eum ad soluendum. Postmodum[4] uenit Beatricia mater predicti Galfridi et cognouit quod recepit de predicto Abbate singulis annis v. marcas per finem factum inter ipsam Beatriciam et Galfridum filium suum coram

[1] *Dayuill'*, B.
[2] Om. *illa*, B.
[3] Corr. *reddidit*, B.
[4] *Postea*, B.

iusticiariis itinerantibus apud Conuentriam[1]. Post profert Abbas cirographum factum coram iusticiariis apud Conuentriam et quod idem Galfridus cognoscit et quod testatur quod predicte v. marce assignate fuerunt eidem Beatricie. Et ideo Abbas reddat de cetero eidem Beatricie v. marcas et eidem Galfrido j. marcam et satisfaciat Galfrido de una marca pro arreragiis et Galfridus in misericordia custodiatur[2].

587. Surr. [3]Abbatissa de Fonte Ebroldi[4] per attornatum suum optulit se uersus Johannem de Fay de placito quod reddat ei xij. marc. quas ei debuit de arregiis[5] annui redditus quem ei debuit. Et Johannes non uenit et habuit alias diem in banco, et attornatus suus se essoniauit et essonium non fuit ei allocatum quia Johannes uisus fuit in curia. Et ideo consideratum est quod Johannes athachietur quod sit a die etc.

588. London. [6]Johannes Scotus captus apud Londoniam pro iiij. libr. et xv. sol. Turronensis monete quos furtim et fraudulenter subtraxit a quibusdam mercatoribus Wasconiensibus uenit et aduocauit denarios illos et primo illas[7] deaduocauit secundum quod testatum fuit per probos homines. Et interrogatus de pluribus circumstanciis uariat in omnibus. Et quia testatum est quod denarios illos[8] in inicio et conuictum est per certa indicia quod denarii illi non sunt sui immo pocius predictorum mercatorum [9]qui sectam sufficientem producunt[9], Consideratum est quod mercatores habeant denarios illos et Johannes custodiatur quia est in habitu clericali. Et quia dubitatur utrum sit ordinatus uel non quia dicit se esse diaconum, dies datus est ei ut tunc probet ordines[10].

589. Oxon. [11]Agnes que fuit uxor Johannis Chese petit uersus Willelmum Crampe unum mesuagium cum pert. in suburbio Oxonie ut dotem suam etc. Et balliui Oxonie ueniunt et petunt curiam suam per libertatem Oxonie et habent quia

[1] Supply *an. r. H. fil. Reg. Joh. xj. unde pes illius cirographi est in archa domini Regis*, B.

[2] Imprisonment for going against a fine. B has no *custodiatur*.

[3] B. m. 7 d.

[4] Fontevrault in Anjou. Monast. vol. 5, p. 1085.

[5] Corr. *arreragiis*, B.

[6] B. m. 8.

[7] Corr. *illos*, B.

[8] Supply *deaduocauit*, B.

[9–9] Om. B.

[10] A large *Gaola* in the margin of B.

[11] B. m. 8.

Agnes cognoscit quod mesuagium illud est in suburbio. Et ideo teneant ei iusticiam secundum consuetudinem uille et liberetur eis breue[1].

590. [2]Preceptum fuit uicecomiti quod faceret esse racionabiles diuisas inter terram Prioris de Wenloc in Stoke et terram Walteri Haket et Margarete uxoris eius in Wethulla[3] sicut esse debent et solent et unde idem Prior queritur quod predicti Walterus et Margareta plus attraxerunt ad feodum suum quam ad ipsos pertinet habendum circiter[4] sex acr. terre cum pert. et petunt illas sicut per breue de recto. Sallop.

Et Walterus pro se et Margareta uxore eius ueniunt [5]inde uisum etc. et interim etc.

591. [6]Johannes[7] et Albreda uxor eius petunt uersus Walterum filium Rogeri medietatem iij. acr. et j. mesuag' cum pert. in Hunstanestuna ut dotem suam. Norf.

Et Walterus uenit et cognoscit quod uillanus est et tenet in uillenagio de Johanne Estraunge. Et Johannes et Albreda non possunt hoc dedicere et ideo Walterus inde sine die et ipsi perquirant se[8] etc.

592. [9]Preceptum fuit Abbati S. Eadmundi primo et secundo quod recordari faceret loquelam que fuit in curia S. Eadmundi inter Robertum de Couling apellantem et Willelmum Mauueyseyn Willelmum filium eius Walterum Mauueysin et quosdam alios apellatos de pace Dom. Regis infracta et plagis unde eos apellauit, et unde Robertus questus fuit falsum sibi in eadem curia factum fuisse iudicium eo quod cum predicti apellati posuissent se super patriam in eadem curia et per patriam recessissent quieti de apello illo idem Abbas exigebat Suff.

[1] See above Case 577.

[2] B. m. 8.

[3] Stoke St. Milburgh and Wheathill.

[4] Between *circiter* and *sex*, but in the margin, is *tantum*. It is not in B. I am uncertain whether it is meant to be in the text.

[5] Supply *et petunt*, B. This case is Fitz. *View*, 173.

[6] B. m. 8 d.

[7] Supply *Ing'* (?) B.

[8] Supply *uersus Johannem si uoluerint*, B. They must sue the villein's lord.

[9] B.m. 8 d. For earlier proceedings see above Case 511, from which it seems that Robert at some period or other withdrew from his suit against the Abbot. It is not easy to decide exactly what happened for a postscript on an earlier roll may be of later date than the entry on a subsequent roll. Perhaps the matter was not suffered to drop because the Abbot had been infringing the royal privilege of trial by jury.

ab eodem Roberto lx. sol. et unum den. nomine recreantise tanquam ipse conuictus esset in campo et quod recordum illud haberet aput Westmonasterium per iiij. milites qui recordo illi interfuerunt, et diligenter inquireret quod[1] fuerunt illi duodecim qui in curia ipsius Abbatis fecerunt sacramentum de predicta pace Dom. Regis infracta et illos haberet ad respondendum quo waranto sacramentum illud fecerunt sine precepto Dom. Regis uel iusticiariorum suorum et quod predicti iiij. milites tunc essent audituri iudicium suum pro curia et Abbate S. Eadmundi quare non fecerunt predictum recordum et illud habuerunt sicut eis preceptum fuit etc.
[83 b.] Et[2] iiij. milites qui ueniunt pro curia requisiti quare | non habuerunt recordum ad alium diem dicunt quod non potuerunt uenire propter tempestatem et malum tempus et nichil aliud sciuṇt dicere nec aliam excusacionem pretendere et ideo ad iudicium cur'[3].

Et predicti milites pro curia recordantur quod die Jouis in uigilia S. Luce Ewang. post plura essonia uenit Robertus de Culinge in curiam predicti Abbatis S. Eadmundi et apellauit Willelmum Mauuey[4] quod die Lune in crastino Clausi Pasche nequiter et in felonia et in pace Dom. Regis et in asultu premeditato ei insultauit in regia uia inter duas uillas de Bradelegha[5] et ei dedit j. plagam cum quadam hachia danasche[6] in sinistra parte capitis supra aurem et hoc optulit probare per corpus suum uel alio modo quocumque modo curia consideraret, et apellauit alios de ui[7] scil. Willelmum filium Willelmi et Walterum Mauuesin, et missi fuerunt iiij. milites ad uidendum plagam qui cum uidissent dixerunt quod plaga habuit in longitudine tres pollices et de profunditate usque ad testam capitis et dixerunt illam esse talem quod per eam bene potuit attingi pacem Dom. Regis esse infractam[8].

Et Willelmus uenit et defendit feloniam et pacem Dom.

[1] Corr. *qui*.

[2] *Gilebertus de Sancto Claro Robertus de Chaustede Ricardus de Ikewurthe et Adam de Westham*, B.

[3] *ad iudicium de curia*, B. There must be judgment against the Abbot's court.

[4] *Mauuaysin*, B.

[5] Great and Little Bradley.

[6] *danesch'*, B. Danish (?)

[7] To appeal a person *de vi* is to appeal him as accessory.

[8] As to this proceeding see Br. f. 144.

Regis infractam et insultum premeditatum et plagam et totum de uerbo in uerbum et dicit quod falso apellauit eum et quod falsum fuit apellum posuit se super patriam. Et Robertus dixit quod uerum fuit apellum et de hoc similiter posuit se super patriam. Et tunc preceptum fuit balliuo quod haberet ad proxima placita sequencia xij. liberos et legales homines de uisneto de Bradelegha et iiij. uillatas proximas[1] ad inquisicionem illam faciendam ad quem diem uenerunt Willelmus filius Ade et[2] alii qui iurati dixerunt super sacramentum suum quod apellum illud fuit falsum. Et ideo consideratum fuit quod Willelmus Mauueysyn apellatus de facto et alii apellati de ui recederent quieti, et Robertus de Kuling in misericordia pro falso apello.

Et Robertus presens est et dicit quod in parte bene recordantur et in parte non quia reuera ipse captus fuit et inprisonatus et in prisona detentus donec per breue Dom. Regis deliberatus fuit et deliberari non potuit nisi daret predictos lx. sol. et j. den. nomine recreauntise. Et senescallus Abbatis hoc totum defendit et dicit quod cum esset in misericordia predicto modo quo predictum est exigebat ab eo pleg'[3] de misericordia et cum pleg' dare nollet ipse fecit eum arestare donec pleg' inueniret de misericordia, set predictos lx. sol. non exigebat nomine recreauntise.

Et xij. iuratores quesiti quo waranto fecerunt sacramentum illud de uita et membris sine waranto Dom. Regis dicunt quod[4] preceptum Dom. Abbatis[5]. Et senescallus Abbatis presens est et hoc cognoscit. Et quesitus quo waranto faciunt talem inquisicionem de uita et membris dicit quod in curia Abbatis semper ita usitatum est semper post guerram quia ante guerram habuerunt iudicium ignis et aque[6]. Et predicti iiij. milites qui uenerunt cum recordo quesiti si aliud dicere uelint quam predictum sit dicunt quod non quia tale fuit recordum.

[1] The procedure of the King's court is carefully followed.
[2] Eleven other names, B.
[3] *plegium* or *plegios*.
[4] Supply *per*, B.
[5] B has *Regis*, but wrongly.
[6] The ordeal was abolished almost immediately after the war of 1215—6 in consequence of the decree of the Lateran Council. See Letters of 26 Jan. 1219 in Foed. vol. 1, p. 154.

593. Suff. [1]Willelmus Russel summonitus ad cognoscendum per quod seruicium tenuit tenementum suum de Radulfo de Pesehale quod tenuit ut pertinens ad manerium de Pesehale et quantum tenet uenit et dicit quod tenet feodum dimid. militis in Fauconham quod pertinet ad predictum manerium de Pesehale.

Et Robertus Malet tenet circiter lx. acr. terre in Walepol reddendo inde vj. sol. per ann. et preterea ad exercitum Dom. Regis ad scutum xx. sol. vj. den.[2] et ad plus plus et ad minus minus.

Et Hamon filius Ordmer tenet v. acr. terre et dim. cum pert. in Pesehale reddendo inde per ann. xxij. den. et ad scutum j. marc. j. den. et ad plus plus etc.

Et Hugo de la Chaunge[3] tenet circiter ij. acr. et reddit inde per ann. iiij. den. pro omni seruicio.

Et Radulfus Dereby tenet vj. acr. pro iiij. sol. per ann. et ad quodlibet scutagium vj. den. si fuerit maius uel minus.

Et Cecilia de Herefordia uenit et dicit quod tenet feodum dim. militis et reddit de scutagio ad scutum xx. sol. x. sol. et ad plus plus et ad minus minus.

594. Warr. [4]Galfridus de Symilly[5] summonitus fuit ad warentizandum Elene Priorisse de Wrockeshale j. uirg. terre et dim. cum pert. in Radefordia quas tenet et de eo tenere clamat et unde cartam Willelmi de Symilly patris ipsius Galfridi cuius heres ipse est habet etc., et unde predicta Priorissa queritur quod predictus Galfridus inplacitat in comitatu quendam Simonem de Radefordia tenentem ipsius Priorisse et exigit ab eo seruicia et consuetudines quas facere non debet desicut terra illa data fuit eidem Priorisse in liberam puram et perpetuam elemosinam quieta ab omni seculari seruicio et exaccione et per cartam predicti Willelmi de confirmacione quam ipsa profert et que hoc testatur unde
[84.] deteriorata est etc. et inde producit sectam, | scilicet[6] quod concessit et confirmauit [ei pro j. libra piperis reddenda per

[1] B. m. 10. See above Case 533.

[2] When scutage is twenty shillings he pays sixpence.

[3] *del Eschaunge*, B.

[4] B. m. 10.

[5] *Simily*, B.

[6] With *scilicet* begins a new paragraph. The count of the Prioress continues. The words within [] are not in B.

ann.] j. uirg. terre in manerio de Radefordia quam Willelmus Decanus in uita Henrici de Symilly et ipsius concessione et concessione Emme uxoris sue et matris ipsius Willelmi[1] habuit quiete secundum quod predictum est distrinxit eum[2] pro forinseco seruicio.

Et Galfridus uenit et cognouit cartam donum confirmacionem set dicit quod ipse semper fuit in seisina de seruicio ipsius Simonis scil. de j. libr. piperis et de forinseco seruicio et eciam antecessores sui semper fuerunt inde in seisina, set bene concedit quod terra illa quam Simon tenet est de predicta uirg. terre et dimid. Et quia idem Galfridus cognoscit cartam donum et confirmacionem et in carta continetur quod Priorissa debet tenere in liberam etc. ab omni seculari seruicio et exaccione, Consideratum est quod Galfridus warentizet et quod Priorissa teneat in pace secundum quod terra ei data fuit, et Galfridus in misericordia, et satisfaciat Priorisse de dampnis[3], et ipse uicecomes de cetero non permittat quod idem Galfridus eam distringat etc.

595. [4]Preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret coram iusticiariis apud Westmonasterium Willelmum de Haringeye seruientem hundredi de Fleg et similiter cum eo Robertum Bil, Alanum de Stokeby et Galfridum Lagard et preterea iiij. alios legales homines ex illis qui uisui interfuerunt quem Willelmus de Lairtuna attornatus Walteri de Euermuwe fecit Reinero de Burgo de prato cum pert. in Burgo quod pratum cum pert. idem Walterus clamat ut ius suum uersus eundem Reinerum ad certificandum eosdem iusticiarios quid et quantum prati idem Willelmus posuit in uisu suo unde idem Reinerus dicit quod non posuit in uisu suo nisi tantum j. rodam prati et unde idem Willelmus de Lethertona attornatus ipsius Walteri dicit quod posuit in uisu suo tres acras prati et j. rodam in diuersis locis per v. particulas. Et ad diem istum uenit predictus balliuus et omnes predicti et omnes uisores, et preterea Godwinus de Nesse Reginaldus de Stockeby Jacobus de Sumertona qui Norf.

[1] B has here an *etc.* and no more of this count.

[2] Geoffrey distrains Simon.

[3] B stops.

[4] B. m. 9. For earlier proceedings see above Case 456.

omnes dicunt una uoce quod predictus Willelmus non posuit in uisu suo nisi tantum duas partes j. rode prope pratum ipsius Walteri, et reuera posuit in uisu suo de prato ipsius Walteri[1] circiter dim. acr. de quo idem Reinerus tunc nichil clamauit nec adhuc aliquid clamat sicut ipse cognoscit. Judicium ponitur in respectum[2]. Et recordum est in rotulo[3] etc. Et[4] quia balliuus Dom. Regis et uisores testantur quod idem Reinerus[5] non posuit in uisu suo nisi tantum duas partes j. rode et circiter dim. acr. quam idem Walterus tenet et Walterus posuit se in dicta eorum quod amitteret inperpetuum clamium suum si contra ipsum dicerent scil. si non posuisset totum pratum in uisu suo, Consideratum est quod Reinerus teneat in pace et Walterus in misericordia.

596. Cornub. [6]Jurata uenit recognitura de consensu parcium si Nicholaus pater Reginaldi ius aliud uel alium ingressum habuit in v. acr. terre cum pert. in Tregenegethwic' et Sancto Austello Karnarb' et in Karwala quam per Robertum de Pridias qui inde non habuit nisi custodiam cum Waltero de Treuerby dum idem Walterus fuit in custodia sua et infra etatem, et unde idem Walterus dicit quod Ada pater suus obiit inde seisitus ut de feodo etc., et unde idem Reginaldus dicit quod predictus Ada non obiit inde seisitus ut de feodo quia tempore predicti Ade tenuit predictus Nicholaus pater ipsius Reginaldi terram illam ita quod quidam Oliuerus filius Isabelle sororis ipsius Nicholai inplacitauit ipsum Nicholaum in curia Dom. Regis Henrici aui Dom. Regis et in tantum processit loquela inter eos quod concordia facta fuit inter eos et per cirographum et[7] per quod terra illa remansit quiete ipsi Nicholao et heredibus suis, et hoc factum fuit presente predicto Ada et desicut ipse Ada nullum clamium apposuit noluit ei respondere nisi curia consideraret, et unde predictus Walterus dixit quod nullum placitum fuit inter predictum Oliuerum et Nicholaum tem-

[1] Walter's attorney put in view some of Walter's own land.

[2] *usque in crastino Animarum*, B.

[3] *de term. S. Mich. proximo preterito*, B.

[4] A postscript in B.

[5] Corr. *Walterus;* but sic B.

[6] B. m. 9.

[7] Om. *et* B.

pore ipsius Ade quia predictus Ada obiit inde seisitus etc. Record' plenius est in rotulo [1] etc.

Juratores dicunt quod predictus Ada pater ipsius Walteri obiit inde seisitus ut de feodo et quod predictus Nicholaus pater ipsius Reginaldi nullum aliud ius nec alium ingressum habuit in terram illam nisi per predictum Robertum de Pridias qui inde non habuit nisi custodiam cum ipso Waltero dum idem Walterus fuit in custodia et infra etatem. Consideratum est quod predictus Walterus recuperauit seisinam suam et Reginaldus in misericordia.

597. [2] Willelmus Musard petit uersus Ricardum Camerarium feodum dimidii militis cum pert. in Gosenhale ut ius suum et in quod predictus Ricardus non habet ingressum nisi per Stephanum quondam Cantuariensem Archiepiscopum cui Dom. Rex illud concessit habendum per unum annum et j. diem postquam Isabella Musard rettata fuit [3] de morte Roberti Clerici fugit [4] illud tenuit de Ricardo Musard auo predicti Willelmi cuius heres ipse est | qui tunc fuit infra etatem et ad quem feodum illud post predictum annum et diem descendere debuit tanquam eschaeta sua etc. Kent. [84 b.]

Et Ricardus uenit et dicit quod nullam terram tenet in Gosenhale nisi tantum v. acr. de maritagio uxoris sue nec aliquam terram nec feodum tenet per S. Archiepiscopum, set reuera tenet feodum dimid. militis in Hecche [5] et petit iudicium si debeat ei respondere desicut breue suum loquitur de terra in Gosenhale et ipse nullam terram ibi tenet nisi tantum predictas quinque acras.

Et Willelmus uenit et cognoscit quod terra illa est in Hecche [6] et non in Gosenhale. Et ideo Ricardus inde sine die etc. [7]

598. Rogerus le Bigod [8] et Isabella uxor eius per attornatos suos optulerunt se iiij^to^. die uersus Willelmum Britonem de Cheggewella de placito quod sit ad cognoscendum quod Suff.

[1] *Recordum plenius est in rotulo de term. S. Trin. an. viii° in oct. S. Trin.* B.

[2] B. m. 9. For earlier proceedings see above Case 462; also see Br. f. 130.

[3] Om. *fuit*, B.

[4] Supply *que feodum*, B.

[5] *Heche*, B.

[6] *Hache*, B.

[7] Br. f. 434.

[8] See above Cases 533 and 593.

tenementum tenuit de Radulfo de Pesenhale et per quod seruicium etc.

Et Willelmus non uenit etc. Et summonitus etc. Judicium athachietur quod sit etc.

599. Essex. [1] Willelmus de Faukenbergho Thesaurarius S. Pauli Londonie athachiatus fuit ad respondendum Nicholao de Estuteuilla quare secutus est placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. contra prohibicionem etc. et unde deterioratus est etc. et inde producit sectam.

Et Willelmus uenit et defendit contra ipsum et sectam suam quod nunquam post prohibicionem secutus est placitum illud de catallis que non sunt de testamento uel matrimonio nec de aliis etc., et reuera dicit quod predictus Nicholaus tenetur ei per cartam suam de quodam annuo redditu centum sol. quos ei concessit per cartam suam caritatis intuitu percipiendos de camera sua, et quia idem Nicholaus iam cessauit in solucione per tres annos et dimidium ita quod ei aretro sunt xxvj. marce et dimidia, et quia caritatiue [2] et sicut elemosina redditus ille ei concessus fuit ideo inplacitauit eum in curia cristianitatis set nunquam post prohibicionem. Et quia iudices se essoniauerunt et ipsi habent diem per essoniatores suos etc., et Thesaurarius profert ediciones [3] sigillatas sigillis predictorum iudicum ut dicit, et non poterit constare nisi per iudices de ueritate signorum, datus est partibus idem dies ut tunc sciatur, utrum iudices procedere possunt uel non.

600. Norf. [4] Willelmus le Enueys' petit uersus Willelmum de Metingeham quem Jacobus le Enueys' uocauit ad warantum et qui ei warentizauit xvj. acr. terre cum pert. in Langehale ut ius suum, ita quod Willelmus uenit et uocauit inde ad warantum Gilebertum filium Thome qui uenit et dicit quod non debet ei warentizare quia postquam antecessores sui feoffauerunt antecessores ipsius Willelmi de Metingeham, feoffauerunt antecessores ipsius Willelmi de Metingeham antecessores ipsius Willelmi le Enueys' unde dicit quod de incumbra-

[1] B. m. 10. But B is full of holes.
[2] *karitatiue*, B.
[3] See Br. f. 410.
[4] B. m. 11.

cione antecessorum ipsius Willelmi de Metingeham ei warentizare non debet [1].

Et Willelmus de Metingeham dicit quod debet ei warentizare quia idem Gilebertus est in seisina de homagio suo et seruicio et bene defendit quod auus suus nunquam feoffauit auum predicti Willelmi le Enueys' et inde ponit se super patriam. Et quesitus si habeat sectam uel aliud ad ostendendum hoc, dicit quod non.

Et Gilebertus hoc totum defendit set cognoscit quod est homo suus set de alio tenemento. Et quia idem Willelmus de Metingeham nichil ostendit quod sit homo predicti Gileberti de tenemento illo, et preterea nichil ostendit contra ipsum Willelmum le Enueys' quod antecessores ipsius Willelmi le Enueys' non essent feoffati ab auo ipsius Willelmi de Metingeham, et tam Gilebertus quam Willelmus le Enueys' cognoscunt quod auus ipsius Willelmi de Metingeham incumbrauit predictam terram donando eam auo ipsius Willelmi le Enueys', et idem Willelmus nichil ostendit in contrarium cartam uel aliud, Consideratum est quod Willelmus le Enueys' recuperauit seisinam suam uersus Willelmum de Metingeham, et Willelmus de Metingeham in misericordia et faciat escambium ad ualenciam predicto Jacobo, et Gilebertus quietus de warantia.

601. Nicholaus de Verdun per attornatum suum petit uersus Andream de Bradeshulla xliiij. den. redditus cum pert. in Bradeshulla ut ius suum et ut illum redditum in quem idem Andreas non habet ingressum nisi per Ricardum de Kaumuilla et Eustachiam uxorem eius qui terram illam tenuerunt in dotem ipsius Eustachie de dono ipsius Thome de Kaumuilla [2] fratris primogeniti ipsius Nicholai et primi uiri ipsius Eustachie etc. Buck.

Et Andreas uenit et defendit ius suum et dicit quod tenet terram quam habet in eadem uilla et redditum de dono predicti Nicholai de Verdun per cartam suam quam profert et que testatur quod dedit concessit et confirmauit Andree

[1] Br. f. 391.

[2] Probably for *de Kaumuilla* one should read *de Verdun*. Eustachia daughter of Gilbert Basset married (1) Thomas de Verdon, (2) Richard de Camville. Dugd. Baron. vol. 1, p. 628.

filio Roberti pro homagio et seruicio suo totam dominicam
[85.] terram | suam in Bradehulla quam Bertramus de Verdun pater suus et Thomas de Verdun frater suus tenuerunt tenendam sibi et heredibus suis de predicto Nicholao et heredibus suis pro x. solid. per ann. saluo forinseco, et dicit quod idem Nicholaus ei debet warentizare.

Et Nicholaus per attornatum suum uenit et cognoscit cartam et nichil ostendit quare non debeat[1] et quia continetur in carta quod idem Nicholaus dedit et concessit eidem Andree secundum quod predictum est totam dominicam terram suam quam habuit in uilla illa, Consideratum est quod Andreas inde sine die et Nicholaus in misericordia.

602. Stafford. Leuca de Kaumuilla optulit se iiij^to. die uersus Ricardum de Kaumuilla de placito tercie partis manerii de Cliftona et membri sui de Henegetona[2] quam clamat ut pertinentem ad dotem suam etc. Et Ricardus non uenit etc. et habuit diem per essoniatorem suum a die etc. Judicium tercia pars capiatur in manum Dom. Regis et dies etc. et ipse summoneatur quod sit etc.

603. Deuon. Robertus Foliot Ricardus de Hidona per attornatos suos petunt uersus Eadmundum de Tudenham medietatem medietatis feodi dim. militis cum pert. in Stauntona ut ius suum etc.

Et Eadmundus uenit et petit inde uisum, habeat etc. Et sciendum quod Johel de Valle Torta et Galfridus de Baringtona participes ipsorum Roberti et Ricardi summoniti sunt et nolunt sequi de parte que eos contingit. Et ideo sequantur alii de parte sua hoc non obstante quod ipsi non secuntur etc.[3]

604. Noting. [4]Radulfus [5]filius Roberti et Robertus filius Ricardi essoniatores Roberti de Stradlegha optulerunt se iiij^to. die uersus Robertum de Moyz de placito xxiiij. bouat. terre cum pert. in Chelewella[6] in Heselbec et xj. bouat. terre cum pert. in Chelewella et duarum parcium trium bouat. terre cum pert. in eadem uilla quas idem Robertus de Moyz

[1] Supply *ei warentizare*.
[2] Clifton Campville and Haunton.
[3] Br. f. 429.
[4] B. m. 11.
[5] *Robertus*, B.
[6] Om. *in Chelewella*, B.

clamauit ut ius suum uersus eum et unde idem Robertus de Stradelegha posuit se in magnam assisam Dom. Regis ita quod xij. electi fuerunt et summoniti. Et Robertus de Moyz non uenit, et essoniatores expectauerunt iudicium suum usque ad quintum diem, et ideo Consideratum est quod essoniatores recedant quieti de hoc placito et Robertus in misericordia, et habeat tale recuperare quale habere debebit.

Et sciendum quod postquam essoniatores recesserunt uenit Robertus et dixit quod fuit infirmus in uilla Londonie.

605. [1] Willelmus Crespin per attornatum suum optulit se Kent.
iiij^to. die uersus Thomam de la Haye et Alexandram uxorem eius de placito quod warentizent ei simul cum Eustachio de Greinuilla et Johanna uxore eius terciam partem j. caruc. terre cum pert. in Lisduna[2] quam Sibilla que fuit uxor Roberti Arsic clamat in dotem uersus eundem Willelmum. Et Thomas et Alexandra non uenerunt et habuerunt diem per essoniatorem suum. Et tam Sibilla quam attornatus Willelmi Crespin cognoscunt quod illa carucata integra non ualet nisi centum sol. Et quia ipsi Thomas et Alexandra nullam terram habent in comitatu Kancie preceptum Oxon.
est uicecomiti Oxonie quod capiat in manum Dom. Regis de terris ipsorum ad ualenciam predicte tercie partis scil. xvj. sol. et viij. denaratas etc. Et dies etc. et ipsi summoneantur quod sint etc. inde responsuri simul cum predictis Eustachio et Johanna et ostensuri. Idem dies datus est Sibille et Eustachio et Johanne uxori eius in banco per attornatum ipsius Johanne.

606. [3] Ricardus de Ferne summonitus fuit ad respondendum Dorset.
Nicholao Malesmains quo iure communam pasture exigit in terra ipsius Nicholai de Pert desicut idem Nicholaus nullam communam habet in terra ipsius Ricardi nec idem Ricardus ei seruicium facit quare communam habere debeat etc.

Et Ricardus uenit et petit inde uisum, habeat etc. et interim etc.[4]

[1] B. m. 11.
[2] *Leysdon'*, B.
[3] B. m. 11.
[4] For later proceedings see Case 673. This is Fitz. *View*, 175.

607. Bed. [1]Petrus Peiure athachiatus fuit ad respondendum Nicholao Creuequer quare fecit uastum uendicionem et exilium de terris domibus boscis et hominibus quos habet ad terminum de hereditate predicti Nicholai in Tudingtona ad exhereditacionem ipsius Nicholai, et unde idem Nicholaus queritur quod idem Petrus fecit uastum de vj. quercubus et quod cepit j. marcam de predictis hominibus etc.

Et Petrus uenit et defendit uastum et destruccionem et quod nullum uastum fecit. Et quia querela est de tam parua re, Consideratum est quod Petrus inde sine die, et prohibitum est ei quod de cetero nullum uastum faciat etc.[2] |

[85 b.] 608. Herteford. Radulfus filius Willelmi de la Dene petit uersus Willelmum filium Johannis quod faciat consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in Bercamstede, et unde petit ab eo quod reddat ei de duabus uirg. terre quas de eo tenet in predicta[3] xiiij. sol. per annum et quod faciat ei et omni familie sue semel in anno tempore Natal' unum conuiuium[4] de quibus consuetudinibus et seruiciis predictus Walterus[5] suus fuit seisitus tempore Regis J. et hoc offert etc.

Et Willelmus uenit et cognoscit quod tenet de eo predictum tenementum et quod ei inde reddere debet per ann. xiiij. sol. et bene defendit quod nullum[6] ei facere debet nec pater suus inde fuit seisitus et inde ponit se super patriam. Et Radulfus similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus placitorum corone conuenire faciat xij. de uisneto de Bercamstede per quos rei ueritas melius sciri poterit et per eorum sacramentum etc. si predictus Willelmus pater Radulfi tempore Regis J. fuit seisitus ut de feodo et iure de conuiuio illo sicut de seruicio illo quod pertinet ad predictum tenementum uel non, et inquisicionem scire faciat etc. per literas et per duos etc.

609. Wigorn. Willelmus filius Nicholai et Ricardus filius Philippi essoniatores Petri de Sautemareys optulerunt se uersus Adam

[1] B. m. 11.
[2] This case is cited by Bracton, f. 316 b. It is Fitz. *Wast*, 134.
[3] Supply *uilla*.
[4] A Christmas dinner reserved as rent service.
[5] Supply *pater* and for *Walterus* perhaps read *Willelmus*.
[6] Supply *conuiuium*.

de Trocmaretona de placito terre unde se essoniauit uersus eum de malo lecti. Et Adam requisitus ubi sit breue suum de recto dicit quod non habet illud ad manum nec habere potest infra quartum diem. Et quia essonium non potest iudicari sine breui de recto, Consideratum est quod essoniatores inde sine die et Ada in misericordia et perquirat se per aliud breue si uoluerit[1].

610. [2] Ricardus capellanus de Lidefordia et persona athachiatus fuit ad respondendum Thome de Reingny quare traxit eum in placitum in curia cristianitatis de communa pasture in Lidefordia contra prohibicionem. Concordati sunt et est[3] talis, quod Ricardus sicut persona remisit et quietum clamauit eidem Thome totum ius quod habuit in pastura illa quam clamauit in curia cristianitatis uersus eum et pro se et pro successoribus suis, et pro hac quieta clamancia predictus Thomas concedit eidem Ricardo tota uita ipsius Ricardi pasturam[4] ad iiij. boues et ij. uaccas et ad unum auerium in dominica pastura ipsius Thome cum dominicis aueriis ipsius, scil. in quadam pastura que uocatur la Mare, et extra pasturam illam nullam communam habebit cum aueriis ipsius Thome, et post decessum ipsius Ricardi idem Thomas et heredes sui quieti erint de pastura illa ita quod successores ipsius Ricardi nichil iuris clamare poterunt in pastura illa racione possessionis ipsius Ricardi. Et hec concordia etc. Sum.

611. [5] Hawisia que fuit uxor Henrici filii Willelmi petit uersus Auiciam filiam Willelmi de Bedeford terciam partem tercie partis j. caruc. terre cum pert. in Bed' ut dotem suam. Lanc.

Et Auicia uenit et dicit quod non debet ei respondere quia ipsa habet uirum et sponsum Willelmum nomine qui non nominatur in breui[6] non potest respondere sine uiro suo et petit iudicium. Et Willelmus presens est et dicit quod multo tempore transacto eam desponsauit. Et desicut Willelmus non nominatur in breui ipsa petit iudicium. Et quia

[1] Bracton, f. 351 b, cites this case. It is Fitz. *Essone*, 193.

[2] For earlier proceedings see Case 547.

[3] Supply *concordia*.

[4] *pasturam* repeated.

[5] B. m. 14.

[6] Supply *et*, B.

Hawisia non potuit hoc dedicere, Consideratum est quod Auicia inde sine die et Hawisia in misericordia.

612. Berk. [1] Prior de Bradeleia athachiatus fuit ad respondendum Willelmo de Siffrewall' [2] quare cepit escambium de terra ipsius Willelmi ad ualenciam j. uirg. terre cum pert. in Hamstede quam Ricardus de Hertrug' in curia nostra [3] coram Hugone de Bathonia et sociis suis quos Dom. Rex. constuit [4] iusticiarios ad hoc recuperauit uersus ipsum Willelmum per assisam mortis antecessoris inde captam inter predictum Willelmum et predictum Ricardum et unde idem Prior uocauit predictum Willelmum ad warantum uersus eundem Ricardum qui uenit et ei warentizauit ut terram illam quam pater suus dederat domui de Bradelegha set escambium inde facere non debuit ut dicit eo quod Alina amica [5] predicti Ricardi de cuius morte predictus Ricardus tulit assisam illam feoffata fuit de predicta terra a predecessore predicti Prioris postquam pater predicti Willelmi terram illam dederat domui predicte ut idem Willelmus dicit.

Et Prior uenit et dicit quod iuste cepit escambium illud quia reuera quidam Alnachus [6] antecessor ipsius Willelmi dedit aliquando cuidam Aline pro seruicio suo que fuit amica [7] predicti Ricardi duas uirg. terre cum pert. in Hamstede per seruicium duorum sol. per ann. reddendorum de [86.] predicta terra et ipse attornauit | seruicium illud predicte domui de Bradelegha, et mortua predicta Alina cepit idem Alnachus terram illam in manum suam, ita quod postea accessit Prior de Bradelegha ad ipsum Alnachum et in tantum locutus fuit cum eo quod ipse dedit j. uirg. terre de eadem terra pro anima ipsius Aline Priori et domui de Bradelegha et inde profert cartam ipsius Alnathi que testatur quod idem Alnathus dedit et concessit deo et ecclesie S. Marie de Bradelegha unam uirg. terre in Ham-

[1] B. m. 15. For earlier proceedings see Case 512.

[2] *Syffrewast*, B.

[3] Sic, B.

[4] Corr. *constituit*, B.

[5] A plain *amica*, but it should be *amita*. Richard is her *nepos*. The question is, who enfeoffed her? On this depends the question whether the Prior had any claim against William for a recompense for the land which Richard, claiming under Alina, has recovered from the Prior.

[6] *Alnathus* throughout, B.

[7] Corr. *amita*. B has *amita* here, but *amica* above.

stede in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime sue patris et matris et pro anima predicte Aline libere et quiete. Et unde idem Prior dicit quod[1] nullum alium ingressum habuit in terram illam per predecessores ipsius Prioris immo per ipsum Alnathum patrem ipsius Willelmi, et inde ponit se super patriam si carta non sufficiat.

Et Willelmus cognoscit cartam set dicit quod non debet ei nocere quia carta illa facta fuit in uita Aline et non post mortem eius, nec Alina umquam ingressum habuit per predictum Alnathum patrem suum immo[2] predecessores ipsius Prioris postquam idem Alnathus feoffauit ipsum Priorem, et hoc bene patet quia Ricardus de Hertrug' nepos ipsius Aline adhuc habet cartam ipsius Prioris per quam feoffauit ipsam Alinam et quam reddere debet Thome Treuet et unde Stephanus de Strande habet xx. sol. in uadium, et si hoc non sufficit scil. carta ponit se super patriam ut ueritas inquiratur per patriam dum tamen illi non sint in iurata qui fuerunt in assisa et qui falso iurauerunt, et qui non sint parentes ipsorum. Dies datus est eis de audiendo iudicio suo et ut tunc inquiratur ueritas per patriam si carta interim inueniri non poterit.

Postea[3] quia contencio est inter eos de feoffamento predicte Aline utrum ipsa feoffata fuit de Priore de Bradelegha uel predicto Alnatho, Consideratum est quod fiat inde iurata. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat a die etc. xij. de uisneto de Hamstede per quos etc. et qui non sint de predicta assisa et qui nec ipsum Priorem nec Willelmum aliqua affinitate attingant ad recognoscendum super sacramentum etc. utrum predicta Alina feoffata fuit a predicto Priore uel predicto Alnatho patre ipsius[4], et se ita interim certificent etc.

613. [5] Willelmus de Lancastria athachiatus fuit ad respondendum Roberto de Kyme quare non tenet ei conuencionem inter eos factam de xv. libr. redditus in Wuluestuna etc., et unde idem Robertus queritur quod cum idem Willelmus Lanc.

[1] Supply *Alina*, B.
[2] Supply *per*, B.
[3] A postscript, B.
[4] Supply *Willelmi*, B.
[5] B. m. 15.

ei teneatur ad predictum redditum singulis annis soluendum per cartam suam quam profert et que testatur quod idem Willelmus dedit et concessit et carta sua confirmauit eidem Roberto militi suo xv. libr. esterlingorum percipiendas singulis annis in manerio suo de Wulfrestuna ad duos terminos donec ei conferret xv. libr. terre in feodo et hereditate, idem Willelmus cessauit a solucione iam per sex annos ita quod ei a retro sunt quater uiginti libr. et decem libr. et per quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam etc.

Et Willelmus per attornatum suum uenit et cognoscit cartam et cognoscit quod nichil ei umquam inde soluit set dicit quod iam tribus annis elapsis assignauit ei xv. lib. terre in Kilingtona scil. trecentas acras terre et uoluit ei facere cartam suam de eadem terra, et Robertus illam recipere noluit nec cartam quam ipse habuit reddere eidem Willelmo set terra ei data fuit per metas et bundas et ipse Robertus fuit in seisina ita quod tenuit se contentum de terra illa pro xv. libr. terre et inde producit duos testes quorum unus nichil dicit et alius nichil sufficienter.

Et Robertus defendit quod nulla terra ei fuit assignata nec umquam de aliqua terra se tenuit contentum nec attornatus Willelmi aliquid ostendit quod de aliquo ei satisfactum fuit nisi de duabus marcis et dimidia. Et quia Willelmus cognoscit cartam et nichil ostendit quod terram eidem Roberto assignasset nisi dictum suum simplex, Consideratum est quod[1] recuperauit arreragia etc. et Willelmus in misericordia et dampna perdonantur. Et preceptum est uicecomiti quod de terris et catallis ipsius Willelmi faciat denarios illos et illos habeat a die etc. et carta teneatur.

614. Norf. Petrus de Dalling' optulit se iiij^to die uersus Leciam que fuit uxor Willelmi filii Roscelini de placito quod warentizet ei aduocacionem ecclesie de Dalling' quam Willelmus filius Hamonis clamat ut ius suum uersus eundem Petrum, et unde idem Petrus uocauit eam ad warantum uersus eundem Willelmum etc. Et Lecia non uenit et habuit diem per essoniatorem suum postquam summonita fuit, et testatum est quod ecclesia ualet xl. marc., et ideo de terra et hereditate

[1] Supply *Robertus*, B.

ipsius Lecie capiatur in manum Dom. Regis ad ual. xl. sol. et dies etc. | et ipsa summoneatur quod sit etc. Idem[1] datus est Petro in banco. Et sciendum quod Petrus uenit iiij^to die placiti set Willelmus remisit ei defaltam suam et cepit se ad defaltam Lecie. [86 b.]

615. [2]Dies datus est Simoni de Hale et Ernaldo de Buckeuilla per attornatos suos petentes[3] et Willelmo Pateriz tenent' de audiendo iudicio suo si magna assisa procedere debeat uel non eo quod Elia de Amundeuilla et Roysia de Brunfordia quos idem Willelmus uocauit ad warantum et qui ei warentizauerunt et se posuerunt in magnam assisam postquam waranti[4] mortui sunt. Hunting.

616. [5]Radulfus filius Baldewini Ricardus le Wilde et alii[6] athachiati fuerunt ad respondendum Roffensi Episcopo[7] quare ceperunt recia sua in piscaria sua de Frakeham et quare impediuerunt eum piscari in eadem piscaria, unde idem Episcopus queritur quod iniuste ceperunt recia sua et inpediunt eum piscari in eadem etc., et unde idem Episcopus queritur quod predicti nominati superius uenerunt ad piscariam ipsius Episcopi de Frakeham ubi Abbas S. Eadmundi nec terram habet nec aliquid iuris in aqua illa nec in piscaria illa et ceperunt lij. recia et illa detinent contra uadium et plegium per quod deterioratus est etc., et preterea hominem suum ceperunt et inprisonauerunt et batellum suum ceperunt etc. et ubi idem Abbas nullam terram habet nisi distantem a loco illo per duas leucas. Suff.

Et Radulfus et alii omnes preter Ricardum ueniunt et defendunt uim et iniuriam et omnem iniustam capcionem set bene cognoscunt quod ceperunt lij. recia set illa ceperunt eo loco ubi idem Episcopus nullum ius habet nec piscariam nec aliquid iuris, et quia plures sunt ibi piscarie petunt uisum de piscaria illa et de loco et aqua ubi recia capta fuerunt, et habent etc. et interim etc.

Et Radulfus et alii quesiti si ipsi capcionem illam aduo-

[1] Supply *dies*.
[2] B. m. 11 d.
[3] Corr. *petentibus*.
[4] *war'* B; probably *warantizauerunt*.
[5] B. m. 13.
[6] Four others, B.
[7] Henry Sandford. The place seems Freckenham, the water the river Lark.

cant uel si capcionem illam fecerunt auctoritate Abbatis S. Eadmundi cuius homines ipsi sunt, dicunt quod ipsi ceperunt recia illa auctoritate propria et aduocant capcionem illam, et preceptum est Radulfo et aliis quod recia replegientur.

617. Essex. [1]Assisa uenit recognitura si Herbertus Bussel et Galfridus Capellanus de Berdefeuld iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Basiliam filiam Johannis de Briche de libero tenemento suo in Magna Wautham post primam coronacionem Dom. Regis qui nunc est etc.

Et Herbertus et Galfridus ueniunt et dicunt quod assisa non debet inde fieri quia predicta Basilia nunquam seisinam inde habuit quia reuera quidam Galfridus Capellanus qui mortuus est cuius amica ipsa Basilia fuit emit terram illam de quodam Gileberto patre predicti Herberti et illam tenuit per aliquod tempus et terram illam excoluit et blada et expleta cepit et obiit inde seisitus ita quod ipsa nullam inde habuit seisinam, et quia idem Capellanus nullum habere potuit heredem de se nec alicui in uita sua terram illam asnauit[2] nec dedit cepit ille[3] terram illam in manum suam et postquam illam in manu sua habuit per aliquod tempus illam dedit isti Galfrido Capellano[4], et quod ipsa nullam inde seisinam habuit ponit se super iuratam.

Et Basilia uenit et dicit quod reuera terra illa data fuit predicto Galfrido Capellano qui mortuus est et qui illam aliquando tenuit et per aliquod tempus et postea terram illam ei dedit et eam inde feoffauit pro seruicio suo ita quod ante mortem ipsius Galfridi fuit in seisina et expleta cepit et blada et inuestituram[5] habuit anno proximo ante mortem ipsius Galfridi et anno proximo post mortem ipsius Galfridi et inde ponit se super iuratam.

Nota quod qui feoffatus per disseisitorem post dim. ann. postquam fecit disseisinam, quod ille non facit disseisinam post tantum tempus[6].

Juratores dicunt quod predictus Galfridus Capellanus qui

[1] B. m. 15 d.

[2] Corr. *assignauit*, B.

[3] Herbert Bussel, who probably is chief lord.

[4] Probably *Capellanus* is here a surname *Chaplin;* we may guess that he is related *de facto* to the other Geoffrey.

[5] This does not mean 'a feudal investiture,' a phrase not found in our old books, but the vesture of the land, the herbage.

[6] One commits no disseisin by accepting a feoffment from a disseisor who has been for some time, e.g. half a year, in possession. See Br. f. 172.

mortuus est emit terram illam secundum quod predictum est et illam dedit predicte Basilie et ipsa Basilia fuit inde in seisina per annos et dies ante mortem ipsius Galfridi et usque ad mortem ipsius Galfridi et post mortem ipsius Galfridi uenit idem Herbertus et disseisiuit eam iniuste et sine iudicio sicut breue dicit et terram illam tenuit in manu sua per dimidium annum post disseisinam illam, et postea illam dedit predicto Galfrido Capellano. Et ideo consideratum est quod predicta Basilia recuperauit seisinam suam et Herbertus in misericordia, et quia idem Herbertus per tantum tempus post disseisinam illam tenuit terram illam in manu sua et postea illam dedit predicto Galfrido, Consideratum est quod Galfridus eam non disseisiuit et ideo ipse quietus et Basilia in misericordia pro falso clamore uersus Galfridum.

618. [1] Robertus Pipard et alii [2] iiij. milites missi ad Matillidem Giffard que se essoniauit de malo lecti uersus Warinum | de Monte Canisio de placito terre in comitatu Cancie uenerunt coram iusticiariis et dixerunt quod uiderunt eam die Martis in uigil. S. Georgii et quod languida est et quod dederunt ei diem a die etc. apud turrim Londoniensem quod tunc sit etc. Idem dies datus est Warino per attornatum suum in banco. Kent. Wigorn. [87.]

619. [3] Willelmus de Buckingeham petiit uersus Isabellam Comitissam Oxonie iiij. mesuagia cum pert. in Stratfordia ita quod Comitissa alias respondit quod Willelmus bastardus fuit ita quod loquela transmissa fuit ad curiam cristianitatis set legittimitas nondum probata fuit. Et Comitissa per Johannem Clericum attornatum suum uenit et cognoscit ipsum esse legittimum, et Willelmus remittit clamium pro x. marcis, et non possunt habere cirographum antequam Comitissa resummoneatur, ideo datus est dies de capiendo cirographo quando fuerit resummonita simul cum aliis nominatis in breui [4]. Postea summonita est a die etc. Buck.

620. Johannes Duket et Matillis uxor eius summoniti fuerunt ad warentizandum Ricardo de Corneuilla j. mesuagium cum pert. in Morduna quod tenet et de eis tenere clamat et unde cartam ipsorum habet etc. Surr.

[1] B. m. 16.
[2] Names in B.
[3] B. m. 17.
[4] Here B stops.

Et Johannes et Matillis ueniunt et Matillis dicit quod non debet ei warentizare quia ipsa dicit quod nunquam mesuagium illud ei dedit nec cartam suam ei inde fecit et ideo sine die quia non uult warentizare.

621. Wiltes. Petrus de Burtona optulit se iiij[to] die uersus Matillidem de Burtona de placito j. uirg. terre xij. acr. minus in Burtona quas clamat ut ius suum uersus eam. Et Matillis non uenit et terra capta fuit in manum Dom. Regis per defaltam quam fecit a die etc., et uicecomes mandauit diem capcionis, et super hoc testatum est quod iter arripuerat uersus terram sanctam antequam summonita fuerat scil. ad Pentecosten anno regni Regis xiiij°, et compertum est quod placitum incepit ad festum S. Hillarii anno xv°. Et Petrus dicit quod ipsa est in Anglia et ideo datus est dies de audiendo iudicio a die etc. ut interim inquiratur si sit in Anglia uel non, et tunc procedat iudicium in eodem statu quo nunc si inuenta fuerit.

622. Kent. Leticia que fuit uxor Alani le Gaunt' optulit se iiij[to] die uersus Alexandrum filium Herberti et Matillidem uxorem eius de placito medietatis unius mesuagii cum pert. in suburbio Cant'[1] quam clamat ut dotem suam etc. Et Alexander et Matillis non uenerunt etc. et sum' etc. Et super hoc uenerunt balliui Cantuariensis Episcopi[2] et petunt inde curiam suam et habent.

623. Cantebr. [3]Alicia que fuit uxor Philippi de Burgo petiit uersus Odonem de Swafham medietatem ij. acr. et trium rodarum terre cum pert. in Burgo, et uersus Willelmum le Fraunceys medietatem unius acr. cum pert. in eadem uilla ut dotem suam. Et Odo et alii prius dixerunt quod talis est consuetudo in feodo Comitis Britannie quod mulieres non poterunt habere nisi terciam partem terrarum uirorum suorum eo quod tenuerunt per seruicium militare simul cum soccagio, et inde posuerunt se super iuratam, et Alicia similiter. Et uicecomes misit inquisicionem que talis est quod terra illa tenetur per seruicium militare simul cum soccagio, et quod talis sit consuetudo eiusdem manerii quod mulieres non possunt habere

[1] *Cantuarie.* Canterbury.
[2] Sic.
[3] B. m. 18.

nisi terciam partem. Et ideo Alicia habeat seisinam suam de predictis terciis partibus et alii eant quieti de residuo[1].

DE TERMINO S. MICHAELIS ANNO REGNI REGIS XV^MO. INCIPIENTE SEXTODECIMO.

624. Godefridus de Crauwecumba per attornatum suum petit uersus Randulfum de Albemarl quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in Brunewardestuna unde petit ab eo quod faciat ei seruicium dim. militis et preterea quod reddat ei singulis annis in inicio Quadragesime unam summam congruorum[2] et unde petit arreragia a tempore Regis Johannis de predicto redditu et de seruicio quarte partis feodi j. militis et unde dicit quod non fecit ei nisi seruicium quarte partis etc. Deuon.

Et Randulfus uenit et defendit uim et iniuriam et dicit quod emit tenementum illud de quodam Willelmo de Vinaz qui tenuit tenementum illud de predicto Godefrido tenendum eidem Randulfo et heredibus suis de predicto | Willelmo et heredibus suis per seruicium quarte partis feodi [87 b.] j. militis pro omni seruicio, et inde uocat ad warantum Ricardum de Vinaz filium et heredem predicti Willelmi, et bene dicit quod si plus seruicium inde debeatur quod idem Ricardus debet eum aquietare. Habeat eum etc. Et quia Ricardus non habet terram in com. Deuonie per quam distringi possit distringatur in com. Sumersetie.

625. Walterus Decanus de Undel'[3] summonitus fuit ad respondendum Henrico de Drautona quare non permittat eum presentare idoneam personam ad capellam S. Thome de Islepe que uacat, cuius aduocacionem idem Henricus dicit ad se pertinere, et unde queritur etc., et unde dicit quod ipse Norhamt.

[1] This seems the case cited by Bracton, f. 93, from Easter A. R. 14. He names no names, but the county is Cambridge. In socage and burgage lands dower of a moiety seems to have been common. See Cases 577, 589, 622. But here *sokagium adiungitur feodo militari*. Swaffham Bulbeck belonged to the honour of Richmond and Britanny. This case is Fitz. *Prescription*, 57.

[2] Sic. Conger eels.

[3] Oundle, Northamptonshire.

presentauit quendam Baldewinum capellanum et qui ad presentacionem suam fuit admissus et ultimo obiit persona in eadem capella.

Et Walterus uenit et dicit quod[1] capella sua quia capella illa pertinens est ad matricem ecclesiam S. Nicholai de Islepe unde ipse est persona et dicit quod ipse iam duobus annis admissus fuit ad predictam matricem ecclesiam et similiter ad capellam illam ut pertinentem ad predictam matricem ecclesiam et institutus per Dom. Episcopum, et inde profert literas Dom. H. Lincolniensis Episcopi secundi[2] patentes que testantur quod ipse admisit eundem Walterum ad presentacionem Jeruasii de Islepe patroni ecclesie de Islepe ad predictam ecclesiam de Islepe cum omnibus pert. suis, et bene dixit quod nichil clamat in aduocacione.

Et Henricus cognoscit quod apud capellam illam non est aliqua sepultura ne[3] baptisterium nec alique proueniunt oblaciones nec aliquid quod pertineat ad matricem ecclesiam nisi quod dotata est de dim. uirg. terre, et preterea postea cognoscit quod Baldewinus adhuc uiuit et quod profectus est Rome ut sibi perquirat de iure suo. Et quia cognoscit quod Baldewinus uiuit, et quia testatum est per Episcopum quod ecclesia non uacat Consideratum est quod Walterus inde quietus et Henricus in misericordia.

626. Robertus Decanus de Wendoure athachiatus fuit ad
Buck. respondendum Ade Inge quare secutus est placitum etc. de laico feodo ipsius Ade in Wendoure contra prohibicionem, et unde idem Ada queritur quod predictus Decanus inplacitat eum coram Archidiacono Buck. in curia cristianitatis de xij. den. redditus in Wendoure, et multociens fecit ei interdici ingressum ecclesie et multipliciter grauauit, ita quod deterioratus est etc. et inde producit sectam.

Et Decanus uenit et defendit contra ipsum et sectam suam quod de nullo laico feodo suo traxit eum in placitum nec post prohibicionem nec ante, set uerum uult dicere, predictus Ada qui nunc queritur tenuit de Rogero fratre

[1] Supply *capella illa est* (?).

[2] The present bishop Hugh of Wells is Hugh the Second, Hugh the First being Saint Hugh.

[3] Corr. *nec*. As to chapels appurtenant to churches see Br. 241 b.

ipsius Decani quoddam tenementum pro dim. marc. per ann., et Rogerus dedit iiij. sol. de predicto redditu in liberam elemosinam Abbati de Messendena et xij. den. dedit ecclesie de Wendoure unde idem Decanus est persona ad quandam lampadem sustendendam in eadem ecclesia ita quod per donum illud fuit ecclesia sua in seisina de predicto redditu per duos annos donec idem Ada per aliquod tempus redditum illum ei reddere noluit, ita quod quia cessauit in solucione predicti redditus fecit eum citari coram Archidiacono ubi idem Ada spontanea uoluntate posuit se super quandam inquisicionem per quam conuinctum fuit quod redditus ille xij. den. pertinuit ad predictam ecclesiam, et quod donum illud ita factum fuit per predictum Rogerum profert[1] ipsius Rogeri que etc. [2]et xviij. den. reddit capitali domino[2].

Et Ada dicit quod ecclesia illa nunquam fuit in seisina de predicto redditu per cartam predictam aliquo tempore, et inde ponit se super patriam, et bene cognoscit quod reddit iiij. sol. apud Mesendenam set dicit quod tenet redditum xij. den. in manu sua donec sciat quis sit iustus heres.

Et Decanus dicit quod ecclesia sua fuit seisita de predicto redditu xij. den. et per cartam illam et quod egit in curia cristianitatis de recenti spoliacione[3], et inde ponit se super patriam. Et Ada bene defendit quod nunquam fuit in seisina de eadem terra[4] et inde ponit se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo uenire faciat xij. et per eorum sacramentum etc. si predictus Decanus fuit in seisina nomine ecclesie sue de predicto redditu uel non, et uenire faciat etc. per literas et per duos etc. |

627. Simon Balistarius et Margeria uxor eius summoniti fuerunt per breue de warancia carte ad warentizandum Thome de Muletona feodum j. militis cum pert. in Luttona, scil. seruicium Willelmi Lungeespey et Idonee uxoris eius. Et Simon et Margeria uenerunt et warentizauerunt et concesserunt pro se et heredibus ipsius Margerie quod predictus Thomas et heredes sui habeant et teneant decetero predictum Linc. [88.]

[1] Supply *cartam*.

[2–2] Perhaps this clause is dislocated.

[3] See Br. f. 407.

[4] Corr. *eodem redditu* (?).

feodum de Rogero le Mariseie capitali domino illius feodi et heredibus suis per seruicium j. militis. Et super hoc Willelmus Lungespey et Idonea uxor eius summoniti fuerunt ad cognoscendum per quod seruicium tenent feodum illud[1] dicunt quod per seruicium vj. lib. per ann. pro omni seruicio. Et Simon et Margeria hoc cognoscunt et attornant eosdem Willelmum et Idoneam de seruicio illo et feodo eidem Thome et heredibus suis inperpetuum, et remittunt totum ius quod habent in feodo illo inperpetuum. Et predictus Rogerus de Mareseie presens fuit et hoc totum cognoscit et hoc totum concedit.

628. Noting. Ricardus de Rudingtona etc.[2] summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo iure exigunt communam in terra sua de Strattona desicut Dom. Rex nullam communam habet in terris ipsorum et aliorum etc. nec ipsi seruicium ei faciunt quare communam habere debeant etc., et unde homines de Strattona qui sequuntur pro Dom. Rege dicunt quod terra in qua idem Ricardus clamat communam est terra Dom. Regis, et quod ipse nullam communam ibi habuit nisi iam iiij. annis elapsis et iniuste et nullam communam ibi habere debet.

Et Ricardus uenit et dicit quod omni tempore a conquestu Anglie ibi communam habuit, et dicit quod terra illa in qua communam habet pertinet ad uillam de Burtona et non ad uillam de Strattona et inde ponit se super patriam.

Et quia Willelmus de *Launn* canonicus Eboracensis et qui habuit medietatem uille de Burtona et qui warentizauit Rogero de Burtona Radulfo de Burtona et aliis resignauit prebendam suam ideo loquendum.

629. Hunting. Stephanus Lupus athachiatus fuit ad respondendum Eborardo de Stoctone de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Eborardi in Stoctone contra prohibicionem etc., et unde idem Eborardus queritur quod post prohibicionem Dom. Regis traxit eum in placitum in curia Archidiaconi Huntingdunie ita quod per districcionem quam

[1] Supply *et*.

[2] *etc.* interlined. Probably we should read *et alii* and then *summoniti fuerunt*. There are several defendants. For earlier proceedings see Case 433.

idem Archidiaconus ei fecit recuperauit idem Stephanus xv. acr. terre de laico feodo suo et unde deterioratus est etc., et inde producit sectam.

Et Stephanus uenit et defendit contra ipsum et contra sectam suam quod nunquam inplacitauit eum de aliquo laico feodo post prohibicionem, set uerum uult dicere, quod reuera ipse duxit in uxorem filiam ipsius Eborardi et idem Eborardus dedit terram illam in maritagium cum filia sua per cartam suam quam profert ita quod per donum illud fuit ipse in seisina de terra illa per unum annum ante prohibicionem, et si inplacitauit eum in curia cristianitatis hoc fuit de quadam diffamacione[1] et de denariis[2] quos ei promisit.

Et Eborardus bene defendit quod nunquam ei dedit filiam suam nec terram in maritagium cum ea nec cartam ei fecit, et bene dicit quod semper fuit in seisina de eadem terra donec per predictam districcionem recuperauit idem Stephanus terram illam uersus eum, et bene dicit quod per duos annos ante placitum illud prohibicionis motum subtraxit ipse filiam suam[3] et ipse[4] semper fuit in seisina usque ad placitum illud motum et post per aliquod[5] et quod nunquam terram illam ei dedit nec cartam illam ei inde fecit ponit se super patriam et testes nominatos in carta. Et Stephanus similiter. Et quia terra illa data fuit in maritagium sibi cum uxore sua et ipse illam amittere non potest sine uxore sua et ipsa non est presens nec inquisicio tangit ipsam, ideo Consideratum est quod Stephanus uadiet legem se xij. manu et ueniat cum lege a die etc. Et dictum est Eborardo si seisinam amiserit de terra illa quod perquirat sibi per breue de noua disseisina uel alio modo si uoluerit et remaneat inquisicio[6].

630. Assisa uenit recognitura si Viuianus filius Radulfi iniuste Oxon.

[1] Note cases of defamation go to Court Christian.

[2] See Br. f. 407 b.

[3] Stephen carried off Everard's daughter.

[4] Everard.

[5] Supply *tempus*.

[6] Stephen must make his law to prove that he has not sued *after* the prohibition; but if Everard complains of what happened *before* then the remedy is novel disseisin. The issue as to the land cannot be tried in this action as Stephen's wife is not a party.

et sine iudicio disseisiuit Willelmum de Mown de libero tenemento suo in Clinctona post primam coronacionem etc. Et balliuus Viuiani uenit et dicit quod assisa non [88 b.] debet inde fieri quia assisa noue disseisine | de eodem tenemento capta fuit coram Martino de Pateshulla et sociis suis iusticiariis apud Westmonasterium ita quod per sacramentum iuratorum et per uisum recognitorum ipsius assise recuperauit dictus Viuianus seisinam eiusdem tenementi.

Et Willelmus uenit et dicit quod predictus Viuianus occupauit xl. et v. acras terre et duas cottaras plusquam recuperauit per predictam assisam [1] de hoc petit assisam.

Et balliuus Viuiani dicit quod nichil occupauit ultra c. acr. terre cum pert. quas recuperauit per predictam assisam et per curiam Dom. Regis et inde uocat curiam Dom. Regis ad warantum.

Et postea quesitum est recordum apud Westmonasterium et ibi compertum est quod idem Viuianus recuperauit uersus eundem Willelmum c. acras et duas uirg. terre et unum boscum qui uocatur le Frid cum pert. et super hoc dicit Willelmus quod idem Viuianus super eum xl. et v. acras terre [2] post finem factum inter ipsum Willelmum de Mowun et Willelmum Brewere de warancia predicte terre et inde ponit se super patriam et super iuratores predicte assise.

Et Viuianus dicit quod nichil occupauit plusquam recuperauit per predictam assisam, et inde ponit se super patriam et iuratores dicte assise. Et ideo dictum est uicecomiti quod in propria persona accedat apud Clingtonam et diligenter inquirat qui fuerunt iuratores dicte assise et per eorum sacramentum diligenter inquirat si predictus Viuianus plus occupauit super predictum Willelmum quam recuperauit per predictam assisam scil. xl. v. acr. terre secundum quod idem Willelmus dicit uel non, et inquisicionem uenire faciat a die etc. per literas et per duos etc.[3]

631. Willelmus de Auberuilla athachiatus fuit ad responden-
Norf. dum Jeruasio de Bradefeuldia et Alicie uxori eius de placito

[1] Supply *et*.
[2] Supply *occupauit* or the like.
[3] The collector seems on the outlook for cases in which the sheriff is directed to take an inquest.

quare non reddit eis j. marcam argenti que eis aretro est de annuo redditu j. marce quam eis debet ut dicunt et unde dicunt quod sunt in seisina ita quod idem Willelmus redditum illum eis reddidit iam duobus annis preteritis et inde producunt sectam.

Et Willelmus uenit et defendit quod nichil eis debet nec aliquod de eis tenet et dicit quod Willelmus le Enueys' est in seisina. Et Willelmus le Enueys' presens est et hoc totum cognoscit et dicit quod fuit in seisina iam sex annis elapsis ita quod predicti Jeruasius et Alicia numquam fuerunt inde in seisina, et bene dicit[1] quod non est inde in seisina nomine uxoris sue ut de redditu qui ei descendit per uxorem suam, quia reuera Willelmus de Draitona pater Agnetis uxoris sue et pater Alicie uxoris eiusdem Jeruasii dedit redditum illum cuidam Radulfo fratri suo et heredibus suis, et Radulfus obiit inde seisitus, et descendit redditus ille cuidam Johanni[2] nepoti suo et ipse Willelmus[3] in tantûm locutus fuit cum ipso Johanne quod idem Johannes concessit ei redditum illum ita quod nichil habet racione uxoris sue.

Et Jeruasius et Alicia dicunt quod redditus ille reuera datus fuit predicto Radulfo secundum quod predictum est, set datus fuit eidem Radulfo et heredibus suis de corpore suo exeuntibus et quia heredes de corpore suo habere non potuit[4] reddidit ipse redditum illum et quietum clamauit eidem Willelmo[5] per multum tempus ante mortem suam ita quod idem Willelmus obiit inde seisitus. Et dicunt quod postea fuerunt[6] inde in seisina scil. de toto redditu illo per literas ipsius Willelmi le Enueys' patentes antequam aliqua particio fieret inter predictum Willelmum le Enueys' et Agnetem et ipsum Jeruasium et Aliciam de hereditate que fuit Willelmi de Draitona ut de proparte predicte Alicie per

[1] William Lenveyse is meeting a suggestion that this rent came to him in right of Agnes his wife, as part of the estate of William of Drayton her father and the father of Alice wife of Gervase.

[2] He is called John of Dunham below.

[3] William Lenveyse.

[4] Perhaps he was a clerk. Observe the limitation to heirs of the body.

[5] William of Drayton father of Alice and Agnes.

[6] Gervase and Alice.

extensionem factam, et quod ita sit ponunt se super patriam, et Willelmus similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti quod in pleno comitatu diligenter inquirat qui fuerunt extensores terrarum et tenementorum que fuerunt predicti Willelmi de Draitona ad particionem faciendam inter predictos Willelmum et Agnetem Jeruasium et Aliciam et per eorum sacramentum et per sacramentum xij. qui nec predictos Willelmum et alios aliqua affinitate aliquid attingant diligenter inquirat si predicti Jeruasius et Alicia fuerunt in seisina de predicto redditu per literas ipsius Willelmi patentes antequam aliqua fieret inter eos particio de predicta
[89.] hereditate | uel si idem Willelmus fuit inde in seisina ut de perquisito suo de Johanne de Dunham sine seisina aliqua quam idem Jeruasius et Alicia inde haberent, et ueniat inquisicio a die etc. Et preceptum est Willelmo le Enueys' quod habeat ad diem illum cartas que tangunt uxorem suam et uxorem Jeruasii.

632. Norf. Lecia que fuit uxor Willelmi filii Roscelini athachiata fuit ad respondendum Johanni filio Roscelini quare fecit uastum et uendicionem de terris domibus boscis et hominibus quos tenet in dotem de hereditate predicti Johannis in Aldeby ad exhereditacionem ipsius Johannis contra prohibicionem Dom. Regis, et ad respondendum eidem Johanni de amensuracione dotis ipsius Lecie in Audeby, et unde idem Johannes queritur quod predicta Lecia prostrauit quamdam grangiam precii xxx. sol. et illam uendidit et similiter unam bercheriam precii xx. sol., et preterea quod ipsa destruxit duos uillanos diuites ita quod pauperes effecti sunt et mendicantes et quod exules sunt[1], item quod gardinum exstirpauit et pomaria asportari fecit cum radicibus, et preterea quod boscum assartauit et postea pauit sciones cum aueriis suis ita quod nichil ualebit nec crescere poterit. Et de amensuracione dotis queritur quod plus habet in predicto manerio quam ad ipsam pertinet habendum, et preterea quod occupauit xl. acras unde uir suus non fuit seisitus die quo eam desponsauit et quos perquisiuit post-

[1] This case is Fitz. *Wast*, 135, and seemingly was held good law by Fineux C. J. in 16. Hen. VII.

quam eam desponsauit desicut nominatim dotata fuit de terra die quo fuit desponsata.

Et Lecia uenit et defendit uastum et uendicionem et totum et bene defendit quod nec grangiam nec berkeriam fecit prosterni nec asportari, set reuera quando ipsa recuperauit dotem suam et habuit seisinam suam predicte domus fuerunt ruinose et inutiles et ipsa maremium deportari fecit in alium locum et in curiam suam ut inde meliores domus reficeret. De uillanis uero bene defendit quod ipsos non destruxit nec exulauit se[1] reuera quidam ipsorum est carpentarius et itinerans et aliquando operatur cum Priore Norwic' et alibi et redit quando uoluerit et non est exulatus nec ipse aliquid inde queritur[2]. De gardino uero bene defendit quod nichil inde exstirpauit. De bosco uero dicit quod nullum inde uastum fecit nec aliquid inde cepit nisi racionabile estouerium suum, set dicit quod boscus ille est alnetum et uirgultum et riffletum[3] et si aliquando prosternatur melior efficitur. Et ideo preceptum est uicecomiti quod assumptis secum xij.. de uisneto de Audeby per quos rei ueritas etc. et per eorum sacramentum etc. quod uastum et quam uendicionem predicta Lecia fecit in domibus terris et boscis et hominibus et omnibus aliis rebus et in quibus rebus, et unde idem Johannes dicit etc., et inquisicionem scire faciat a die etc. per literas et per duos etc.

Et de predictis xl. acr. terre petit uisum et habeat. Idem dies datus est eis et interim etc. Et concedit quod omnes terre et tenementa que fuerunt predicti Willelmi uiri sui et unde fuit seisitus ut de feodo die quo eam desponsauit ita quod eam inde dotare posset extendantur et apprecientur in dominicis et in omnibus aliis rebus ubicumque fuerint siue in com. Norf. siue in com. Suff. et quicumque ea teneat. Et ideo preceptum est uicecomiti quod assumptis secum xij. in propria persona accidat[4] ad terras et tenementa que fuerunt predicti Willelmi et illa extendi et appreciari faciat in dominicis uillenagiis et omnibus aliis rebus secundum quod predictum est et extensionem uenire faciat etc.

[1] Corr. *set*.
[2] The carpenter himself makes no complaint.
[3] An osier bed.
[4] Corr. *accedat*.

633. Buck. Abbas de Wuburnia petit uersus Hugonem de Ver[1] quod warentizet ei duas uirg. terre cum pert. quas Isabella Comitissa Oxonie petit uersus eundem Abbatem, et unde idem Abbas uocat eundem Hugonem ad warantum uersus eam, et unde idem Abbas profert cartam Albrici de Ver et Isabelle uxoris eius que testatur quod ipsa[2] dederunt etc. in puram elemosinam monachis de Wuburnia totum tenementum in Wauenduna quod pertinet ad feodum de Bolebec sicut illud melius tenuit Walterus de Bolebec cum omnibus aisiamentis et pertinenciis preter Whaddunam et Thetendunam, adicitur in carta quod hoc totum tenementum dederunt predictis monachis in escambium terre prati et pasture quam habuerunt in Hurdesduna etc., et hec omnia ipsi et heredes eorum warentizabunt contra omnes homines quod si warentizare non poterunt escambium in com. Buck. uel Oxon. ad ualenciam eis dabunt, et hac racione petit idem Abbas quod [89 b.] Hugo ei warentizet | et hac racione quia ipsa et Hugo habent escambium in H*um*tesduna.

Et Hugo uenit et concedit quod est plene etatis et cognoscit cartam et dicit quod non debet ei warentizare quia nichil habet de hereditate predicti Albrici et Isabelle in predictis comitatibus et bene dicit quod nichil habet de escambio et non dedicit ius ipsius Isabelle immo cognoscit ius ipsius.

Et Abbas dicit quod Hugo habet tercium denarium[3] de comitatu Oxonie et satis habet unde warentizet in comitatu Kancie licet in comitatu Oxonie nichil habeat, et dicit quod Comitissa habet escambium, et petit iudicium. Et Comitissa similiter, et dicit quod nichil habet de escambio, et quia[4] continetur in carta Albrici de Ver et Isabelle uxoris eius quod dederunt terram de Wa*uc*duna in escambium terre de Hildestuna quia terra Walteri[5] de Bolebec antecessor ipsius Hugonis

[1] Earl of Oxford, but not yet belted.

[2] Corr. *ipsi*. But seemingly this Isabella de Bolebec was wife of an Earl Robert, Hugh's father, not of any Earl Aubrey. However the legal point is that the deed of a married woman does not bind her.

[3] The third part of the profits of the shire which belongs to the Earl.

[4] Qu. Is this part of the plea of the Countess? Perhaps *quia* should be omitted.

[5] Corr. *quam terram Walterus*. Walter de Bolebec was brother of Countess Isabella.

dedit eisdem monachis scil. j. hidam terre in Hiltestuna de dominico suo cum tercia parte prati quod ad dominicum suum pertinet et terciam partem mori et ducentas oues in communi pastura, et preterea communam pasture in bosco et plano ad aueria sua quantum pertinet ad unam hidam et faciant eisdem monachis[1] forinsecum seruicium quantum pertinet ad j. hidam terre in eadem uilla.

Et quia idem Hugo est heres Albrici de Ver et potest sufficienter respondere et defendere se et monachos de escambio uersus eandem Isabellam et non uult, Consideratum est quod Isabella recuperauit seisinam de Wauenduna et Hugo faciat escambium predictis monachis ad ualenciam terre de Wauenduna[2] donec predicta hida terre de Hiltesduna fuerit deliberata idem monachi illam habeant et Hugo rehabeat escambium. In Oct. S. Martini uenerunt cum extensione Willelmi[3] de Wautona et Hug' de Suleby cuius extensionis summa hec est xiij. marc. et vij. sol., et Hugo faciat monachis edificia ad ualenciam ix. marc. uel si non tunc reddat eis ix. marc. quia edificia in tantum extenduntur.

634. Fray de Kudintona petit uersus Radulfum de Salceto xx. acr. terre et xl. acr. bosci cum pert. et tres uirg. terre exceptis iiij. acr. et uno mesuagio cum pert. in Soukudintona[4], et uersus eundem Radulfum quem Hugo Capellanus uocauit ad warantum et qui ei warentizauit unam uirg. terre cum pert. et x. acr. terre cum pert. in eadem uilla xxx. acr. terre xl. acr. bosci duas uirg.[5], et uersus eundem Radulfum quem Henricus Faber et Agnes uxor eius uocauerunt ad warantum et qui eis warentizauit j. uirg. terre et dim. cum pert. in eadem uilla ut ius suum unde quidam Punchardus auus suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui capiendo etc., et de predicto Punchardo descendit ius terre illius cuidam Roberto ut filio et heredi, et de predicto Roberto descendit ius terre illius isti Fray ut filio et heredi, et quod tale sit ius suum offert etc.

[1] Sic.

[2] Supply *et* (?) Hugh is to give the monks an equivalent for the land at Wavendon which they are to keep until they get the land at Hillesdon back again.

[3] Corr. *Willelmus*. William and Hugh are two of the valuers.

[4] South Cuddington.

[5] Something has gone wrong in the description of these lands.

Et Radulfus uenit et defendit ius suum nunc et alias ubi et quando[1] et dicit quod non debet ei respondere quia nichil iuris descendere potest ei per predictum Punchardum quia Robertus pater istius Fray reddidit et quietum clamauit isti Radulfo totum ius quod habuit in tribus uirg. terre in Sukudintona pro uno mesuagio et iiij. acr. terre in eadem uilla per cartam suam quam profert et que hoc testatur[2].

Et Fray uenit et defendit cartam et quod predictus Robertus nunquam cartam illam ei fecit et inde ponit se super patriam et testes nominatos in carta, et Radulfus similiter, et dicit[3] quod nullum escambium tenet pro eadem terra. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat viij. tam milites etc. et preterea testes nominatos in carta quam idem Radulfus profert sub nomine predicti Roberti ad recognoscendum super sacramentum suum si predictus Robertus remisit et quietum clamauit eidem Radulfo tres uirg. pro uno mesuagio et iiij. acr. terre in Kudintona per cartam suam et si predictus Fray aliquid teneat de mesuagio illo et predictis iiij. acr. pro predicta quieta clamancia et interim se ita etc.

Et de toto residuo terre et bosci quem ipse tenet et de terra quam ipse warentizauit omnibus supradictis excepta dim. uirg. terre quam Henricus Faber tenet[4]. |

[90.] Et Radulfus uenit et defendit ius ipsius Fray et seisinam predicti Punchardi et totum ubi et quando per corpus cuiusdam liberi hominis sui Galfridi de Langeduna qui hoc offert defendere per corpus suum sicut curia considerauerit.

Et Fray dicit quod predictus Punchardus ita fuit seisitus et quod tale sit ius suum offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Johannis filii Roberti qui hoc offert disracionare per corpus suum sicut de iussu patris sui uel per alium qui hoc facere possit et debeat.

Et Radulfus petit iudicium desicut idem Johannes est

[1] Supply *defendere debebit*.
[2] A dislocation occurs here. The copyist has tried to set matters right by signs which I have tried to follow.
[3] Fray says this.
[4] The preceding clause and that which follows must form one sentence. As to the residue, other than the three virgates and Henry Smith's tenement, Ralph comes and denies Fray's right and wages battle.

frater ipsius Fray et desicut terra illa ei descendere poterit si hoc possit disracionari[1].

Et Fray dicit quod habet pueros et heredes ita quod ipse Johannes non est heres suus aparens. Et ideo consideratum est quod Johannes admittatur ad disracionacionem, et ideo Galfridus det uadium defendendi et Johannes disracionandi.

Postquam in campo antequam duellum esset percussum concordati sunt etc.

635. Robertus de Burnebu et Johanna uxor eius Ricardus Burdun et Egelina uxor eius Johannes le Brun et Alina uxor eius Radulfus de Weduna et Laurencia uxor eius per attornatos ipsarum Johanne et aliarum petunt uersus Willelmum Maudut iiij. partes trium caruc. terre cum pert. in Ledetuna ut racionabilem partem ipsarum Johanne et aliarum unde Thurstanus Basset pater ipsarum Johanne et aliarum et auus ipsius Willelmi fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis capiendo etc., et de predicto Thurstano descendit ius terre illius istis Johanne et aliis ut racionabilis porcio ipsarum que eas contingit etc. Berck.

Et Willelmus uenit et dicit quod non debet eis respondere quia predicte Johanna et alie nichil clamare poterunt in proparte nec partem habere debent de eadem quia ipse tenet terram illam sicut illam de qua predictus Thurstanus illum feoffauit per cartam suam quam profert et que testatur quod dedit et concessit ei terram illam habendam et tenendam sibi et heredibus suis de predicto etc. per seruicium duorum militum pro omni seruicio.

Et Robertus et Johanna et alii ueniunt et dicunt quod carta illa non debet eis nocere quia predictus Thurstanus fuit seisitus de eadem terra tota uita sua donec percussus fuit paralisi ita quod impotens fuit sui et memoriam amisit, et bene dicunt quod si carta illa facta fuit hoc fuit postquam idem Thurstanus fuit impotens sui et postquam memoriam amisit, et dicunt quod nunquam postquam percussus fuit non

[1] Corr. *disracionare*. The objection seems founded on the notion that the champion should be an impartial witness. He is bound to speak of what he has seen with his eyes or what his father has told him.

meliorauit ei status suus per aliquod tempus immo semper deteriorauit et inde ponunt se super patriam et testes nominatos in carta.

Et Willelmus dicit quod quando cartam illam fecit fuit compos sui et bone memorie et quod fecit eam ad Natiuit. S. Joh. et ad festum S. Mich. sequens maritauit quamdam filiam suam et iuit cum ea ad monasterium, et ad Purif. B. Marie proximo sequens obiit, et inde ponit se super patriam. Et Robertus et omnes alii similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti Berck. quod uenire faciat coram iusticiariis apud Westmonasterium etc. viij. tam milites etc. de uisneto de Ledecumba per quos rei ueritas etc. et qui nec ipsum Willelmum nec Robertum et alios aliqua affinitate attingant, et similiter preceptum est uicecomiti Buck. quod uenire faciat alios viij. tam milites etc. de uisneto de Haurugge ubi predictus Thurstanus iacuit ad recognoscendum super sacramentum suum si predictus Thurstanus die quo terram illam dedit predicto Willelmo per cartam suam fuit bone memorie et potens sui et si donum illud ei fecit uel non et si post donum illud, si aliquod ibi fuit, fuit itinerans de loco in locum et ratum habuit donum et ita se inde certificent etc.[1].

636. Berck. [90 b.] Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad | ecclesiam de Shaghe que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Radulfus Hamberd clamat uersus Priorem de S. Fromundo[2] et unde Radulfus dicit quod Philippus de Columbariis tradidit ei manerium de Sages cum omnibus pert. suis et cum aduocacione ecclesie eiusdem uille ad firmam et racione predicte firme presentat clericum suum et petit ius presentandi, et unde dicit quod Philippus de Columbariis auus predicti Philippi presentauit ad eandem ecclesiam quendam Jeruasium qui ultimo obiit persona in eadem ecclesia.

Et Prior de S. Fromundo per attornatum suum uenit et dicit quod ecclesia non uacat immo dicit quod ipse est inde persona, et inde profert cartam Philippi de Columbariis

[1] Bracton, f. 15, cites this case. A paralytic who can walk about (itinerare potest) is compos sui.

[2] I suppose St Fromund in Normandy between St Lo and Isigny.

aui predicti Philippi que testatur quod ipse dedit et concessit Priori de S. Fromundo ecclesiam de Shaghe in puram et perpetuam elemosinam. Profert eciam cartam Joscelini Sarrisbiriensis Episcopi[1] que testatur quod ad presentacionem Philippi de Columbariis suscepit monachos de S. Fromundo ad personatum ecclesie de Saghe et eos inde personas canonice instituit. Profert eciam cartam R. Cantuariensis Archiepiscopi[2] que inter cetera ei et domui sue confirmat predictam ecclesiam. Et bene defendit quod predictus Jeruasius non fuit inde persona set uicarius et ad presentacionem Prioris de S. Fromundo reddendo inde xl. sol. nomine pensionis Priori de S. Fromundo et hoc ad peticionem ipsius Philippi.

Et Radulfus uenit et bene dicit quod idem Jeruasius fuit inde persona et ad presentacionem ipsius Philippi secundum quod predictum est et inde obiit persona et quod post omnes cartas et omnes confirmaciones quas idem Prior profert de eadem aduocacione presentauit idem Philippus ad dictam ecclesiam predictum Jeruasium qui inde obiit persona, et inde petit assisam.

Et Prior dicit quod ipse presentauit predictum Jeruasium ad uicariam eiusdem ecclesie et inde petit assisam.

Juratores dicunt quod predictus Philippus presentauit ad ecclesiam illam predictum Jeruasium qui ultimo obiit persona in eadem et post cartas illas, et satis audiuerunt dici quod predictus Prior et monachi de S. Fromundo percipiunt de eadem ecclesia singulis annis xl. sol. set nesciunt utrum nomine personatus uel nomine beneficii[3], set bene sciunt quod predictus Jeruasius fuit persona in eadem ecclesia et ad presentacionem predicti Philippi. Et ideo Consideratum est quod predictus Radulfus recuperauit seisinam suam racione firme[4] quam habet de predicto Philippo et qui presens est et ei concedit presentacionem illam, et Prior in misericordia, et Radulfus habeat[5] etc.

637. Willelmus de Strumeshale petit uersus Petrum Constabularium de Mautona xiiij. acr. terre cum pert. in Bringham Norf.

[1] Joscelin de Bailul, 1142—1184.
[2] (?) Richard, 1174—1184.
[3] Br. 241 b.
[4] Perhaps he farmed the fee and so could bring the assize.
[5] A writ to the bishop.

ut ius suum unde quidam Robertus frater suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Regis J. tempore pacis capiendo etc., et de predicto Willelmo[1] descendit ius terre illius isti Willelmo ut fratri et heredi, et quod predictus Robertus ita fuit seisitus et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Petrus uenit et defendit ius suum nunc et alias et totum et dicit quod non debet ei respondere quia predictus Robertus habuit quendam Petrum fratrem antenatum et qui fuit pater predicti Petri Constabularii, et desicut est filius fratris antenati petit iudicium si debeat ei respondere.

Et Willelmus dicit quod hoc non debet ei nocere quia predictus Petrus pater ipsius Petri feoffauit predictum Robertum fratrem suum, et unde dicit quod ipse Petrus non potest esse heres et dominus[2].

Et Petrus dicit quod si predictus Robertus ita fuit seisitus ipse[3] habet pueros et heredes et petit iudicium si filius primogenitus[4] sit propinquior heres quam predictus Willelmus.

638. Linc. Radulfus Arsic summonitus fuit ad respondendum Briano de Insula quare non tenet ei conuencionem factam inter ipsum Brianum et Osbertum Arsic[5] fratrem ipsius Radulfi cuius heres ipse est de duabus caruc. terre cum pert. in Oreby et xl. sol. redditus cum pert. in Rasne, et unde idem Brianus queritur quod cum idem Osbertus tradidisset eidem Briano predictam terram ad firmam ad terminum xxij. annorum et terram illam ei warentizare deberet contra omnes gentes usque terminum completum et si ei warentizare non posset quod ei warentizaret in terra sua de Toft, idem Osbertus frater ipsius Radulfi tradidit predictam terram de Toft Waltero de Euermuwe ad terminum xx. annorum, et [91.] preterea quod | distringitur pro defectu ipsius Radulfi ad reddendum capitalibus dominis xx. sol., et preterea dicit quod Anna que fuit uxor Osberti petit ab eo totam terram de Oreby ut dotem suam nominatam, et petit quod conuencio illa ei teneatur et quod warentizet ei in terra de Orreby

[1] Corr. *Roberto*.
[2] See above Cases 61 and 564.
[3] Robert (?)
[4] Robert's son (?)
[5] *et Osbertum Arsic* interlined.

uersus predictam Annam uel quod ei deliberet terram de Toft secundum quod conuenit.

Et Radulfus uenit et cognoscit conuencionem et dicit quod ei deberet ei warentizare de terra de Toft set predictus Osbertus frater suus in uita sua illam tradidit predicto Waltero ad terminum xx. annorum secundum quod predictum est, et libenter ei warentizaret si terram illam in manu sua haberet. Et quia nescitur utrum idem Walterus illam habeat ad terminum uel in feodo summoneatur Walterus quod sit etc. ad ostendendum quid iuris habeat in terra illa que obligata fuit eidem Briano per conuencionem factam inter ipsum Brianum et predictum Osbertum et utrum eam teneat in feodo uel ad firmam et unde idem Brianus dicit quod postquam ei obligata fuit idem Osbertus eam alienauit.

639. Nicholaus Swift athachiatus fuit ad respondendum Willelmo de Walesham quare intrusit se in terciam partem xvj. acr. marisci et viij. acr. prati cum pert. in Mendham et in Prestona contra finem factum in curia Dom. Regis qui nunc est inter eundem Nicholaum petentem et predictum Willelmum tenentem de tercia parte l. sol. redditus et octo acr. prati cum pert. in Mendham et in Prestona et de tercia parte xvj. acr. marisci et xxx. acr. bosci in Mendham, et unde Willelmus queritur quod contra finem illum deforciat ei terciam partem viij. acr. prati et terciam partem xvj. acr. marisci cum pert. Suff.

Et Nicholaus uenit et cognoscit finem et totum quicquid in cirographo continetur et dicit quod est in seisina de omnibus contentis in cirographo et bene dicit quod nullum pratum nec mariscus continetur in cirographo nec cirographum inde facit mencionem aliquam, et bene cognoscit quod Nicholaus de Mendham antecessor ipsorum Nicholai Willelmi et Auicie participis ipsorum[1] fuit seisitus de predicto prato et marisco et inde obiit seisitus et quod nulla contencio fuit inter eos nichil[2] de tercia parte predicti prati et marisci et illa tercia pars remansit eidem Nicholao per finem illum et ipse nichil plus occupauit.

[1] Nicholas Swift, William and Avice were parceners.

[2] Corr. *nisi*.

Et Willelmus dicit quod idem Nicholaus habet illam terciam partem et ultra illam terciam partem occupauit idem Nicholaus aliam terciam partem scil. tantumdem, et offert Dom. Regi j. marc. pro habenda inquisicione et recipitur. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus placitorum corone uenire faciat xij. de uisneto de Mendham et Prestona per quos rei ueritas etc. et per eorum sacramentum etc. si predictus Nicholaus contra finem illum occupauit terciam partem predictarum viij. acr. prati et xvj. acr. marisci uel aliquam partem de marisco et prato que eidem Willelmo remanserunt, et inquisicionem uenire faciat a die etc. per literas et per duos. Et Auicia filia Dauid particeps ipsorum Willelmi et Nicholai summoneatur ad ostendendum si quid clamat in predicta tercia parte prati et marisci etc.

640. Essex. Willelmus de Wintertona et Beatricia uxor eius athachiati fuerunt ad respondendum Ade de S. Elena quare fecerunt uastum et exilium uendicionem et destruccionem de domibus gardinis uiuariis et boscis que tenent in dotem de hereditate ipsius Ade in Leitona ad exhereditacionem ipsius Ade contra prohibicionem etc., et unde ipse Ada queritur quod predicti Willelmus et Beatricia prostrauerunt duas domos et illas uendiderunt et combusserunt et preterea gardinos exstirpauerunt et fraxinos prostrauerunt et uendiderunt et combusserunt, et preterea quod uiuaria exequiauerunt[1] et pisces ceperunt, ita quod deterioratus est etc. et inde producit sectam.

Et Willelmus et Beatricia ueniunt et defendunt uastum et exilium et totum et quod nullum uastum fecerunt ponunt se super patriam. Et Ada similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti quod assumptis secum xij. in propria persona sua accedat apud Leitonam et per eorum sacramentum etc. quod uastum et quod exilium predicti Willelmus et Beatricia fecerunt in domibus gardinis boscis et uiuariis in predicta terra et inquisicionem scire faciat iusticiarios etc. per literas et per duos etc. |

[91 b.] 641. Essex. Johannes filius Eruisii petit uersus Ricardum de Waude j. uirg. terre cum pert. in Haueringe ut ius suum et in quam

[1] They drained the fish-ponds; *exequiare*, *exsuccare*, hence our *sewer*.

non habet ingressum nisi per Matheum Mauncel cui predictus Eruisius pater suus illam tradidit ad terminum qui preteriit, et unde dicit quod tradidit ei terram illam ad terminum xx. annorum et iam elapsi sunt xxx. anni.

Et Ricardus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia ipse non tenet totam terram illam quia quidam Rogerus tenet inde vj. acr. terre unde ipse Ricardus nichil tenet nec in dominico nec in seruicio. Post uenit Ricardus et dicit quod nunquam habuit ingressum in terram illam per Matheum Mauncel immo per Ricardum de Waude patrem Ricardi qui inde obiit seisitus.

Et Johannes dicit et cognoscit quod predictus Ricardus obiit inde seisitus, set dicit quod postea uenit Eruisius pater suus et inplacitauit predictum Ricardum in curia de Aueringe et ibi recognouit idem Ricardus totam terram illam esse ius ipsius Heruisii pro xij. marc. quas ei debuit dare et unde predictus Matheus cepit terram illam in manum suam pro xij. marc. quas soluit pro eodem Heruisio et inde ponit se super patriam, et Ricardus similiter, et offert Dom. Regi j. marc. pro habenda inquisicione et recipitur. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat coram iusticiariis viij. de uisneto de Haueringes et viij. de manerio per quos etc. ad recognoscendum super sacramentum suum si predictus Ricardus aliud ius uel alium ingressum habuit in predictam terram quam per Matheum Mauncel cui predictus Eruisius illam tradidit ad terminum qui preteriit et si Matheus Mauncel pro placito in curia de Haueringes inter predictum Eruisium et Ricardum cepit terram illam de predicto Ricardo per uoluntatem ipsius Eruisii et ad opus ipsius Eruisii pro xij. marc. quas idem Matheus soluit eidem Ricardo pro predicto Eruisio ut idem Johannes dicit.

642. Johanna que fuit uxor Henrici le Clauer petit uersus Willelmum le Clauer medietatem xxx. acr. terre et ij. sol. redditus in Strestuna in com. Norf. et medietatem j. caruc. terre cum pert. in Sturstuna in com. Suff. et medietatem xviij. sol. redditus cum pert. in Herdewico et medietatem iiij. sol. et vj. den. redditus cum pert. in Fretona in com. Norf. ut dotem suam etc. Norf. Suff.

Et Willelmus uenit et dicit quod non debet ei respondere de dote illa quia tempore Henrici le Clauer quem uocat uirum suum bene per tres annos ante mortem ipsius Henrici cepit ipsa in uirum quendam Radulfum de Sunderlande et in uita ipsius Henrici fuit ipsa in seisina de eodem Radulfo ut de uiro suo et adhuc est in seisina, et dicit quod ipse Radulfus eam desponsauit apud Braundfeuldiam.

Et Johanna bene defendit quod nunquam cepit in uirum ipsum Radulfum nec tempore Henrici unquam alium habuit in uirum quam predictum Henricum et dicit quod predictus Henricus obiit seisitus de ea sicut de uxore sua et in terra illa de qua dotem petit.

Et Willelmus dicit quod predictus Radulfus est uir suus et fuit tempore predicti Henrici secundum quod predictum est. Postea uenit predictus Radulfus coram iusticiariis apud Westmonasterium et cognouit quod iam octo annis elapsis ad festum S. Andree duxit in uxorem predictam Johannam puplice et in facie ecclesie apud Braundfeuldiam coram pluribus, et dicit quod ipsa placitare non potest sine eo, et bene dicit quod predictus Henricus aliquando inplacitauit eum et predictam Johannam et petiit eam in uxorem, set ante iudicium et sentenciam latam obiit idem Henricus in placito, et dicit quod postea sentencia lata est pro eo [1] coram Episcopo Norwicensi per quam ipsa ei adiudicata est sicut uxor sua. Post uenit Thomas [2] Norwicensis Episcopus et dicit quod Johanna excommunicata est et quod Radulfus est uir suus et quod solempniter eam desponsauit apud Brunfeuldiam. Et ideo Willelmus inde sine die donec Johanna absoluatur.

643. Sussex. Matillis que fuit uxor Nicholai de la Wyk petit uersus Aliciam de Esham quod reddat ei custodiam terre que fuit ipsius Nicholai in Bedingham que ad eam pertinet eo quod predictus Nicholaus terram illam tenuit in soccagio et quia predicta Matillis est propinquior hered' [3] ipsius Nicholai.

Et Alicia uenit et dicit quod non debet ei respondere quia predictus Nicholaus habuit quamdam uxorem Matillidem

[1] In favour of *Ralph*. There may have been many reasons for excommunicating Joan.

[2] Blunville.

[3] *heredibus*; the nearest relation of the heirs.

nomine in uxorem ante istam Matillidem de qua habuit duas filias scil. Muriellam et Agnetem et unde dicit quod ipsa Matillis non est propinquior heredibus predicti Nicholai. |

Et Matillis bene cognoscit quod idem Nicholaus habuit aliam uxorem secundum quod predictum est et ex ea[1] duas filias, set dicit quod habuit ex ea[2] quinque filias et ipsa omnes illas filias habet in custodia sua tam illas que nate sunt ex alia uxore quam illas que ex se ipsa nate sunt. [92.]

Et Alicia uenit et libenter ei reddet custodiam predicte terre pro ea parte que contingit filias suas de corpore suo procreatas dum tamen faciat seruicium quod ad terram illam pertinet secundum quod rec'[3] fuit coram iusticiariis itinerantibus apud Lewes.

Et ideo prouisum est quod ipsa Matillis habeat custodiam[4] quinque parcium tocius terre que fuit ipsius Nicholai racione custodie quinque filiarum suarum per seruicium quod ad terram illam pertinet, et due partes committantur auunculo duarum filiarum procreatarum ex prima uxore ex parte matris per seruicium quod ad illas duas partes pertinet[5].

Post uenit Matillis et retraxit se de breui isto quia uult sequi breue suum de noua disseisina quam filie sue arramiauerunt uersus predictam Aliciam coram iusticiariis ad hoc assignatis, et ideo Alicia inde sine die et Matillis in misericordia[6].

644. Nicholaus Walensis Willelmus le Eyr et Robertus filius Isabelle summoniti fuerunt ad respondendum Herberto de Alencun quare non permittunt[7] presentare idoneam personam ad medietatem ecclesie de Herdewico que uacat et ad suam spectat donacionem etc. Norf.

Et ad alium diem uenit Willelmus le Eyr et dixit quod nichil clamat in predicta medietate eiusdem aduocacionis.

Et super hoc Herbertus requisitus quid iuris clamat in aduocacione illa dicit quod Rogerus Walensis presentauit

[1] The first wife.
[2] The demandant.
[3] *recognitum* or *recordatum*.
[4] A line of writing is erased.
[5] A widow is not entitled to the guardianship of her step-daughters.
[6] Alice seems to be the lady of whom the land is holden and the tenure being socage she has no wardship. Damages may be had in the assize of novel disseisin; therefore the demandant prefers that remedy.
[7] Supply *eum*.

quendam Randulfum ad eandem ecclesiam qui ultimo obiit persona in eadem et idem Rogerus dedit et quietum clamauit totum ius quod ipse habuit cuidam Simoni de Saham, et Robertus filius ipsius Simonis dedit medietatem illius aduocacionis predicto Herberto per cartam suam.

Et Robertus filius Isabelle uenit et bene concedit quod idem Rogerus presentauit ultimo ad totam eandem ecclesiam secundum quod predictum est, et idem Rogerus postea dedit et concessit Isabelle matri sue et ei totam illam aduocacionem per cartam ipsius Rogeri que hoc testatur. Et quia continetur in carta quam Herbertus profert et quam Robertus filius Simonis ei fecit de predicta aduocacione quod ipse Robertus ei dedit et concessit totum ius suum et idem Robertus nunquam seisinam habuit ut idem Herbertus cognoscit, Consideratum est quod idem Herbertus nichil clamare poterit in aduocacione illa, et ideo Nicholaus et alii inde sine die et Herbertus in misericordia.

Nota[1].

645. Wigorn. Ada de Icumb petit uersus Thomam Abbatem de Euesham[2] quod ei reddat xix. marc. quas ei debet pro xx. summis frumenti quas ei[3] uendidit quamlibet summam pro dim. marc. et pro xl. quarteriis de dragge[4] precium quarterii iij. sol., quod bladum uendidit Randulfo Abbati predecessori ipsius Thome et eiusdem loci conuentui, et inde profert quandam tailliam et eciam producit sectam sufficientem[5].

Nota. Si attornatus factus sit per maliciam, ueniat principalis dominus in propria persona ad respondendum[6].

Et Thomas Abbas per Adam le Butiller attornatum suum per breue Regis nunc uenit et defendit contra tailliam et contra sectam suam quod Abbas nichil ei debet nec Abbas Randulfus nec conuentus aliquid ei debent. Et quia predictus Ada maliciose et ad fraudem factus est attornatus

[1] Bracton. f. 54 b. and again f. 246 insists on the point of this case, that the donee of an advowson, until he has obtained actual seisin by a presentation, has nothing that he can grant to another.

[2] Thomas Marlborough, author of the Chronicle of Evesham printed in the Rolls Series. He was a mighty lawyer and had learned of Azo.

[3] *ei* interlined by annotator.

[4] Dredge, mixed provender, see Skeat. s. v. *dredge*.

[5] Observe how one proves a simple contract debt by tally and suit.

[6] One must wage one's law in person; but where are the malice and fraud? The clergy objected strongly to making their law in the lay courts. See Annals of Burton, (Ann. Monast. vol. 1.) p. 255.

ut sic in persona sua faciat legem datus est eis dies et tunc ueniat Abbas in propria persona ad respondendum de predicto debito.

646. Ricardus de Merlawe athachiatus fuit ad respondendum Roberto de la Waude quare traxit eum in placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. contra prohibicionem etc. et similiter de x. acr. terre in Wendouere, et unde dicit quod per placitum illud fuit ipse excommunicatus et per sentenciam illam captus et imprisonatus per xviij. septimanas et amplius ita quod deterioratus est etc. et inde producit sectam. Buck.

Et Ricardus uenit et defendit contra ipsum et sectam suam quod nunquam post prohibicionem traxit eum in placitum set reuera ante prohibicionem inplacitauit eum et tali modo quia reuera idem Ricardus duxit in uxorem filiam predicti Roberti et idem promisit ei cum filia sua tam in catallis quam in denariis usque ad xl. marc., et quia denarios illos ei reddere noluit inplacitauit eum coram | Archidiacono Buck. [92 b.] set reuera de nullo laico feodo nec de terra aliqua eum inplacitauit. Et Robertus non potest hoc dedicere, et ideo Ricardus inde sine die et Robertus in misericordia[1].

647. Alditha que fuit uxor Willelmi Wigaunt per attornatum suum petit uersus Robertum le Fraunceys terciam partem unius uirg. terre cum pert. in Hentona ut dotem suam, ita quod fuit obiectum ei quod non debuit inde dotem habere quia non fuit predicto Willelmo legittimo matrimonio copulata propter quod mandatum fuit Officiali Dom. Wintoniensis a quo et a cuius sentencia apellatum fuit ob causam manifestam ad Dom. Cantuariensem et ipse per literas suas mandauit patentes quod fuit eidem Willelmo legittimo matrimonio copulata. Et ideo Consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam etc.[2] Suhampt.

648. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam[3] que mortua est ad ecclesiam de Norham.

[1] Br. f. 407 b. This case is Fitz. *Prohibicion*, 24.

[2] For procedure in such cases see Br. f. 302. On f. 303 he cites this case as showing that after unsuccessfully disputing the validity of the marriage the tenant can make no other defence.

[3] Supply *personam*.

Wuttona que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Amicabilis de Wuttona clamat uersus Abbatem de Lauendena[1] qui uenit etc.

Eadem assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Sheltona et cuius aduocacionem Ricardus de Bello Campo clamat uersus eundem Abbatem de Lauendena et qui uenit etc., et unde ipsi Amicabilis et Ricardus dicunt quod quidam Johannes de Bidun pater predicte Amicabilis et Sarre uxoris predicti Ricardi presentauit quendam Walterum de Bidun qui ad presentacionem suam fuit admissus ad easdem ecclesias et inde obiit persona.

Et Abbas uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia bene potest esse quod idem Johannes presentauit predictum Walterum set postquam ipsum presentauit dedit ipse Johannes predictas simul cum aliis ecclesiis deo et ecclesie S. Johannis et Abbati Dauidi et canonicis de Lauendena cum omnibus pertinenciis ipsarum per cartam suam quam profert etc.

Et Amicabilis et Ricardus dicunt quod postquam carta illa facta fuit presentauit idem Johannes ad easdem ecclesias predictum Walterum qui ultimo obiit persona in eisdem, et reuera quidam Halnacus pater ipsius Johannis presentauit ad easdem ecclesias quendam Walterum de Bidun[2] qui fuit cancellarius Regis Scocie qui aliquando fuit inde persona et obiit inde persona, et bene potest esse quod tempore suo confecta fuit carta illa et post mortem Walteri de Bidun primi presentauit predictus Johannes et postquam carta illa confecta fuit predictum Walterum[3] qui ultimo obiit persona, et inde ponit[4] se super patriam.

Post uenit Abbas et uocat inde ad warantum Amiciam de Clingtona filiam predicti Johannis de Bidun, habeat eum[5] etc. Et dictum est Ricardo quod habeat ad diem illum filium suum de predicta Sarra[6] ad cognoscendum si quid

[1] Lavenden, Bucks, founded by John of Bidun. Monast. vol. 6, p. 888.

[2] There are two persons of this name. This is Walter No. 1.

[3] Walter No. 2.

[4] Corr. *ponunt*.

[5] Corr. *eam*.

[6] Sarah is dead; Richard claims curtesy.

iuris clamat in aduocacione predictarum ecclesiarum et iurata remaneat. Et Ermiceda de Bidun et Robertus filius Galfridi participes heredum predicti Johannis[1] summoneantur quod sint ad eundem diem ad cognoscendum quid iuris clamant in predictis ecclesiis uel si quid iuris etc.

649. Willelmus de la Mare athachiatus fuit ad respondendum Simoni de Chelefeuldia quare secutus est placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. contra prohibicionem, et unde idem Simon queritur quod traxit eum in placitum in curia cristianitatis de uno tasso[2] bladi precii xxx. marc. ut[3] deterioratus est etc. et inde producit sectam que examinata est et non est sufficiens. Kent. Surr.

Et Simon uenit et defendit contra ipsum et sectam suam quod nunquam post prohibicionem inplacitauit eum, set reuera de communi consensu tam ipsius Simonis quam Willelmi compromiserunt se in arbitros et ex utraque parte renunciatum fuit fori privilegio[4] et inde profert quasdam literas patentes ipsius Simonis que hoc testantur, et unde dicit quod si curia Dom. Regis iudicauerit quod sequi non possit in curia cristianitatis non sequetur de cetero. Et quia secta non est sufficiens Consideratum est quod Willelmus inde sine die et Simon in misericordia. Et prohibitum est etc.

650. Ricardus del Hul petiit uersus Isabellam que fuit uxor Gileberti de Teffordia viij. sol. redditus cum pert. in Teffordia, et uersus Margaretam filiam suam j. mesuagium cum pert. in eadem uilla ut ius suum et in quem[5] non habuit ingressum nisi per Reginaldum patrem ipsius Ricardi qui illa ei dimisit ad terminum qui | preteriit. Et Isabella uenit et dixit quod predictus Reginaldus feoffauit eam de predicta terra et mesuagio et non dimisit ea ad terminum et inde posuit se super patriam. Et Ricardus similiter. Et mandatum fuit uicecomiti quod faceret inquisicionem. Et ipse misit inquisicionem illam etc. que talis est, quod predictus Reginaldus dedit redditum illum et mesuagium in Norf. [93.]

[1] See Roberts, *Calend. Geneal.* p. 62, for the pedigree.
[2] A rick.
[3] Corr. *unde*.
[4] As to this see Br. f. 408.
[5] Sic.

feodo et non ad terminum. Et ideo Consideratum est quod Isabella et Margeria teneant in pace et Ricardus in misericordia[1].

651. Salop. Thomas Corbet petit uersus Petrum filium Herberti manerium de Pauntebiria cum pert. ut ius suum etc. Et Petrus non uenit set se essoniauit de malo lecti et Matheus de Bikestorpe qui se facit responsalem ipsius Herberti[2] uenit et petit inde uisum, habeat etc. Et preceptum est uicecomiti quod mittat ad predictum Herbertum[3] iiij. legales milites de comitatu suo ad audiendum si predictus Herbertus[4] misit eundem Matheum ut responsalem suum et si ratam habeat responsionem quam idem Matheus pro eo fecit et si uelit ipsum attornare loco suo ad lucrandum uel perdendum in predicta loquela, et uicecomes uenire faciat predictos iiij. milites ad testificandum[5].

652. Bucks. Johannes de Burtona petit uersus Johannem filium Galfridi iij. acr. terre cum pert. in Ailesbiria et uersus Radulfum Pertock j. uirg. terre cum pert. in eadem uilla, et uersus Ricardum filium Willelmi medietatem j. mesuagii cum pert. in eadem uilla, et uersus Cristianam que fuit uxor Roberti de Lectona quartam partem j. mesuagii cum pert. in eadem uilla, et uersus Philippum Dugun, Rogerum Cruc et Robertum Aurifabrum quartam partem j. mesuagii cum pert. in eadem uilla ut ius suum etc.

Et Johannes filius Galfridi uenit et dicit quod non debet ei respondere quia terra illa et mesuagium sunt de dominico Dom. Regis et ipse est firmarius Dom. Regis, et omnes tenentes de eadem terra et dominico debent placitare in uilla de Ailesburia secundum legem et consuetudinem maneriorum et non debent extra manerium illud placitare quia non ponunt se in magnam assisam nec defendunt se per duellum.

Et Johannes de Burtona uenit et dicit quod Willelmus filius Nigelli pater suus fuit feoffatus de eadem terra tempore Regis J. et fecit homagium suum Regi J. et illam cum aliis

[1] Br. f. 320.
[2] Corr. *Petri* (?).
[3] Corr. *Petrum* (?).
[4] Corr. *Petrus* (?).
[5] This case is cited by Bracton anonymously, f. 361 b.

terris suis tenuit libere per liberum seruicium xv. sol. pro omni seruicio, et dicit quod alii sunt tenentes de eodem dominico que[1] debent alia seruicia et consuetudines sicut charriagia *messces'* et alia plura[2].

Et Johannes filius Galfridi dicit saluo ei predicto responso quod uidetur ei quod non debet eis hic respondere desicut terra illa debet seruicia plura excepto seruicio predictorum xv. sol., et ipse[3] eam petit tenendam libere et non potest[4] respondere sine Dom. Rege.

Et Rogerus Cruc dicit quod tenet de uillenagio et uocat inde ad warantum predictum Johannem filium Galfridi, set nichil ostendit quare ei warentizare debeat nec cartam nec aliud. Omnes predicti tenentes preter Johannem filium Galfridi[5] etc.

Dies datus est omnibus predictis etc. ut tunc sciatur utrum hic placitare debeant uel apud Ailesburiam etc.

653. Thomas filius Simonis petit uersus Azonem de Hertfordia medietatem trium acr. terre et trium sol. redditus cum pert. in Rochamstede quam[6] esse racionabilem partem suam que eum contingit de hereditate que fuit Hersente filie Alicie matris ipsius Thome in eadem uilla. Hertford.

Et Azo uenit et dicit quod non debet ei respondere quia predictus Thomas uendidit et quietum clamauit totum ius et clamium quod habuit uel habere potuit predicto Azoni et heredibus suis in terris predictis etc. pro duabus marc. et dim. quarterio frumenti et siliginis per annum ad uitam ipsius Thome.

Et Thomas uenit et cognoscit cartam et conuencionem set dicit quod nichil ei reddidit de denariis nec blado illo

[1] Corr. *qui;* or perhaps words are omitted; *qui tenent tenementa que debent etc.*

[2] See Br. f. 200. John of Burton says that he was enfeoffed and so holds in frank fee, while other lands in this vill (which is ancient demesne) are held by divers services, carrying services and the like, and the tenants of them can only be impleaded at Ailesbury. Of *messces'* I can make nothing; perhaps it should be *messuras*, reapings, reaping services.

[3] John of Burton.

[4] John Fitz Geoffrey cannot answer without the king. *Tenet nomine alieno,* Br. f. 200. The privileges of tenants in ancient demesne are the king's privileges.

[5] I suppose that they all vouch John Fitz Geoffrey.

[6] Supply *clamat.*

secundum conuencionem illam et quod reddat ei arreragia si qua[1] ei aretro sunt.

654. Surr. Loquela inter Priorem de Mertona et Decanum et Capitulum S. Pauli Londonie de quadam piscaria remanet sine die quia Prior alibi assumpsit habitum religionis[2]. Et cum alius Prior fuerit creatus et factus resummoneatur loquela.

655. Berck. Bartholomeus de la Hose athachiatus fuit ad respondendum Abbati de Bello Loco[3] quare non facit sectam [93 b.] ad | curiam ipsius Abbatis de Ferenduna, et unde idem Abbas per attornatum suum dicit quod cum habeat manerium de Ferenduna ex dono Dom. Regis cum omnibus pertinenciis suis, et cum idem Bartholomeus semper quamdiu manerium illud fuit in manu Regis et eciam per multum tempus postquam fuit in manu sua solebat facere sectam ad curiam de Ferenduna quando latro ibi esset iudicandus et quando breue Dom. Regis ibi esset de recto[4] pro afforciamento curie, idem Bartholomeus subtraxit se iam per tres annos unde deterioratus est etc. et inde producit sectam. Dicit eciam quod[5] balliuus ipsius Abbatis uenire solet semel in anno apud Ingelesham ad terram ipsius Bartholomei ad faciendum uisum de franco plegio et si misericordia inde proueniret quod ipse Abbas haberet misericordiam illam, idem Bartholomeus non permittit ipsum balliuum facere uisum de franco plegio nec misericordias prouenientes habere, unde deterioratus est etc. et inde producit sectam.

Lambertus filius Bernardi eodem modo athachiatus[6] ad respondendum eidem Abbati quare non facit sectam ad predictam curiam de Ferenduna, et unde idem Abbas dicit quod cum habeat manerium illud cum pert. de dono Regis J. secundum quod predictum est et idem Lambertus semper solet facere sectam ad predictam curiam de quindena in quindenam quando placitum ibi esset, idem Lambertus se

[1] Sic.

[2] His name is Giles and he has become a Cistercian at Beaulieu. Ann. Mon. vol. 2, p. 310, vol. 3, p. 128.

[3] Beaulieu. See Monast. vol. 5, p. 683, where King John's grant of the manors of Faringdon and Inglesham will be found.

[4] When a writ of right was to be tried.

[5] Supply *cum* (?)

[6] Supply *est*.

subtraxit iam per dim. annum unde deterioratus est etc. et inde producit sectam.

Et Bartholomeus dicit quod quando manerium illud ita datum fuit Abbati de Bello Loco secundum quod predictum est Dom. Rex excepit seruicium suum, et dicit quod debet tenere tenementum suum de Dom. Rege per unum austurcum[1] custodiendum, et dicit quod nullam sectam facere debet ad predictam curiam nec umquam fecit postquam manerium illud datum fuit predicto Abbati, et inde ponit se super patriam, et bene dicit quod nec per se nec per alium illas sectas fecit aliquo tempore nec tempore Regis J. nec alio tempore.

De uisu franci plegii faciendo dicit predictus Bartholomeus quod balliui predicti Abbatis non debent uenire nec solent ad terram ipsius Bartholomei apud Ingelesham ad faciendum uisum de franco plegio quia reuera est et alia et illa que uocatur Ingelesham[2] quam Abbas habet in manu sua ad quam omnes tenentes sui uenire debent et ibi debet quilibet tenens dare j. denarium de capite suo pro wacche et warde, et ibi debet balliuus Abbatis facere uisum de franco plegio pro seruiente Regis, et si aliquis incidat in misericordiam Abbas debet de eis habere racionabilem misericordiam.

Et Lambertus uenit et cognoscit quod debet facere huiusmodi sectas ad curiam scil. quando latro ibi fuerit iudicandus et quando placitum ibi fuerit per breue Dom. Regis de recto et pro afforciamento curie ad duo laghundreda, et non de quindena in quindenam ut idem Abbas dicit. Et inde ponit se super patriam et Abbas similiter, et Bartholomeus similiter secundum quod predictum est. Et Abbas dat j. marc. pro habenda inquisicione apud Westmonasterium et recipitur. Et preceptum est uicecomiti quod uenire faciat coram iusticiariis apud Westmonasterium etc. xij. tam milites etc. de uisneto etc. ad recognoscendum super sacramentum suum si predictus Bartholomeus anno et die

[1] A hawk.

[2] Qu. This means that there are two townships or places called Inglesham; one belongs to Bartholomew, the other is demesne of the Abbey. Inglesham lies partly in Faringdon hundred, Berks, partly in Wilts.

quo predictus Rex J. dedit manerium illud predicto Abbati fecit predictas sectas ad curiam de Ferenduna secundum quod predictum est et si semper postmodum sectam illam fecit usque ad tres annos proximo preteritos, et similiter ad recognoscendum super sacramentum suum quas sectas idem Lambertus tunc fecit et postea semper ad dim. annum proximo preteritum [1].

656. Buck. Johannes filius Ricardi petit uersus Robertum filium Walteri de Iselhamstede dim. uirg. terre cum pert. in Iselhamstede ut ius suum etc.

Et Robertus uenit et dicit quod non debet ei respondere nec potest terram illam lucrari uel perdere quia non tenet terram illam nisi ad terminum de anno in annum ad uoluntatem Roberti Coci et Matillidis uxoris eius et Mabilie sororis ipsius Matillidis que presentes sunt et hoc cognoscunt. Et Johannes non potuit hoc dedicere et ideo Robertus inde sine die et Johannes in misericordia. |

[94.] 657. Wilt. Oxon. Ricardus Pipard athachiatus fuit ad respondendum Henrico Pipard de placito quod warentizaret ei terciam partem feodi j. militis cum pert. in Lachefordia in com. Oxon. quam tenet et de eo tenere clamat et unde cartam Rogeri Pipard aui ipsius Ricardi cuius heres ipse est habet ut dicit etc., et unde queritur quod cum tenere debeat totum tenementum suum in Lechefordia de eo per seruicium tercii [2] partis feodi j. militis pro omni seruicio, Radulfus filius Nicholai custos terre et heredis Willelmi Pipard capitalis domini [3] pro defectu ipsius Ricardi distringit eum pro seruicio dimidii militis, et preterea pro releuio l. sol. quod idem Ricardus dare deberet de morte Michaelis patris sui, et preterea distringit eum pro scutagiis ultra scutagium quod ipse debet usque ad xvj. sol. iiij. den. unde deterioratus est etc. et inde producit sectam.

Et Ricardus uenit et cognoscit quod Rogerus Pipard auus

[1] For the sequel see MS. f. 106. The exaction of suit of court seems to have been grievous to the smaller landowners. Matthew Paris (vol. 5, p. 545) ascribes to one of the judges, William of York, who became bishop of Salisbury, a newfangled and oppressive rule about this matter. See the Provisions of Westminster Art. 1, and Stat. Marlb. cap. 9, which bar stale claims.

[2] Sic.

[3] Note this subinfeudation in a family. The Pipards stand three deep.

suus feoffauit Henricum Pipard patrem predicti Henrici de predicta terra per seruicium dimidii militis, et bene dicit quod non feoffauit ipsum per cartam istam et dedicit cartam istam et dicit quod predictus Henricus pater predicti Henrici semper fecit tota uita sua seruicium dimidii militis et non seruicium tercie partis j. militis inde et eciam ipse Henricus usque nunc.

Et Henricus uenit et dicit quod Ricardus hoc iniuste dicit quia predictus Rogerus Pipard feoffauit patrem ipsius Henrici de predicto tenemento per seruicium tercie partis feodi j. militis secundum quod predictum est saluo forinseco seruicio per cartam ipsius Rogeri quam profert et que hoc testatur. Profert eciam cartam Ricardi Pipard filii ipsius Rogeri Pipard et auunculi istius Ricardi que confirmat eidem Henrico tenementum illud per seruicium predictum tercie partis feodi j. militis, et bene dicit quod ipse nunquam maius seruicium inde fecit nisi per districcionem.

Et Ricardus cognoscit feoffamentum set defendit quod non fuit ita feoffatus scil. per seruicium tercie partis j. militis set per seruicium dimidii militis secundum quod predictum est.

Postea uenit Ricardus et cognoscit secundam cartam[1] et non dedicit primam. Et ideo Consideratum est quod aquietet eum uersus capitales dominos per seruicium tercie partis j. militis et Ricardus in misericordia quia ipsum non acquietauit et satisfaciat de arreragiis etc.

658. Petrus de S. Edwardo et Eschina uxor eius per attornatum ipsius Eschine petunt uersus Nigellum de Amundeuilla quem Johannes de Kirkeby uocauit ad warantum et qui ei warentizauit terciam partem manerii de Prestona cum pert. ut dotem ipsius Eschine etc. Ebor. Hunting.

Et Nigellus uenit et concedit ei terciam partem eiusdem manerii sicut Elias primus uir suus manerium illud tenuit die quo eam desponsauit. Et ideo Consideratum est quod Petrus et Eschina recuperauerunt seisinam suam de predicta tercia parte sicut predictus Elias uir suus illud tenuit in dominicis et seruiciis et in aliis rebus. Et quia Johannes cui

[1] This case seems to be Fitz. *Avowre*, 243.

Nota quod ubi uxor alicuius recuperauerit dotem suam scil. terciam Nigellus warentizauit tenuit manerium illud ad terminum x. annorum teneat duas partes illius manerii ultra terminum suum ad ualenciam predicte tercie partis.

659. Linc. partem alicuius manerii quod prius concessum fuit ad terminum firmarius teneat duas partes ultra terminum ad ualenciam tercie partis[1].

Assisa uenit recognitura si Helewisia soror Rogeri filii Willelmi et Henrici et Willelmi fratrum suorum fuit seisitus[2] in dominico suo etc. de j. mesuagio et j. bouat. terre cum pert. in Skyrebe et de dim. bouat. terre cum pert. in Tittonadie etc., et si etc., quam terram et quod mesuagium Eudo filius Sigar tenet qui uenit et concessit assisam.

Juratores dixerunt quod contencio erat inter predictum Eudonem et predictam Helewisiam de fide data inter eos ita quod in capitulo[3] disracionauit ipsa quod idem Eudo eam affidauerat, et postea dedit idem Eudo ei predictam terram et mesuagium per cartam suam tenendam sibi et heredibus suis et inde eam feoffauit et in seisinam posuit, ita quod fuit in seisina per j. mensem et postea contraxit cum ea puplice in facie ecclesie. Dicunt eciam quod predicti Rogerus et alii sunt propinquiores heredes ipsius Helewisie. Et quia post fidem datam facta fuit donacio et cognouit eam carnaliter post fidem datam ita quod diuorcium inter eos celebrari | non potuit facta fuit illa donacio tanquam inter uirum et uxorem et ideo ualere non potuit, et ideo Consideratum est quod Rogerus et alii nichil capiant per assisam et Eudo teneat in pace et alii in misericordia.

Nota quod donacio facta mulieri post fidem datam et unde secutum est matrimonium postea, non [94 b.] ualet ad hoc quod heredes mulieris recuperent quia erit donacio illa quasi inter uirum et uxorem, et retinent heredes uiri[4].

660. Ebor. Ricardus de Percy athachiatus fuit ad respondendum Priori de Markeby quare distringit eum ad faciendum forinsecum seruicium de sex bouat. terre cum pert. in Frumthorpe in com. Linc. quas tenet de Ada filio Henrici in Dingelby per seruicium xx. sol. per ann. pro omni seruicio sicut idem Ada cognouit coram iusticiariis apud Westmonasterium desicut Willelmus de Percy antecessor ipsius Ricardi confirmauit

[1] Bracton f. 312 has a case just to this effect and uses almost the words of this note, but his case is from Mich. A. R. 14—15 and the names of the parties are not the names here. Neither Bracton nor the annotator observes that before the gift there had been not only fides data but also carnalis copula, a marriage in all essentials. The judgment lays stress upon this. Fitzherbert also notices this. See Fitz. *Feffements*, 117.

[2] Corr. *seisita*.

[3] The chapter court.

[4] Bracton, f. 29, cites this case.

eidem Priori et Conuentui de Markeby predictam terram tenendam in puram et perpetuam elemosinam per cartam suam quam inde habet, et unde queritur quod distringit eum ad faciendum sectam ad curiam ipsius Ricardi, et preterea distrinxit eum pro v. scutagiis ita quod aueria sua uendidit et aliquando detinuit in parco[1] usque ad mortem unde deterioratur et dampnum habet etc., et bene dicit quod semper fuit quietus de forinseco et aliis seruiciis usque ad guerram[2], et inde ponit se super patriam. Et super hoc Prior profert cartam Willelmi de Percy antecessoris ipsius Ricardi que testatur quod ipse concessit et confirmauit totum dominium quod Joellenus habuit in Frumthorpe scil. in pomario et in terra quam habuit in dominio[3] in uilla et extra uillam et totft[4] Leuerici et molendinum et commune pabulum in agro et prato ecclesie S. Petri de Merkeby et canonicis ibidem deo degentibus sicut Johellus et Thomas heres suus ei dederunt in liberam elemosinam libere et quiete reddendo per annum xij. sol. pro omni seruicio Teste etc.

Et Ricardus per attornatum suum uenit et cognoscit cartam et dicit quod heres Drogonis de Monte Acuto tenet feodum illud de eodem[5] et quod fecit ei inde homagium et releuium et debet ei per annum seruicium sexte partis j. militis et bene cognoscit quod distrinxit eundem Priorem et predictum feodum pro predictis forinsecis seruiciis.

Et Prior dicit quod per cartam predicti Willelmi semper fuit ipse quietus de seruicio forinseco donec distrinxit eum pro v. scutagiis ita quod aueria sua uendidit et mortua fuerunt in parco per quod habuit predictum dampnum.

Et Ricardus quesitus si uelit ponere se super patriam de predicta quietancia dicit quod non et quia non uult ponere se super patriam de quietancia nec aliquid ostendit nisi simplicem uocem suam et cognoscit cartam, Consideratum est quod de cetero non distringat eundem Priorem set se capiat ad heredem predicti Drogonis si uoluerit, et sit in misericordia quia sic eum distrinxit, et Ricardus satisfaciat

Nota quod qui dicit nec uult se ponere super patriam nec probationem aliquam nisi simplicem uocem suam, amittit, quasi deficiente probatione.

1 In the pound.
2 The civil war of 1215—7.
3 Or *dominico*.
4 Corr. *toft*, the site of a building.
5 Supply *Ricardo* (?). The heir of Drogo is mesne between the Prior and Richard Percy.

ei de dampnis, et Prior sit quietus de predicto forinseco. Remittuntur dampna etc.

Et ideo preceptum est uicecomiti quod de terris et catallis ipsius faciat denarios et illi Priori denarios illos habere faciat.

661. Ebor. Marmaduc de Tweinge petiit coram iusticiariis itinerantibus apud Lincolniam uersus Radulfum de Normanuilla custodiam Willelmi filii et heredis Willelmi de Lund que ad eum pertinet racione terre quam predictus Willelmus tenuit de eodem Marmaduco in Lund per seruicium militare, unde deterioratus fuit etc.

Et Radulfus uenit et dixit quod custodia ad eum pertinuit eo quod antecessores predicti Willelmi fuerunt feoffati de antecessoribus ipsius Radulfi per seruicium militare antequam antecessores ipsius Willelmi feoffati fuissent de antecessoribus ipsius Marmaduci et inde posuit se super patriam et Marmaduc similiter. Et ad diem istum uenit inquisicio que talis est quod Willelmus de Lund terram suam tenuit in Lund de predicto Marmaduco per seruicium militare et quod antecessores ipsius Willelmi feoffati fuerunt prius de antecessoribus Marmaduci quam de antecessoribus predicti Radulfi de Normanuilla. Et quia ambo posuerunt se super inquisicionem, Consideratum est quod Marmaducus recuperauit seisinam suam de custodia eiusdem heredis[1] et Radulfus in misericordia quia non habuit heredem sicut eum manucepit, et satisfaciat Marmaduco de x. marcis et attornatus Radulfi custodiatur donec satisfecerit etc. et donec habeat predictum heredem etc.

662. Midd. Radulfus capellanus de Burgham petit uersus Robertum de la Wike dim. hidam terre cum pert. in Hakene ut ius suum unde quidam Algarus antecessor suus fuit seisitus [95.] in dominico | suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui etc. capiendo etc., et de predicto Algaro descendit ius terre illius cuidam Estrilde ut filie et heredi, et de predicta Estrilda isti Radulfo ut filio et heredi, et quod predictus Algarus ita fuit seisitus et quod tale sit ius suum offert etc.

[1] See Br. f. 87, as to wardship when there are lands held of several lords. This case is Fitz. *Garde*, 144.

Et Robertus uenit et dicit quod alias fuit placitum in curia Dom. Regis de eadem terra inter eos ita quod post uisum petitum essoniauit se idem Robertus de malo ueniendi et postea de malo lecti et cum iaceret languidus in domo sua per languorem ei adiudicatum in pace Dom. Regis uenit idem Radulfus cum ui sua contra pacem Dom. Regis et insidiauit ei per tres dies et tres noctes prope domum ipsius Roberti in Thamisia in quodam batello, et quando uidit quod nemo fuit in domo sua intrauit cum ui sua domum ipsius Roberti et eum firmiter ligauit et extraxit eum de lecto et domo sua et adduxit eum usque ad batellum, et cum uxor sua hoc uidisset leuauit clamorem et ipse Radulfus cum hoc audiuisset cepit predictam uxorem similiter et posuit in batellum, et eciam cepit in domo ipsius Roberti unam super- tunicam, et ipsos ita uinctos duxit usque ad aliam uillam donec per huthesium et clamorem arestatus fuit, et petit iudicium si debeat ei respondere donec istud hoc ei emende- tur, et dicit quod nudus fuit et discalciatus et sine braccis. Nota de eo qui surrexit et uagauit per curiam suam qui essoniatus fuit de malo lecti et cui languor fuit adiudicatus[1].

Et Radulfus uenit et defendit uim et iniuriam et talem capcionem et dicit quod reuera idem Robertus essoniauit se de malo ueniendi primo et secundo de malo lecti, et cum languor ei foret adiudicatus et idem Radulfus per unum diem casu transitum faceret per domum ipsius Roberti eundo uersus Wautham in quodam batello inuenit ipsum Robertum extra curiam suam prope Tamisiam uestitum cinctum et calciatum extra curiam suam forinsecam[3] prope piscariam suam et cum ipsum ita uidisset leuauit clamorem et exiuit de batello cum diacono suo[4] et ipsi duo ceperunt eum et duxerunt in batellum et ibi detinuerunt donec ad clamorem uxoris sue per patriam fuit rescussus[5]. Thamisia[2].

Post uenit Robertus[6] et defendit ius suum et totum et

[1] When Bracton wrote f. 358 he must have been thinking of this curious case. The essoinee ought not, he says, vagari per curiam suam in conspectu populi. He should stay in bed decinctus et sine braccis et discalceatus.

[2] By the annotator, who may have remembered this as 'the Thames case.'

[3] His outermost court.

[4] The demandant is seemingly an ecclesiastic.

[5] He was rescued.

[6] Robert abandons the charge of violence. Had he kept to it the case would have been treated as an appeal. See Br. f. 358.

dicit quod non debet ei respondere quia predicta Estrilda habuit quendam filium antenatum scil. Rogerum le Ferun nomine qui habuit duos filios scil. Galfridum et Clementem qui adhuc uiuunt et quorum unus adhuc est cum eodem Radulfo et de quodam Thoma uiro sibi desponsato.

Et Radulfus uenit et dicit quod reuera idem Rogerus fuit filius ipsius Estrilde set non de uiro sibi matrimonialiter copulato, quia nunquam uirum habuit sibi desponsatum nisi Willelmum Trune patrem suum et unde dicit quod ius terre illius ei descendere debet.

Post uenit Robertus saluo primo responso et dicit quod non debet ei respondere quia non tenet totam terram illam quia Templarii tenent inde xx. acr. et dicit quod ipse non tenet nisi j. uirg. et dicit quod Templarii tenent vij. acr. in dominico et residuum in seruicio.

Post uenit Robertus et uocat inde ad warantum Magistrum Militie Templi in Anglia, habeat eum etc. et non dedicit quin teneat dim. hidam terre et cognoscit quod habuit languorem etc.

663. Cauntebr. Willelmus de Hecham petiit uersus Osbertum filium Nicholai xxx. acr. terre et j. mesuagium cum pert. scil. in Karletona j. mesuagium cum pert., et in Wilingham ix. acr. terre cum pert., et in Brinkele xxj. acr. terre cum pert. ut ius suum in que non habuit ingressum etc., ita quod predictus Osbertus petiit uisum de eadem terra et mesuagio et datus fuit ei dies etc. Ad quem diem idem Osbertus fuit essoniatus de morte ita quod loquela illa posita fuit sine die. Et quia postmodum testatum fuit quod Osbertus uixit et quod falso se essoniauit de morte[2] resummonita fuit loquela in eodem statu etc. Ad diem istum uenit Osbertus et non potest sanare defaltam, et ideo Consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam per defaltam et Osbertus in misericordia.

Nota de eo qui se falso fecit essoniari de morte post uisum et amisit quia non potuit sanare defaltam[1].

Idem Willelmus petiit uersus Laurencium filium Danielis j. acr. terre cum pert. in Karletona et dim. acr. terre cum

[1] Bracton, f. 343, cites this case. Both he and the annotator seem to enjoy the little joke of saying that Osbert essoined himself as being already dead.

[2] *de morte* added by annotator.

pert. in Wilingham, et uersus Willelmum filium Rogeri ij. acr. terre cum pert. in Karletona et j. acr. terre cum pert. in | Westona et uersus Willelmum filium Ricardi duas acr. terre cum pert. in Wilingham ita quod predicti Laurencius et alii uocauerunt ad warantum predictum Osbertum. Et Osbertus uenit et eis warentizat etc. Et predictus Willelmus petit uersus eum totam predictam terram cum pert. ut ius suum et in quas non habet ingressum nisi per Nicholaum patrem suum[1] cui Hugo pater suus[2] illam dimisit ad terminum qui preteriit, et unde idem Willelmus dicit quod statim postquam Rex Ricardus uenit de Alemannia[3] tradidit ipse Hugo pater suus terram illam ipsi Nicholao ad terminum xx. annorum, et inde producit sectam set secta que producitur non interfuit tradicioni nec aliquid testificantur nisi de auditu. Et Osbertus uenit et dicit quod inde feoffatus est. Post uenit et dicit quod tenet terram illam ad firmam unde terminus durat adhuc xx. annos per cartam suam quam profert et que testatur. [95 b.]

Nota quod secta interesse debet contractibus et loqui de uisu, quia non sufficit loqui de auditu[4].

Et Willelmus dicit quod pater suus nunquam fecit cartam illam set aliam ei fecit de terra illa ad firmam et ad terminum qui preteriit set nullam cartam ostendit nec aliam dedicit. Et ideo Consideratum est quod Osbertus inde sine die et Willelmus in misericordia.

664. Rogerus de la Zusche petit uersus Petronillam de Wynelegha quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento quod de eo tenet in Grotingtuna et unde idem Rogerus petit quod faciat ei seruicium quarte partis feodi j. militis et unde queritur quod post obsessionem castri de Bedefordia[5] subtraxit ipsa ei predictum seruicium quarte partis j. militis scil. de Mungumery[6] scutagium quarte partis et scutagium Britannie[7] et scutagium de Castro Matillidis[8]. Salop.

Et Petronilla uenit et defendit uim et iniuriam et dicit

[1] Father of Osbert.
[2] Father of William.
[3] A.D. 1194.
[4] This is valuable as showing that the suitors were expected to speak of facts within their knowledge; "hearsay is not evidence."
[5] Rebellion of Fawkes of Breauté 1224.
[6] Welsh campaign of 1228.
[7] Expedition of 1230.
[8] Castle Maud destroyed by the Welsh was rebuilt in 1231.

quod non debet ei inde respondere nec seruicium illud ei facere quod[1] reuera quidam antecessor ipsius Rogeri dedit tenementum illud de quo seruicium illud petitur cuidam Matillidi auie ipsius Petronille in maritagium et ipsa tenementum illud tota uita sua tenuit absque omni seruicio quod inde faceret, et post eam Rogerus filius suus illud tenuit tota uita sua absque omni seruicio quod faceret, et ipsa Petronilla tenuit usque nunc sine omni seruicio, et unde petit iudicium si debeat ei seruicium facere usque ad tercium heredem, et desicut ipsa non est nisi secundus heres. Et quesita si tenementum illud debeat seruicium militare et si antequam datum esset in maritagium faceret seruicium militare et quale seruicium si aliquod fecit, dicit quod bene credit quod debeat seruicium militare et quartam partem j. militis et quod seruicium illud fecit antequam datum esset in maritagium, et bene concedit quod heredes sui cum peruenerit ad tercium heredem faciant seruicium illud. Postea cognouit quod fecit eidem Rogero de eodem tenemento homagium suum. Et quia ipsa cognoscit quod fecit inde homagium, Consideratum est quod ipsa decetero faciat eidem Rogero et heredibus suis seruicium quarte partis j. militis et satisfaciat Rogero de ij. marc. pro arreragiis.

Nota quod de terra data in liberum maritagium non est aliquod seruicium faciendum usque ad tercium heredem set si ante factum fuerit homagium statim sequetur seruicium[2].

665. Rotel. Abbas de Peppewella[3] athachiatus fuit ad respondendum Henrico filio Henrici de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Henrici in Rodlinge contra prohibicionem etc., et unde idem Henricus queritur quod inplacitat eum de dim. acr. prati unde deterioratus est etc. et unde dicit quod cum ui sua asportauit fenum de eodem prato et ipsum uerberauit et in prisona detinuit set nullam sectam inde producit. Et ideo Consideratum est quod Abbas inde sine die et Henricus in misericordia et perquirat se per breue de noua disseisina si uoluerit.

Nota quod ubi secta omnino deficit quod cadit querens[4].

666. Kent. Thomas de Kaunuilla summonitus fuit ad respondendum Priori Hospitalis Jerosolime in Anglia de placito quare exigit ab eo consuetudines et seruicia que non debet facere de

[1] Corr. *quia*.
[2] So Bracton, f. 21 b, 22, citing this case.
[3] Pipewell, Northamptonshire. Monast. vol. 5, p. 431.
[4] Br. f. 410.

tenemento suo in Edelinebrugge etc., et unde idem Prior queritur quod cum antiquitus haberet ibidem quatuor mesuagia et tenentes | eadem mesuagia si scottalla[1] facerent dare [96.] solent v. den. et si nulla scottalla facerent quod quieti essent de predictis denariis, et preterea cum ipsi iiij. dare solent in communi xxviij. den. per annum pro empcionibus et uendicionibus faciendis in eadem uilla et pro stallagiis et aliis libertatibus habendis, cum predicta mesuagia iam diuisa sint quodlibet scilicet in tria mesuagia uel in quatuor sicut gauelikinde[2], idem Thomas distringit quemlibet tenentem de omnibus predictis mesuagiis ad reddend' vij. denarios, et preterea siue scottalla faciant siue non distringit ad reddend' v. den., et cum predicti tenentes sui piscari debeant cum hominibus ipsius Thome in communi in aqua de Edelinebrugge ipse Thomas capi facit burruscas[3] suas et recia, et preterea homines ipsius Thome et tenentes de eadem uilla proici faciunt fima sua ante hostia tenencium ipsius Prioris ita quod tenentes sui exire non possunt de domibus suis unde deterioratus est etc. et inde producit sectam.

Item queritur quod exigit ab eo stratgauel[4] scil. de quadam domo ij. den. per ann. Item cum ipsi tenentes quieti esse debeant per predictos xxviij. den. pro predictis libertatibus ipse distringit quemlibet qui panem uendit ad reddendum unum obolum.

Et Thomas per attornatum suum uenit et defendit uim et iniuriam et dicit quod nichil ab eis exigit quod facere non debeant, quia bene dicit quod per xl. annos antequam Prior aliquid haberet in eadem uilla omnes tenentes de feodo Comitis Perchie de cuius feodo idem Prior et Hospitalis feoffati sunt de predictis iiij. mesuagiis[5], scil. quilibet tenens dare solet de mesuagio suo quod tenuit vij. den. pro uendicionibus et empcionibus faciendis et pro aliis libertatibus habendis et pro strattegauel, et dicit quod omnes tenentes

[1] Scot-ales seem to be drinking bouts supported by compulsory contributions.

[2] A curious testimony to the effect of the gavelkind custom in creating small tenements.

[3] Littré gives *Bourroiche*, *Instrument en forme de panier pour pêcher*.

[4] Street-gavel is, I suppose, a rate for repairing ways.

[5] Some words may be lost.

ipsius Prioris gratis intrauerunt in predictam reddicionem. Dicit eciam quod piscari non debent in communi quia nullus de feodo illo piscari debet in aqua illa nec umquam piscari solet. Dicit eciam quod de quolibet qui panem uendit in eadem uilla de cuiuscunque feodo sit capere debet et habere j. obolum uel unum panem precii unius oboli quia illi qui sunt de feodo Archiepiscopi talem dant consuetudinem, obolum si panis sit de uno obolo uel quadrans si panis sit de quadrante.

Et Prior uenit et dicit quod nunquam fuerunt ibi iiij. mesuagia nisi in inicio guerre[1] et tunc solent tenentes de quolibet mesuagio dare ij. den. pro stallagio et uendicionibus et empcionibus et aisiamentis habendis in mercato et v. den. pro scottallis si scottalla facerent et si non quod quieti essent per ij. den. pro predictis stallagiis et aisiamentis in mercato secundum quod predictum est.

Et Thomas hoc totum defendit etc. Et quia Prior cognoscit quod predicti tenentes liberi homines sunt et sine illis non potest fieri inquisicio, ueniant predicti liberi homines etc. ad cognoscendum quibus libertatibus usi sunt[2]. Et Prior manucapit habendi eos ad diem illum et tunc procedat placitum. Post ueniunt omnes illi tenentes et conqueruntur simul cum Priore et ponunt se in inquisicionem simul cum Priore et dicunt quod nunquam fecerunt predictas consuetudines nisi per districcionem. Et ideo fiat inquisicio. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat apud Westmonasterium etc. xij. liberos et legales etc. per quos etc. et qui neutram partem aliqua affinitate etc. ad recognoscendum etc. in qua seisina predictus Thomas et antecessores sui semper fuerunt de predictis consuetudinibus antequam predictus Prior feoffatus esset in uilla de Edelingebrugge et quas consuetudines tenentes ipsius Prioris facere debent et solent ante tempus illud, et unde idem Prior dicit quod tenentes sui in eadem uilla si scottalla facerent dare solent inde v. den. et si nulla facerent quieti esse solent et debent ut supra etc., et unde Thomas dicit ut supra, et se interim etc. |

[1] A.D. 1215.
[2] The Prior cannot sue by himself in respect of these exactions, for his tenants are free men and must be made parties.

DE TERMINO PASCHE ANNO REGNI REGIS SEXTODECIMO. [96 b.]

667. Robertus Abbas Glastonie petit uersus Radulfum de Alre quingentas acr. terre cum pert. in mora de Dodene ut ius ecclesie sue etc. Sum.

Et Radulfus non uenit set se essoniauit de malo lecti apud Alre ita quod adiudicatus fuit ei languor et habuit terminum unius anni et unius diei. Et super hoc uenit Johannes filius ipsius Radulfi et dicit quod ipse misit eum ut responsalem suum et petit pro eo uisum sicut responsalis suus et habeat etc. et interim etc. Et uicecomes mittat iiij. milites ad ipsum Radulfum ad audiendum si idem Radulfus misit ipsum Johannem ut responsalem suum ad respondendum pro eo et sint ad predictum diem ad testificandum etc.[1]

668. Hugo filius Petri athachiatus fuit ad respondendum Briano filio Petri quare deforciat ei xvj. acr. terre cum pert. in Hecham que ei remanere debent per finem inter eos factum post mortem Juwette matris ipsorum Briani et Hugonis que terram illam tenuit in dotem et que terra iam pridem deliberata fuit per mortem ipsius Juwette etc. Norf.

Et Hugo uenit et cognoscit finem et concordiam et quod predicta terra ei remanere deberet post mortem ipsius Juwette, et paratus fuit ei reddere terram illam, set quia preceptum fuit eidem Briano postquam concordati fuerunt quod redderet eidem Hugoni unam cartam et non reddidit ideo non reddidit ei terram illam et preterea dicit quod paratus fuit reddere partem de meliori et partem de mediocri et partem de peiore de quadr'[2] acr. terre quas ipsa Juwetta tenuit in dotem et ipse ea recipere noluit et adhuc paratus est ei reddere. Et ideo faciant particionem et habeant cirographum.

669. Walterus del Frid petit uersus Elam del Frid xl. acr. terre cum pert. in Estw*emz*[3] ut ius suum et in quas non habet ingressum nisi per ipsum Walterum qui eas ei dimisit ad Norf.

[1] Br. f. 361 b.
[2] *quadraginta* (?).
[3] East Winch (?).

uoluntatem suam etc. Et dicit quod illam habet ex dono et per cartam suam quam profert etc.[1]

Et Ela uenit et defendit ius suum et talem ingressum per ipsum Walterum et dicit quod habet ingressum per patrem suum qui terram illam ei dedit ad se maritandum etc., et bene defendit cartam et sigillum et totum et inde ponit se super patriam et testes nominatos in carta, et bene defendit quod nunquam terram illam ei dedit.

Et Walterus dicit quod dedit ei terram illam et hoc bene patet quia aliquando coram Martino de Patheshulla et sociis iusticiariis itinerantibus in com. Norf. apud Lenn' Priorissa de Carho[2] inplacitauit predictam Elam de xv. acr. terre de eadem terra, et ipsa ibi respondit quod non potuit terram illam lucrari nec perdere quia ipsa nichil inde habuit quia ipse Walterus fuit inde in seisina, et inde ponit se super rotulos de itinere. Postea uenit Walterus et dicit quod ipsa dedit ei terram illam et per cartam suam et inde cepit homagium suum pro c. sol. quos ipse ei dedit.

Et Ela hoc totum defendit. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus etc. conuenire faciat xij. tam milites etc. et per eorum sacramentum etc., si predicta Ela dedit terram illam ipsi Waltero per cartam suam et si cepit inde homagium suum, et si idem Walterus umquam post donum illud fuit in seisina de eadem terra per aliquod tempus, et si per aliquod tempus tunc per quantum tempus, et si aliqua expleta cepit unde dicit quod cepit xx. sol., et si idem Walterus pro donacione illa dedit eidem Ele c. sol. uel non, et inquisicionem uenire faciat etc. per literas et per duos etc. quia ambo ponunt se super iuratam illam.

670. Stafford. [97.] Robertus de Neucumba athachiatus fuit ad respondendum Elie de Stanes quare traxit eum in placitum in curia | cristianitatis de catallis que non sunt etc. Et Robertus uenit et cognoscit quod ipse Elias aliquando coram iusticiariis itinerantibus inplacitatus fuit per quamdam assisam ita quod

[1] Walter says that Ela gave him the land and that he demised it to her.

[2] A nunnery in the suburbs of Norwich. Monast. vol. 4, p. 68.

predictus Elias recuperauit seisinam suam de eadem terra salua inuestitura[1] eiusdem terre ipsi Roberto per concordiam inter eos factam ita quod ipse fidem dedit de restituenda ei inuestitura in autumpno, et ipse ei inuestituram detinuit, et ideo inplacitauit eum in curia cristianitatis. Postea dictum est Episcopo Conuentrensi qui presens est quod absoluat Eliam contra quem in tantum processum fuit in curia cristianitatis quod excommunicatus fuit[2]. Et dictum est Roberto quod de cetero non sequatur uersus eundem Eliam.

671. Warinus de Monte Canisio petit uersus Adam de Kailly et Mabiliam uxorem eius medietatem duarum parcium duarum caruc. terre cum pert. in Luddeduna, et uersus Isabellam de Friuilla terciam partem duarum caruc. terre cum pert. in eadem uilla, et uersus Matillidem Giffard' medietatem duarum parcium duarum caruc. terre cum pert. in eadem uilla ut ius suum unde quedam Cecilia antecess' sua fuit seisita in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo etc., et de predicta Cecilia quia obiit sine herede de se descendit ius terre illius cuidam Agneti ut sorori et heredi[3], et quia ipse Willelmus obiit sine herede de se descendit ius terre illius isti Warino ut fratri et heredi suo, et quod predicta Cecilia ita fuit seisita et quod tale sit ius suum offert etc. Kent.

Et Ada et Mabilia et alie ueniunt, et Isabella uenit et uocat inde ad warantum predictos Adam Mabiliam et Matillidem qui presentes sunt et eis[4] warentizant et respondent de toto et defendunt ius ipsius Warini de eadem terra tenenda in dominico, et satis cognoscunt quod Cecilia Comitissa[5] de cuius seisina idem Warinus petit terram illam dedit terram illam cum pert. Ricardo Giffard' patri predictarum Mabilie et Isabelle[6] per cartam suam quam proferunt et que testatur quod eadem Cecilia dedit ipsi Ricardo terram illam iure hereditario possidendam de eadem et heredibus suis

[1] The vesture of the land, i.e. the growing crops.
[2] See the protest of the clergy A.D. 1237 against such proceedings as this, Ann. Monast. vol. 1, p. 255.
[3] A step in the descent viz. from Agnes to William is missing.
[4] Sic.
[5] Countess of Hereford (?). Dugd. *Bar.* vol. 1, p. 561.
[6] Corr. *Matillidis* (?).

quam terram Willelmus de Pictauia ei pro seruicio suo concessit et dedit tenendam libere per seruicium j. militis, ita quod idem Ricardus dedit eidem Cecilie x. marc. et unum palefridum et Osbertus filius Ricardi dedit ei alium quando recepit homagium suum et homagium ipsius Osberti, et desicut predicta Cecilia cepit homagium predictorum Ricardi et Osberti et obiit seisita de seruicio ipsorum et ipsi Ricardus et Osbertus obierunt seisiti de eadem terra in dominico nolunt ei respondere nisi curia considerauerit, et bene dicunt quod si alius peteret terram illam uersus eos ipse Warinus eis deberet warentizare, et bene concedunt seisinam ipsius Cecilie et petunt iudicium.

Et Warinus uenit et defendit cartam et sigillum et totum et bene defendit quod predicta Cecilia nunquam terram illam dedit predicto Ricardo nec ipsa umquam in uiduitate sua seisinam habuit de eadem terra, set si ipse Ricardus aliquem ingressum habuit in terram illam hoc fuit per Willelmum de Pictauia uirum suum cui ipsa in uita sua contradicere non potuit, et quod ipsa nunquam in ligia potestate sua cartam illam ei fecit et quod sigillum illud suum non fuit petit quod fiat probacio per collacionem aliorum sigillorum per que ipsa Cecilia fecit aliis plures donaciones tam uiris religiosis quam aliis.

Et Ada Mabilia et Matillis ueniunt et dicunt quod carta illa ualet et uerum uolunt dicere. Reuera idem Willelmus de Pictauia dedit predictam terram ipsi Ricardo per assensum predicte Cecilie et mortuo predicto Willelmo cepit in uirum quendam Walterum de Meinne et post mortem ipsius Walteri rogauit dominus H. Rex auus quod eadem Cecilia caperet homagium suum[1] et ipsa noluit homagium suum capere nisi ipsa haberet seisinam de eadem terra[2] simul cum aliis terris suis et ipsa quando seisinam inde habuit dedit terram illam ipsi Ricardo per cartam suam. Et profert cartam Regis H. aui que confirmat ei terram illam. |

[97 b.] Post ueniunt Ada et alie[3] et ponunt se in magnam assi-

[1] The homage of Richard Giffard.

[2] She insisted on first having seisin before she would ratify her husband's gift: this to prove her title.

[3] They abandon their special pleading.

sam Dom. Regis et petunt recognicionem fieri utrum ipsi maius ius habeant in terra illa tenenda de ipso Warino sicut in illa quam predictus Ricardus pater ipsarum Mabilie et Matillidis habuit ex dono predicte Cecilie quod ei fecit in ligia uiduitate sua et unde homagium suum cepit an idem Warinus tenendi eam in dominico.

672. Ada de Kailli athachiatus fuit ad respondendum Margerie de Punninges quare non tenet ei finem factum in curia J. Regis patris Dom. Regis de manerio[1] de Bradeham cum pert. Denemere et Ristona et de parco de Bradeham et unde ipsa Margeria queritur quod cum pars illius parci ei separatim remanere deberet in dotem et ut separale[2] suum idem Ada uenit cum ui sua et cepit in parte sua que ei remanet in dotem quinque carettatas uirg'[3] unde deteriorata est etc. et inde producit sectam. Norf.

Et Ada uenit et cognoscit finem et cirographum et totum set dicit quod prior finis per finem posteriorem adnichilatur, et unde dicit quod de hoc quod ipsa debet habere separale suum quod non debet habere separale nisi tantum racionabile estouerium suum, et si ipse aliquid cepit in eodem parco cepit illud sicut in suo. Et de hoc profert cirographum factum in curia Dom. Regis qui nunc est in quod id quod remansit[4] eidem domine in priore cirographo tanquam separale suum nunc per alium finem remaneat eidem Ade saluo eidem Margerie racionabili estouerio suo ad ardendum et claudendum et edificandum per uisum forestarii predicti Ade secundum quod in posteriore fine plenius continetur.

Et quia posterior finis contrarius est priori et per finem posteriorem remanet boscus et id quod prius fuit separale eidem Ade et heredibus suis saluo estouerio ipsius Margerie secundum quod predictum est, Consideratum est quod Ada non fecit aliquid contra finem illum, et ideo Consideratum est quod ipse inde sine die et Margeria in misericordia.

673. Ricardus de Ferne athachiatus fuit ad respondendum Nicholao Malesmains quo iure exigit communam in terra Dorset.

[1] Corr. *maneriis* (?).

[2] As her several, i.e. as hers exclusively.

[3] *uirgarum;* five cartloads of sticks.

[4] Corr. *in quo continetur quod id quod remansit* (?).

ipsius Nicholai de Pert desicut idem Nicholaus nullam etc. nec etc.

Et Ricardus uenit et dicit quod iuste habet communam in eadem uilla quia ipse et antecessores sui habuerunt communam in uilla illa antequam idem Nicholaus aliquod haberet feodum et feoffamentum in uilla illa.

Et Nicholaus dicit quod si aliquam ibi haberet communam hoc fuit de gracia set nichil aliud dicit. Et ideo Consideratum est quod Ricardus habeat communam sicut prius et Nicholaus in misericordia.

674. Essex. Juliana que fuit uxor Rogeri de Ginges summonita fuit ad respondendum Simoni Blundo de Londonia de placito quod aquietet eum de seruicio quod Willelmus de Ferrariis exigit ab eo de libero tenemento suo quod tenuit de predicta Juliana in Ginges Laundri[1] et unde eadem Juliana que media est inter eos eum aquietare debuit, et unde idem Simon queritur quod pro defectu eius distringitur.

Nota quod ille qui medius est potest se demittere propter paupertatem de feodo suo et ita quod tenens suus sit de cetero attornatus superiori domino capitali[2].

Et Juliana uenit et cognoscit quod idem Simon de ea tenuit tenementum illud per seruicium vj. den., et dicit quod pauper est quod ipsum aquietare non potest et bene concedit quod de cetero sit intendens capitalibus dominis et quietum clamat eidem Simoni et heredibus suis pro se et heredibus suis totum feodum illud et seruicium predictum. Et dictum est Simoni quod de cetero sit intendens capitalibus dominis et sequatur feodum suum.

675. Wigorn. Assisa uenit recognitura etc. ad ecclesiam de Mamele que uacat etc. cuius aduocacionem Robertus de Wudetona clamat uersus Abbatem de Wiggemore et unde idem Robertus [96.] dicit | quod quidam Elya de Huggelegha antecessor suus presentauit quemdam Willelmum filium Elie ad eandem ecclesiam qui ad presentacionem suam fuit etc. et ultimo etc.

Et Abbas uenit et bene cognoscit quod predictus[3] presentauit ad ecclesiam illam predictum Willelmum set non fuit admissus persona in eadem, set post presentacionem illam

[1] There is or was a manor called Ginge Laundri. Morant's *Essex*, vol. 2, p. 48.

[2] See Br. f. 23 b; *attornatus*, attorned to. The mesne lordship vanishes.

[3] Supply *Elya*.

dedit idem Elias aduocacionem illius ecclesie deo et ecclesie B. Jacobi et B. Victoris de Wigemore et canonicis ibidem etc. in perpetuam elemosinam per cartam suam quam profert et que hoc testatur. Profert eciam cartam Episcopi Willelmi[1] Herefordensis que testatur quod idem Elias in presencia ipsius Episcopi contulit ius patronatus eiusdem[2] predictis Abbati et conuentui de Wigemore et ille ecclesiam illam eis confirmauit in proprios usus. Profert eciam cartam Hugonis Foliot[3] Herefordensis Episcopi que eis confirmat ut supra. Et idem Episcopus significauit iusticiariis quod ecclesia non uacat quia ipsam confirmauit longe retroactis temporibus predictis canonicis et dicit quod idem Willelmus non fuit nisi uicarius.

Et Robertus uenit et defendit cartam et dicit quod si unquam facta fuit hoc fuit per tres annos post mortem ipsius Elie et inde ponit se super patriam et testes etc.

676. Thomas filius Simeonis petit uersus Willelmum Gubiun unam uirg. terre cum pert. in Rochamstede ut ius suum etc. Et Willelmus uenit et uocat inde ad warantum Henricum Gubun patrem suum qui presens est et ei warentizat. Hereford.

Et Henricus uenit et defendit ius suum et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia quedam Alicia auia istius Thome habuit tres filias et habuit terram istam ut ius suum, scil. quamdam Hersantam, Matillidem et Alditham[4]. De Hersanta exiuit iste Thomas et de Matillide quidam Walterus qui adhuc uiuit et de Alditha quidam Azo qui adhuc uiuit et qui tantum iuris habent in terra illa quantum et ipse Thomas et ideo non uult ei respondere sine participibus suis. Et Thomas non potest hoc dedicere et ideo Willelmus inde sine die. Postea remittit clamium pro x. sol.

677. Willelmus le Normaunt summonitus fuit ad respondendum Hugoni de Cliue quare cepit aueria sua et iniuste detinuit ut dicit, et unde idem Hugo queritur quod idem Willelmus cum ipse nichil teneat de eo distrinxit eum iam tribus annis elapsis ad faciend' sectam ad curiam suam et ad faciend' Wigorn.

[1] William de Vere, 1186—1199.
[2] Supply *ecclesie*.
[3] The present bishop, consecr. 1219.
[4] No stop in MS.

uisum de franco plegio et cum pluries ceperit aueria sua et illa deliberari fecerit per uicecomitem idem Willelmus ea iterum capi facit et iniuste detinet ita quod ultimo cepit duas uaccas et illas detinuit ita quod una illarum mortua est et altera adhuc detenta est contra uadium et plegium ita quod deterioratus est etc. et inde producit sectam, et bene defendit quod nichil de eo tenet nec sectam ei debet, et dicit quod ipse et quidam frater suus habent[1] duas sorores ipse postnatam et frater suus primogenitam et ipse acheuiare debet[2] primogenite et ei facit sectam et seruicium et ipse eum aquietare debet[3].

Nota quod cum postnata soror acheuiat primogenite primogenita aquietare debet postnatam de sectis et aliis uersus capitales dominos[4].

Et Willelmus uenit et defendit capcionem iniuste et detencionem et totum, et dicit quod debet ei sectam illam et quod est in seisina de secta. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus etc. conuenire faciat xij. et per eorum sacramentum diligenter inquirat si predictus Willelmus aueria sua cepit et si aueria cepit que aueria cepit et si illa adhuc detineat pro secta et seruiciis que idem Hugo non cognoscit, et ueniat inquisicio etc. per literas et per duos etc.

678. Deuon. Archidiaconus Totton' athachiatus fuit ad respondendum Nicholao de Blakedona quare tenuit placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. contra etc. et unde idem Nicholaus queritur quod idem Archidiaconus tenuit placitum de quadam summa pecunie scil. de xvj. marcis.

Et Archidiaconus uenit et dicit quod reuera ad querelam [98 b.] Galfridi Strange et Edithe filie Rogeri | Coci fecit citari eundem Nicholaum quod esset responsurus de lesione fidei sue per quam se obligauit ad solucionem predictorum denariorum faciendam, et de aliquibus debitis uel catallis non tenuit aliquod placitum, et quod tenere poterit placitum illud de debito illo profert cartam ipsius Nicholai confectam inter ipsum et predictos Galfridum et Editham que testatur quod

Error.

[1] *habent*, have as wives.
[2] *debet* interlined by annotator.
[3] Hugh's brother should acquit Hugh.
[4] Br. f. 78. *Acheuiare* or *accapitare*, to recognize as chief or head. The eldest parcener does the homage and service to the chief lord for the whole fee; her sisters contribute their quota to her and swear fealty to her.

nisi ipse Nicholaus redderet denarios illos ad terminos inter eos statutos quod subiecit se iurisdiccioni ordinar' loci et cohercioni ecclesiastice.

Et Nicholaus uenit et cognoscit debitum et cartam et quod ita se obligauit. Et ideo dictum est Archidiacono quod procedat.

Nota quod de consensu debitoris placitum procedit in curia cristianitatis non obstante prohibicione regia de catallis que non sunt de testamento uel matrimonio, ex quo debitor se gratis subiecit iurisdictioni ordinar' loci et ita preiudicatur Rex *ut uidetur*[1].

679. Hugo de Neouilla et Beatricia uxor eius per attornatum ipsius Beatricie petunt uersus Johannem de Fay filium et heredem Radulfi de Fay quem Rogerus de Clere et Matillis uxor eius uocant ad warantum et qui eos warentizat l. sol. terre cum pert. in Turneham in com. Kancie et j. hidam et j. uirg. terre cum pert. in Brumlegha in com. Surreie ut ius ipsius Beatricie et in quas idem Rogerus et Matillis non habent ingressum nisi per Radulfum de Fay quondam uirum ipsius Beatricie cui ipsa in uita sua contradicere non potuit. **Surr. Kent.**

Et Johannes uenit et dicit quod ipsi Rogerus et Matillis non habent ingressum in terram illam per ipsum Radulfum immo per ipsam Beatriciam in legittima uiduitate sua post mortem predicti Radulfi primi uiri sui et bene potest esse quod habuerunt ingressum primo per ipsum Radulfum set postea per ipsam Beatriciam secundum quod predictum est et postquam ipsa seisinam habuit de terra illa ut de iure et maritagio suo, et inde ponit se super patriam ita quod ipsa fuit in seisina per v. annos uel vj. et ipsa bona uoluntate sua tunc terram illam eis concessit.

Et Hugo et Beatricia ueniunt et defendunt quod ipsa Beatricia nunquam in uiduitate sua eis concessit terram illam nec bona uoluntate sua set reuera ipsa aliquando post

[1] This is important. Clearly the annotator, who writes a large *Error* in the margin, thinks the decision wrong. So did Bracton. On f. 401 b he lays down the rule that a person cannot oust the jurisdiction of the king's court to prohibit the courts Christian from holding pleas which do not fall within their proper competence. Therefore, despite an express submission to the ecclesiastical forum, a prohibition will be granted and judges who disregard the prohibition will be punished. On f. 403 Bracton states the same rule, but adds that the contrary was decided *in rotulo de term. Pasch. a. r. r. H. xvj. in com. Deuon. de Thoma de Buttyler, Alfrido de Cotton.* This is a distorted citation of the above case, *Archidiacono de Totton* having become *Alfrido de Cotton.* Thomas Pincerna, or Thomas Butler, was (see Hardy's Le Neve, vol. 1, p. 401) Archdeacon of Totton in 1238, 1242, 1254: Bracton, himself a Devonshire Archdeacon, would of course have known his name.

mortem predicti Radulfi uiri sui uenit et disseisiuit eosdem Rogerum et Matillidem de terra in Brumlegha in com. Surreie ita quod ipsi arramiauerunt assisam noue disseisine uersus eandem Beatriciam coram iusticiariis itinerantibus apud Bermundeseiam et ante capcionem illius assise uenit ipsa Beatricia et reddidit eis seisinam illam. Et Rogerus et Matillis hoc cognoscunt[1]. De l. sol. terre in Turneham in com. Kancie dicunt ipsi Hugo et Beatricia quod ipsa Beatricia nunquam post mortem Radulfi uiri sui fuit in seisina de eadem terra.

Et Johannes dicit quod ipsa fuit in seisina de eadem terra per v. annos uel sex post mortem predicti Radulfi uiri sui, ita quod post mortem ipsius Radulfi feoffauit ipsa Henricum de Wintereshulla de parte illius terre in com. Surreie qui adhuc terram illam tenet. Visum est recordum de assisa noue disseisine coram iusticiariis itinerantibus et inuentum est in eodem quod Rogerus et Matillis tulerunt assisam noue disseisine uersus predictum Hugonem et Beatriciam et Henricum de Wintereshulla et quod Hugo et Beatricia reddiderunt eidem Rogero et Matillidi seisinam suam sine iuramento recognitorum et uersus Henricum se retraxerunt et recognitum fuit quod Beatricia fuit in seisina per duos annos antequam cepit in uirum predictum Hugonem.

680. Ricardus de Hulrecumba petit uersus Eudonem de Bello
Wigorn. Campo j. caruc. terre cum pert. in Hulrecumba et Broctona, et uersus Almaricum personam ecclesie de Hulle dim. caruc. terre cum pert. in eisdem uillis, et uersus Mirandam filiam Walteri de Stiuingtona j. uirg. terre cum pert. in eisdem uillis ut ius suum unde Willelmus pater suus fuit seisitus etc. tempore J. Regis capiendo etc., et de predicto Willelmo descendit ius terre illius isti Ricardo ut filio et heredi suo et quod tale sit ius suum etc. offert etc. |

[99.] Et Almaricus et Miranda ueniunt et uocant inde ad warantum predictum Eudonem qui presens est et eis warentizat, et dicit quod non debet eis[2] respondere quia alias fuit placitum inter eos de eadem terra tam coram iusticiariis itinerantibus in com. Wigornie quam coram

[1] There is no stop in MS. [2] Corr. *ei*.

iusticiariis de banco, et ibi per iudicium recessit quietus cum seisina sua quia ibi coram iusticiariis protulit ipse Eudo cartam Willelmi patris ipsius Ricardi de feoffamento de eadem terra et ibi defendit ipse Ricardus cartam donum et totum ita quod tam ipse quam predictus Ricardus posuerunt se super patriam et testes nominatos in carta et capta fuit iurata et ibi[1] per quam conuinctum fuit quod predictus Ricardus nichil clamare potuit in dominico.

Et Ricardus cognoscit cartam et feoffamentum set dicit quod antequam carta illa facta esset fecit predictus Willelmus pater suus quando traditus fuit Nicholao de Wylingtona et commissus sicut in custodia[2] et quando duxit filiam ipsius Nicholai in uxorem quamdam cartam quod nichil dare potuit uel alienare de terra sua propter quod idem Ricardus esset elongatus post diem suum[3]. Et Nicholaus presens est et cognoscit quod idem Willelmus tradidit ei illam terram ad firmam ad terminum x. annorum.

Et Eudo dicit quod feoffatus fuit secundum quod predictum est et bene dicit quod predictus Willelmus semper fuit in seisina donec eum feoffauit et quod nunquam exiuit de seisina et de carta et cirographo nichil scit, et petit iudicium si debeat ei respondere desicut idem Willelmus semper fuit in seisina et desicut ipsum feoffauit de terra que fuit ius suum. Et quia predictus Ricardus non potest dedicere placitum et quin placitum illud terminatum esset tam de ingressu quam de iure et curia recordatur illud, Consideratum est quod Eudo teneat in pace secundum proportum carte sue de feoffamento et Ricardus in misericordia et perquirat sibi de conuencione si uoluerit[4].

681. Willelmus de Bello Campo summonitus fuit ad respondendum Johanni de Burgo et Hawisie uxori eius de placito quod reddat eis custodiam medietatis uille Hamertone cum pert. que ad ipsos Johannem et Hawisiam pertinet eo quod Johannes de Bello Campo filius ipsius Willelmi et heres Hunting.

[1] Om. *et ibi*.

[2] Perhaps an event in the civil war.

[3] He contracted to do nothing whereby his son Richard might be disinherited, eloined from the land, after his (William's) death.

[4] His action, if any, must be on the covenant. At best he has but a contractual right.

Gunnore quondam uxoris ipsius Willelmi per quem[1] idem Willelmus habuit eandem custodiam obiit cuius heres est infra etatem et terram illam de eis tenere debet per seruicium militare ut ipsi Johannes et Hawisia dicunt.

Et Willelmus uenit et dicit quod non debet eis respondere ad hoc breue desicut petit medietatem uille de Hamertona cum pertinenciis et non excipit aliquid de pertinenciis scil. medietatem aduocacionis ecclesie quam Abbas Colecestrie tenet integre unde ipse nichil habet, et preterea dicit quod non tenet medietatem tocius manerii nomine custodie, quia Oto filius Willelmi tenet inde duas acr. et dim. unde ipse nichil habet, et ideo non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit.

Nota quod exceptio nontenure locum habet in petitione custodie et cadit breue[2].

Et Johannes et Hawisia per attornatum ipsius Hawisie ueniunt et dicunt quod aduocacio ecclesie non accidit siue incidit in custodiam ut pertinens ad medietatem illius manerii, et dicunt quod predictus Oto tenet illas duas acr. et dim. in escambium capital' mes' etc. Post ueniunt Johannes et Hawisia et petunt licenciam recedendi de breui suo et habent, et ideo inde sine die, et Willelmus cognoscit quod tenet totum residuum tocius predicte terre que petita est uersus eum.

682. **Essex.** Johannes de Burgo et Hawisia uxor eius per attornatum ipsius Hawisie petunt uersus Willelmum de Bello Campo manerium de Brumlegha cum pert. quod clamant esse ius et hereditatem ipsius Hawisie et in quod non habet ingressum nisi per Gunnoram de Lanualay quondam uxorem suam cui Hawisia de Lamualay quondam uxor Willelmi de Lanualay illud dimisit que non nisi dotem inde habuit de dono ipsius Willelmi quondam uiri sui et auie[3] ipsius Hawisie cuius heres ipsa est etc.

Et Willelmus uenit et petit inde uisum, habeat etc. et interim etc.

683. **Linc. [99 b.]** Nicholaus filius Saheri athachiatus fuit ad respondendum Hugoni Dod quare secutus est placitum in curia | cristianita-

[1] Corr. *quam.*

[2] For the plea of partial non-tenure see Br. f. 432 b.

[3] Corr. *aui.* Hawisia must be *William's* heir. Br. f. 323 gives just this writ but without naming names.

tis de catallis que non sunt etc. contra etc., et unde idem Hugo queritur quod idem Nicholaus inplacitat eum in curia cristianitatis exigendo ab eo x. marcas de exitibus cuiusdam terre quam recuperauit coram iusticiariis itinerantibus in com. Lincolnie unde deterioratus est etc.

Et Nicholaus uenit et defendit quod nunquam inplacitauit eum de catallis que non sunt etc., quia uerum uult dicere, predictus Hugo maritauit ei filiam suam et promisit cum ea x. marcas et unum palefridum xl. solidorum et quod deberet facere ei unam grangiam uel dare ei v. marcas, et preterea quod debet dare ei lx. bidentes, et unde dicit quod loquela illa est matrimonialis et uidetur ei quod pertinet ad curiam cristianitatis terminandam[2]. **Nota quod locum non habet prohibitio in causis que pertinent ad matrimonium nec de catallis que promittuntur propter matrimonium[1].**

Et Hugo uenit et cognoscit quod maritauit ei filiam suam et quod facte fuerunt promissiones secundum quod predictum est set de omnibus ei satisfecit et inde producit sectam set nichil ostendit nec acta[3] nec aliud per quod conuinci possit quod causa non sit matrimonialis, et ideo Consideratum est quod Nicholaus inde sine die et Hugo in misericordia, et dictum est Nicholao quod non sequatur in curia cristianitatis de catallis que non sunt.

684. Mabilia que fuit uxor Johannis Trocard athachiata fuit ad respondendum Engelardo de Cigoingny de placito quare secuta est placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. contra etc., et unde idem Engelardus queritur quod ipsa petit ab eo xij. dolea uini que cepit tempore gwerre dum fuit constabularius Windesore unde etc. **Suhant.** **Nota quod habet locum prohibitio de debito quod nunquam recognitum fuit in uita testatoris et *quod* tempore gwerre captum fuit[4].**

Et ipsa uenit et dicit quod uinum illud fuit ei relictum in testamento set cognoscit quod captum fuit tempore gwerre et quod debitum illud nunquam fuit recognitum uiro suo dum uixit. Et ideo Consideratum est quod Engelardus inde sine die et Mabilia custodiatur et inueniat securitatem quod de cetero non sequetur etc. et quod conseruabit ipsum indempnem in eadem curia.

[1] Br. f. 407 b.

[2] Sic.

[3] The acts of the court Christian.

[4] I am very uncertain as to *quod*. Bracton, f. 407 b, cites this case to prove *quod actiones non possunt legari nec executores petere debitum quod in vita testatoris non est recognitum.* Engelard of Cigogné held Windsor for John and afterwards for Henry in the war of 1215—7. Probably he 'requisitioned' this wine.

685. Walterus de Wildeker petit uersus Willelmum de Ros
Ebor. quem Prior de Kintham uocat ad warantum et qui ei warentizat quod permittat eum habere racionabile estouerium suum in bosco de Husum et unde petit quod permittat eum habere in eodem bosco husbote haibote et ad ardendum et claudendum et ad aratra et alia utensilia et unde Hugo pater suus cuius heres ipse est fuit seisitus ut de feodo die quo obiit et tanquam pertinente ad liberum tenementum suum in Winestuna tempore Regis J. ante [1] et unde petit seisinam patris sui sicut heres patris sui, et dicit quod per hoc quod ipse deforciat ei estouerium illud deterioratus est etc., et unde dicit quod fuit seisitus tempore Roberti de Ros.

Et Willelmus uenit et defendit ius suum et dicit quod predictus Hugo nunquam fuit seisitus de estouerio illo ut de feodo et iure nec ut de estouerio quod pertinet ad predictum tenementum suum de Wynestuna quia si aliquam seisinam habuit de aliquo estouerio hoc fuit tempore cuiusdam Sibille de Ros que boscum illum tenuit in dotem et de permissione ipsius Sibille et cuius senescallus ipse Hugo fuit, et quod non fuit seisitus de estouerio illo ut de feodo nec obiit inde seisitus ut pertinente ad tenementum suum de Wynestuna ponit se super patriam et offert Dom. Regi xl. sol. pro habenda iurata et pro facienda mencione de tempore Regis J. et recipiuntur.

Et Walterus dicit quod pater suus ita fuit seisitus et obiit inde seisitus et eodem tempore secundum quod predictum est, et inde ponit se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat coram iusticiariis apud Westmonasterium etc. xij. tam milites etc. ad recognoscendum super sacramentum suum etc. si predictus Hugo ita obiit seisitus de predicto estouerio ut pertinente ad tenementum suum etc. et tempore Regis J. secundum quod predictum est uel non, et unde Willelmus dicit quod non obiit ita seisitus nisi tantum de permissione predicte Isabelle dum fuit senescallus suus etc., et interim se ita certificent etc. |

[100.] Henricus filius Willelmi petit uersus Johannem de
686.
Midd.

[1] A blank which deprives the case of its point, since William seeks to make time essential by having John's reign mentioned in the issue.

Frowic j. acr. terre cum pert. in[1] ueteri uico, et uersus Laurencium de Frowic duo mesuagia cum pert. in eodem uico ut ius suum et in que non habent ingressum nisi per Radulfum patrem ipsorum cui idem Henricus illa dimisit ad terminum uite sue etc.

Et Laurencius uenit et dicit quod non tenet mesuagia illa in dominico immo quidam Alexander Aurifaber illa tenet. Et Henricus non potest hoc dedicere. Et ideo Laurencius inde sine die.

Et Johannes uenit et dicit quod ipse non tenet illam acram per se immo tenet illam in communi cum Laurencio et aliis pueris patris sui. Post uenit Johannes et dicit quod nullum ingressum habet per predictum Henricum immo habet ingressum per Stephanum Toky qui terram illam ei uendidit et inde ponit se super patriam. Et Henricus similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat xij. per quos rei ueritas etc. ad recognoscendum si predictus Radulfus aliud ius uel alium ingressum habuit in terram illam quam per predictum Henricum, et unde idem Johannes dicit quod habuit ingressum per Stephanum etc., et interim etc.

687. Radulfus de Gloucestria petit uersus Johannem de Cotes catalla ad ualenciam xxx. marc., et unde idem Radulfus queritur quod cum ipse haberet custodiam duarum caruc. terre cum pert. in Cotes de concessione Roberti de Gloucestria Archidiaconi Gloucestrie qui illam habuit de dono cuiusdam Henrici Flandr' usque ad etatem ipsius Johannis, idem Johannes antequam esset plene etatis uenit et intrusit se in terram illam et inuenit terram illam inbladatam et blada ibidem inuenta in usus suos conuertit, et inde producit sectam, et dicit quod fuit in seisina de eadem custodia per tres annos post mortem ipsius Archidiaconi. Glouc.

Et Johannes uenit et dicit quod non intrusit se in terram illam, set cum esset plene etatis uenit ipse ad predictum Henricum Flandr' et ipse fecit ei seisinam sicut ei qui fuit plene etatis et inde uocat eum ad warantum. Et quia uidetur quod idem Johannes adhuc non sit plene etatis et

Nota ubi quis positus est in seisinam per maliciam de terris suis ante etatem ad tollend' custodi custodiam et commodum suum.

[1] *Frowic* erased.

quia habuit seisinam per predictum Henricum iam anno elapso summoneatur Henricus quod sit etc. ad cognoscendum si posuit eundem Johannem in seisina de eadem terra et si ipsum posuit quod tunc respondeat de catallis. Et postea uenit Henricus et cognouit quod posuit eum in seisinam anno etc. Et quia Johannes tunc fuit infra etatem sicut nunc patet per aspectum corporis[1] et manifestum est quod idem Henricus posuit ipsum Johannem in seisinam per maliciam, Consideratum est quod Johannes et Henricus in misericordia et Johannes reddat illi Radulfo illas triginta marcas.

688. Fray Punchard petit uersus Henricum Fabrum dim. uirg.

Oxon.

Nota de defalta facta postquam tenens se posuit in magnam assisam[2].

terre cum pert. in Ouerkudingtona ut ius suum ita quod predictus Henricus posuit se in magnam assisam Dom. Regis ita quod iiij. milites summoniti fuerunt, et postea fecit defaltam. Et ideo Consideratum est quod Fray recuperauit seisinam suam uersus eum per defaltam et Henricus in misericordia et habeat tale recuperare quale habere debeat. Et Radulfus de Salceto apponit clamium suum.

689. Ricardus de Elinges petit uersus Alanum de Aldreby

Linc.

Nota quod si quis uocatus fuerit ad warantum et warentizauerit et ulterius uocauerit scil. uir et ux' et uir moriatur antequam uocatus comparuerit, uxor iterum ad warantum uocetur de nouo et ex noua summonitione.

feodum dim. militis cum pert. in Hothoft et Thetelthorp ut ius suum. Et Alanus uocat inde ad warantum Willelmum de Lisures et Aliciam uxorem eius qui prius uenerunt et warantizauerunt et uocauerunt ad warantum Robertum de Tethelby qui summonitus fuit et antequam compareret obiit Willelmus. Et super hoc uenit Alicia et cognouit quod warantizauit eidem Alano et nunc uocat ad warantum de nouo predictum Robertum[3] quia ipse prius uocatus fuit ad warantizandum ipsis Willelmo et Alicie non uult ipsa Alic' per se respondere de warentizacione sine noua summonicione et die. Et ideo datus est ei etc. quod tunc

[1] Br. f. 424 b.

[2] Bracton, f. 367, cites this case as deciding a much disputed question, whether a judgment given by default after the four knights have been chosen but before they have elected the twelve recognitors will debar the defaulting tenant from recovering by another action the land that he loses. The judgment in this case leaves Henry free to bring another action. He and his heirs are not *precise abiudicati*.

[3] Supply *qui uenit et dicit quod* or the like. Robert has warranted William and Alice and now refuses to warrant Alice alone without a fresh summons. The annotator seems to mistake the case, supposing that the husband and wife are the second, not the first, vouchees. Bracton cites the case on f. 392 b, and gives its substance correctly.

ueniat ad warantizandum uel ad ostendendum quare warantizare non debeat. Idem dies datus est Ricardo et Alicie in banco etc.

690. Henricus de Kemesinge optulit se iiij^to die uersus Rogerum de Daunteseia et Matillidem uxorem eius de placito quod reddant | ei aduocacionem ecclesie de Estillebiria quam ei iniuste detinent ut dicit. Et Comitissa non uenit etc. et habuit diem per essoniatorem et Rogerus habuit diem in banco. Essex. [100 b.]

Et Rogerus per attornatum suum uenit et Matillis non uenit etc. Et quia adhuc pendet iudicium utrum separari debeant et inter eos celebrari diuorcium uel non, iudicium ponitur in respectum usque etc. ut tunc procedatur uel non secundum quod separati erunt uel non[1]. Nota excepcionem et dilacionem dubium euentum.

691. Thomas de Haya athachiatus fuit ad respondendum Johanni de Bello Campo quare fecit uastum et destruccionem de terris domibus et boscis que tenet ad firmam de eodem Johanne in Crawenho etc., unde queritur quod desicut tenet terram illam ad firmam et non debet habere nisi husbote et haybote in predicto bosco per conuencionem inter eos factam idem Thomas dedit contra conuencionem illam Stephano de Langetona xx. quercus et persone de Anuilers xx. quercus et aliis, et preterea talliauit quendam uillanum etc. ita quod ipsum fugauit ad exhereditacionem suam et unde dampnificatus est etc. Essex. Nota quod cadit querela de destruccione et uasto sicut de termino ubi tenens dicit quod prius habuit ad terminum et postea in feodo[2].

Et Thomas uenit et defendit uastum et destruccionem sicut ipse dicit et bene cognoscit quod ipse primo intrauit in predictam terram ad terminum et ad firmam et postea fecit tantum uersus eum quod ipse dedit eam in feodo, et ideo facit de terra illa sicut de sua. Et quia dicit quod tenet eam in feodo et non ad firmam et aduocat terram in feodo, Consideratum est quod Johannes nichil capiat per hoc breue et sit in misericordia etc.

692. Decanus et Capitulum S. Pauli Londonie summoniti fuerunt ad respondendum Geruasio de Aldemanebyria quare Lond.

[1] This was a famous divorce case. The lady was Maud, Countess of Essex. See Mat. Par. *Chron. Maj.* vol. 3, p. 210.

[2] Title cannot be tried in an action for waste.

non permittunt eum presentare idoneam personam ad ecclesiam S. Marie de Audemanebiria que uacat etc., et unde dicit quod Alanus de Audemanebiria pater ipsius Geruasii presentauit quendam Willelmum de Audemanebiria qui ultimo obiit persona in eadem ecclesia xxxviij. annis elapsis et quod ecclesia illa semper postea uacauit. Et Decanus et Capitulum ueniunt et dicunt quod ecclesia illa non uacat quia quidam Magister Nicholaus filius Joscei est persona eiusdem ecclesie et institutus per episcopum. Dicunt eciam quod postquam predictus Willelmus de Aldemanebiria obiit instituti sunt in eadem ecclesia quinque[2] persone scil. quidam Johannes de S. Laurencio et quidam Jordanus de Gloucestria et postea quidam Johannes de S. Petro et postea predictus Nicholaus qui presens est et cognoscit se esse personam.

Nota quod cadit breue quare non permittit ubi querens cognoscit quod prius placitauit per breue de recto[1].

Postea uenit Geruasius et cognouit quod inplacitauit Decanum et Capitulum de predicta aduocacione per[3] breue de recto, et ideo Consideratum est quod nichil capiat per hoc breue et quod Decanus et Capitulum eant inde sine die et Geruasius in misericordia et perquirat se per breue de recto si uoluerit.

693. Norhant. Henricus de Draytona petit uersus Geruasium de Isleppe aduocacionem capelle de Islepe ut ius suum unde dicit quod ipse fuit inde in seisina ut de feodo et iure tempore J. Regis etc. ita quod presentauit quendam Baudewinum ad eandem ecclesiam qui ad presentacionem suam fuit admissus et cepit inde expleta ad ualenciam etc. ut in obuencionibus et aliis et hoc offert etc.

Nota quod cadit breue de iure aduocacionis capelle que pertinet ad aliam ecclesiam matricem et ubi nulle decime pertinent ad capellam nec est ibi sepultura nec aliud quod pertineat ad matricem ecclesiam[4].

Et Geruasius uenit et defendit ius suum nunc etc. et dicit quod ipse est aduocatus matricis ecclesie de Isleppe ad quam eadem capella pertinet ita quod nulle decime pertinent ad eandem ecclesiam neque maiores neque minores neque ibi est sepultura nec aliquid quod ad matricem ecclesiam pertinet et non uult ei respondere nisi curia considerauerit. Et Henricus non potest hoc dedicere, ideo Consi-

[1] One may not descend from the writ of right to the *Quare non permittit*.

[2] Only four are named.

[3] *per* repeated.

[4] As to chapels see Br. f. 241 b.

deratum est quod Geruasius inde sine die et Henricus in misericordia.

694. [1]Rogerus le Bigod petit uersus Randulfum de Braham dim. caruc. terre cum pert. in eadem uilla ut ius suum etc. Norf.

Et Randulfus uenit et dicit quod non tenet illam dim. caruc. terre quia Comes War'[2] et Matillis uxor eius tenent seruicium predictorum cottagiorum quod est de predicta dim. caruc. terre et ideo nolunt | ei respondere nisi curia considerauerit et bene dicunt quod Cristiana per quem[3] habuit ingressum nunquam fuit in seisina de predictis seruiciis, quia predictus Hugo obiit inde seisitus et postea fuerunt seruicia illa attornata Comitisse in dotem. Et Rogerus uenit et dicit quod ipse petit dim. caruc. terre cum pert. sicut predicta Cristiana eam tenuit et sicut predictus Hugo eam ei dimisit et cum talibus pertinenciis. [101.]

Nota contra non tenet, petit sicut antecessor tenuit et sicut ei data fuit et cum eisdem pertinenciis et non aliis[4].

Et Rannulfus uenit et dicit quod predicta terra ei data fuit in maritagium cum uxore sua et nichil clamat in ea nisi ad uitam suam eo quod habuit de ea Matillidem uxorem Johannis filii Roberti et uocat eos[5] inde ad warantum, habeat etc. nisi iustic'[6] per auxilium curie.

695. Idem Comes[7] et Matillis summoniti fuerunt ad respondendum eidem Rogero quare non reddunt ei custodiam unius caruc. terre cum pert. in Mertona que ad eum pertinet eo quod Willelmus de Pyrho auus Will' heredis eiusdem terre tenuit terram illam de Rogero quondam Comite Norfolcie auo predicti Rogeri cuius heres ipse est et per seruicium militare ut dicit. Norf.

Et Comes et Matillis ueniunt et dicunt quod habent custodiam illam et maritagium per Dom. Regem et nolunt ei respondere sine Dom. Rege. Postea uenit et cognoscit[8] quod predictus Willelmus tenuit de Comite Rogero ita quod

[1] For the understanding of this case, which is badly extracted, and of the next it should be known that this Roger Bigod (not yet belted Earl of Norfolk) is son of Earl Hugh son of Earl Roger, and that Earl Hugh's widow Maud has married the Earl of Warenne.

[2] Warenne.

[3] Corr. *quam.*

[4] See Br. f. 433. To a plea of non-tenure the defendant replies, I claim the land as my ancestor held it, with the appurtenances which he held, and I claim no other appurtenances.

[5] John and Matilda.

[6] This is a *nisi prius.*

[7] Earl of Warenne, see note to Case 694.

[8] Corr. *ueniunt et cognoscunt.*

quando predictus Rogerus[1] obiit uenit idem Comes et dedit maritagium et custodiam filii sui Hugoni Ruffo cum omnibus tenementis suis preter terram de Pyrho et de Mertona et attornauit seruicium de Mettona manerio de Hanwurthe et feodum de Pirho ad manerium de Dichingham[2] et sic tenuit tota uita sua et Hugo filius eius per[3] eum ita quod predictum manerium de Hanwurthe qui[4] post mortem predicti Hugonis in extensione sua liberatum fuit ei[5] in dominicis et seruiciis sicut idem Hugo illud tenuit die quo obiit. Et preterea dicunt quod custodia et maritagium predicti heredis liberata fuit eidem Matillidi in proparte dotis sue et extensione.

Et Rogerus uenit et dicit quod reuera manerium de Hanwurthe liberatum fuit ei in dotem cum pert. suis set bene dicunt[6] quod Mettona non pertinet ad manerium illud nec ei liberatum fuit set ipsa intrusit se in custodiam illam eo quod custodia illa fuit prope manerium de Hanwurthe dum ipse fuit infra etatem et in custodia Regis Scocie[7] et inde ponit se super patriam.

Et Comes et Matillis ueniunt et defendunt intrusionem et dicunt quod tenent custodiam illam per Dom. Regem sicut prius in extensione dotis ipsius Matillidis et preterea maritagium et custodiam predicti heredis.

696. Willelmus Comes de Ferrariis petit uersus Johannem de Norhampt. Bassingburnia custodiam Willelmi filii et heredis Henrici filii Waukelini que ad eum pertinet eo quod predictus Henricus tenuit de eo per seruicium militare ut dicit, et unde queritur quod per detencionem custodie dampnificatus est etc.

Nota quod si cui concedatur custodia et maritagium oportet quod maritetur in uita concedentis *aliter* non ualebit concessio, quia si in manu concedentis permaneret non maritatus pertineret ad eum ad quem custodia terre pertineret[8].

Et Johannes uenit et dicit quod Henricus pater predicti Willelmi dedit ei custodiam et maritagium predicti Willelmi ad

[1] Corr. *Willelmus*.

[2] Metton and Hanworth near Cromer, Pirnhow and Ditchingham near Bungay. The plea seems to mean that the services and wardship of lands in Metton were made appurtenant to the manor of Hanworth which was assigned to the Countess Maud as part of her dower.

[3] Corr. *post*. Hugh is Hugh Bigod son of Earl Roger and father of Roger the plaintiff.

[4] Om. *qui*.

[5] Maud.

[6] Corr. *dicit*.

[7] Hugh Bigod was in ward to King Alexander. Dug. *Bar*. vol. 1, p. 133.

[8] *X* is in ward to *A* who grants *X*'s marriage to *B*; *B* must marry him during *A*'s life, otherwise the marriage will belong to *A*'s heir who would have had the marriage if no grant had been made. See Br. f. 91, 91 b.

maritandum eum filie sue Albrede, ita quod dedit ei terciam partem omnium terrarum suarum ad dotandum eandem Albredam per cartam ipsius Henrici quam profert et que hoc testatur.

Et Willelmus per attornatum suum dicit quod non fuit maritatus tempore predicti Henrici nec adhuc nubilis eo quod minoris etatis est, et filia ipsius Johannis est iiij. annorum uel v. Et ideo datus est eis dies etc. et dictum est eidem Johanni quod tunc habeat predictum Willelmum coram iusticiariis et prohibitum est ei quod non maritetur de cetero nisi maritatus sit.

697. Willelmus filius Rogeri athachiatus fuit ad respondendum Willelmo Fairfay quare intrusit se in l. acr. terre cum pert. in Askeham occasione xl. acr. terre cum pert. in eadem uilla et duarum parcium unius mesuagii cum pert. quas idem Willelmus filius Rogeri coram iusticiariis itinerantibus apud Dancastriam recuperauit uersus predictum Willelmum Farfay per assisam mortis antecessoris ibidem inter eos captam et unde queritur quod per intrusionem illam dampnificatus est ad ualenciam xv. marc. et hoc offert etc. | Ebor.

Et Willelmus filius Rogeri uenit et defendit intrusionem et dicit quod nichil tenet nisi quod ei liberatum fuit per iuratores predicte assise set bene cognoscit quod tenet predictas xl. acr. et preterea l. acr. ut pertinentes ad easdem xl. acr. Et quia l. acr. non pertinent ad predictas xl. acr., preceptum est uicecomiti quod faciat seisinam predicto Willelmo filio Rogeri de duabus partibus mesuagii predicti et de xl. acr. cum bosco et pastura et prato eisdem xl. acr. pertinentibus, et de toto residuo faciat seisinam Willelmo Fairfay, et ad diem et locum quem W. de Eboraco[2] eidem uicecomiti scire faciet faciat uenire coram eo xij. tam milites etc. de uisneto de Alkeham[3] ad recognoscendum super sacramentum suum que dampna Willelmus Fairfay habuit per predictam intrusionem et ad diem illum scire faciat [101 b.]

Nota quod acra non pertinet ad acram. Ubi quis recuperauit per assisam xl. acr. et occupauit l. ulterius tanquam de pertinenciis xl. acr. et ideo preceptum est uicecomiti quod faciat rehabere tenenti[1].

[1] The sheriff is to give possession to the person dispossessed. One acre cannot be appurtenant to another, but pasture and woodland can be appurtenances of arable land.

[2] One of the justices. Afterwards Bp of Salisbury.

[3] Corr. *Askeham*.

eidem W.[1] per quas particulas assignauit Willelmo filio Rogeri xl. acr. et duas partes mesuagii et cum quibus pertinenciis et quid residuum remanet Willelmo Fairfay aperte et distincte.

698. Suff. Willelmus Russel athachiatus fuit ad respondendum Radulfo de Pesehale quare non facit ei consuetudines et recta seruicia de tenemento quod de eo tenet in Tudenham Flaifordia[2] Parua Waderingfeuldia et Thichibrom unde petit quod faciat ei de predicto tenemento[3] feod' ij. militum j. quart' minus.

Et Willelmus uenit et dicit et bene cognoscit quod debet ei de tenemento in Farnham cum predictis tenementis predictum seruicium set dicit quod tenentes sui de Tudenham Playfordia et de Waderingefeudia faciunt quarterium pro eo et ipse per manum suam reddit seruicium feodi j. militis et dim. et sic semper reddere consueuit. Et ideo Consideratum est quod Radulfus recuperauit seisinam suam de predictis seruiciis.

Et super hoc uenit Rogerus le Bigot et Isabella uxor eius per attornatum suum quibus predictum seruicium datum fuit cum manerio de Pesehale et petunt seruicium predictum de eodem Willelmo. Et Willelmus uenit et bene concedit eisdem seruicium recipiendum sicut predictus Radulfus illud percipere consueuit scil. feod' j. militis et dim. per manum ipsius Willelmi et quarterium faciant homines sui Alano de Witherdale capitali domino feodi pro eodem Rogero et pro se[4] non distringantur occasione predicti Rogeri.

Et Rogerus et Isabella per attornatum ipsius Isabelle ueniunt et bene concedunt quod predicti homines ipsius Willelmi faciant seruicium predictum quarterium predicto Alano et heredibus suis pro predictis Rogero et Isabella et heredibus eorum ita tamen quod idem Rogerus et Isabella colligant primum scutagium per manum suam et reddant illud predicto Alano et pro seisina sua habenda, et Willelmus similiter[5].

[1] William of York.
[2] It should be Playford, which is near Tuddenham and Wadringfield.
[3] Supply *seruicium*.
[4] Supply *et* (?).
[5] Elaborate subinfeudation. Certain *homines* hold of William, who holds of Roger and Isabella, who hold of Alan.

699. Willelmus de Senewella Lucas le Seriaunt et alii athachiati fuerunt ad respondendum Jordano Lambrict de placito quare domos ipsius Jordani in Senewella nocte prostrauerunt et asportauerunt contra pacem Dom. Regis etc., unde queritur quod sicut Willelmus Waleranen' et Walterus frater eius nepotes sui fuerunt in predicta domo sua dum ipse fuit cum Dom. Wintoniensi Episcopo[1] uenerunt predicti Willelmus et alii et prostrauerunt predictam domum et asportauerunt catalla sua scil. j. hauberchun[2] precii dim. marc. et unum capellum ferri precii xij. den. et unam lanceam precii vj. den. et j. arcum et sagittas precii xij. den. et bladum precii j. marc. et pannos ad ualenciam iij. sol., et quod hoc fecerunt nequiter et in felonia offert probare sicut curia considerauerit. Deuon.

Et Willelmus et alii ueniunt et defendunt pacem feloniam et roberiam et quicquid est contra pacem etc. et bene cognoscunt quod ipsi asportauerunt predictam domum de die per preceptum Alicie de Mohun domine sue et per uoluntatem Willelmi de Senewella qui presens est et dicit quod liber homo est[3] et bene concedit quod asportauit per uoluntatem suam predictas domos.

Et Jordanus uenit et dicit quod idem Willelmus prius dimiserat ei terram suam de Senewella antequam aliquid concesserat predicte Alicie. Et ideo dictum est eidem Jordano quod ipse perquirat se uersus | dominam[4] per breue de noua disseisina. Et de apello de pace et roberia datus est eis dies in aduentu iusticiariorum. [102.]

700. Ricardus Abbas S. Eadmundi athachiatus fuit ad respondendum Thome de Blakeham quare non tenet ei finem factum in curia Dom. Regis coram iusticiariis itinerantibus apud Catteshillam inter ipsum Thomam petentem et Hugonem Abbatem S. Eadmundi predecessorem ipsius Abbatis tenentem[5] j. molend' cum pert. et octo acr. terre cum pert. in Fornham unde cirographum etc., unde idem Thomas queritur quod cum ipse per predictum finem debeat Suff.

[1] Peter des Roches is newly returned from his pilgrimage. Mat. Par. *Chron. Maj.* vol. 3, p. 204.

[2] A habergeon, breastplate.

[3] Was there some question as to villeinage?

[4] Alice.

[5] Supply *de*.

tenere predictam terram et molendinum per xxv. sol. per ann. idem Abbas prohibet omnibus suis qui debent facere sectam quod non faciant, et preterea leuauit quoddam molendinum ad quod predicti homines faciunt molere[1], et preterea fregit stagnum de latitudine xij. pedum et preterea piscatur in eadem aqua contra finem illum et unde dampnificatus est etc. et inde producit sectam.

Et Abbas per attornatum suum uenit et bene cognoscit finem et bene defendit quod nunquam prohibuit homines suos facere sectam quia possunt molere ubi uolunt. De molendino ad uentum dicit quod Conuentus leuauit illud molendinum[2]. De fraccione stagni dicit quod ipse nunquam fecit illud frangere nec aliquis per eum, set reuera stagnum illud amensuratum[3] fuit per consideracionem hundredi et per querelas liberorum hominum qui se inde querebantur. De piscaria dicit quod ipse et predecessores sui semper solebant piscari et ante predictum finem et post, et bene defendit contra sectam suam quod non prohibuit homines etc.[4] nec stagnum fregit. Et ideo uadiet legem se xij^{ma} manu de secta et fraccione stagni et ueniat etc. Et Abbas per attornatum suum bene cognoscit quod Thomas potest cur'[5] stagnum quando uoluerit et quod debet habere anguillas ad exclusam suam cadentes[6]. Post uenit Abbas per attornatum suum et petit iudicium de piscaria et molendino leuato. Ponitur in respectum, et fecit legem suam per iiij. quia Thomas[7] tenuit se pacatum de totidem. Et ideo consideratum est quod Abbas inde sine die etc.

701. Essex. [8]Assisa uenit recognitura si Ricardus Bosant iniuste etc. diuertit cursum aque in Stybeney ad nocumentum liberi tenementi Willelmi de Araz et Margerie uxoris eius in Westha*mn*' post primam etc. Et Ricardus uenit et nichil dicit quare assisa remaneat.

Juratores dicunt quod aqua trestornata fuit ante

[1] Sic.
[2] No stop in MS.
[3] The pond was reduced to a proper size (?).
[4] Annotator inserts *quod* and *homines etc.*
[5] Doubtless *curare*, here meaning *to clean.*
[6] The eels which fall into his sluice.
[7] *Thomas* interl. by annotator. Thomas was content with four compurgators.
[8] This case is Fitz. *Assise*, 430.

terminum breuis[1] et trenchia incepta, set post terminum per inundacionem aquarum et applicacionem nauium[2] et opere manuum ita ampliata est trenchia quod uertitur ad maximum dampnum et nocumentum liberi tenementi Willelmi et Margerie. Et ideo Consideratum est quod Ricardus inde sine die et Willelmus et Margeria in misericordia. Et sciendum quod ambo consenserunt in iuratam.

702. Isabella de Frome petit uersus Gregorium de Turri et Emmam uxorem eius medietatem duarum parcium feodi j. militis terre cum pert. exceptis xxj. acr. terre cum pert. in Frome ut ius suum et que eam contingit de hereditate que fuit Constancie filie Willelmi filii Semar' in eadem uilla amite predictarum Emme et Isabelle cuius heredes ipse sunt et que nuper obiit etc., et unde quedam Constancia amita ipsius Isabelle fuit seisita in dominico suo ut de feodo tempore H. Regis qui nunc est tempore pacis, et de Constancia quia obiit sine herede de se descendit ius terre illius Cristiane ut sorori et heredi et de predicta Cristiana descendit ius terre illius istis Isabelle et Emme ut filiabus et heredibus et unde ipsa petit partem suam que eam contingit. Dorset. Breue de proparte sororum.

Et Gregorius et Emma per attornatum ipsius Emme ueniunt et defendunt ius ipsius Isabelle et dicunt quod non debent ad hoc breue respondere quia predicta Constancia non obiit seisita de eadem terra quia per xl. annos ante mortem suam dedit ipsa Constancia et Willelmus filius Henrici uir suus terram illam ipsi Emme et illam ei recognouerunt ut ius suum, ita quod Comes Ricardus[3] aliquando ipsam Emmam et predictum Gregorium disseisiuit et ipsi inpetrauerunt breue de noua disseisina uersus eum et ipse ante capcionem | illius assise reddidit eis seisinam suam. [102 b.]

Et Isabella uenit et dicit quod obiit inde seisita et hoc bene patet quia tenuit terram illam tota uita sua et quando laborauit in extremis condidit ipsa testamentum suum de blado in terra seminato. Postea ueniunt Gregorius et Emma et dicunt quod non debent ei respondere nec ipsa partem habere debebit quia uillana est quia quidam Willelmus le

[1] The time mentioned in the writ. Henry's first coronation.
[2] The mooring of boats.
[3] Earl of Cornwall.

Fizsamere[1] fuit seisitus in dominico suo de eadem terra ut de iure et inde obiit sine herede de se et habuit plures sorores scil. Constanciam et Cristianam. Ista Cristiana se maritauit cuidam uillano Willelmo Muc nomine et cum ipsa tunc peteret partem suam non potuit audiri propter uillanum cui nupta fuit, et de predicta Cristiana et de predicto uillano uenit ista Isabella unde partem habere non debet, et quando ille uillanus mortuus fuit tunc nupsit se cuidam Hugoni de Fraxino militi patri istius Emme et quando habuit predictum militem in uirum tunc habuit partem suam, et quod uillanus est sic probant quia adhuc habet quendam fratrem qui uillanus est scil. Hugonem Much.

Nota quod libera femina maritata uillano non rec' partem alicuius hereditatis quamdiu uillanus uixerit[2].

Et Isabella dicit quod libera est et quod pater suus liber fuit et hoc bene patet quia adhuc habet j. uirg. terre de hereditate patris sui, et ille Hugo quem dicunt esse fratrem suum fuit filius cuiusdam natiue et non de libera nec de uxore patri suo desponsata. Postea concordati sunt et est concordia talis quod predicti Gregorius et Emma recognouerunt medietatem tocius predicte terre cum pert. esse ius ipsius Isabelle excepto capitali mesuagio etc. Concordati sunt secundum formam concordie.

ROTULUS DE TERMINO S. TRINITATIS ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS NONO[3].

703. Suff. [4]Aunsellus filius Ade petit uersus Johannem filium Ade medietatem xv. acr. terre cum pert. in Lellesheya ut ius suum et ut racionabilem partem suam que eum contingit de libero tenemento quod fuit predicti Ade patris eorum cuius heredes ipsi sunt eo quod terra illa est partibilis et inter fratres partiri debet.

[1] Called *Filius Semar'* above.

[2] The abbreviated word is some part of *recuperare* or *recipere*. This case is Fitz. *Nuper Obiit*, 17.

[3] A=Coram Rege Roll No. 20; B=No. 21. Copyist No. 2 comes back.

[4] A. m. 1; B. m. 2. Perhaps this case is Fitz. *Prescription*, 63. Fitzherbert says: Note that lands held by knight service are not partible by the custom of Kent. This is not a Kentish case, but by custom of Kent may be meant any custom which makes socage partible.

Et Johannes uenit et defendit ius suum et quod terra illa non est partibilis et hoc bene patet quia ipse tenet terram illam per seruicium militare et Adam pater eorum tenuit per seruicium militare et idem Johannes fuit filius predicti Ade de prima uxore sua et Aunsellus fuit filius suus de secunda uxore sua et Adam et ipse semper tenuerunt terram illam per forinsecum seruicium xl. den. ad scutagium xx. sol. ad plus plus et ad minus minus et quod ita sit ponit se super iuratam.

Nota de terra que partibilis est inter fratres ratione tenementi et non ratione personarum. Et sciendum quod talis terra non facit seruicium militare non magis quam socagium. Set mutari potest modus feoffamenti et fieri de terra partibili feodum militare[1].

Et Aunsellus defendit quod Adam pater suus nunquam fecit seruicium militare, et si idem Johannes facit forinsecum hoc non debet ei nocere quin ei respondeatur. Et ambo ponunt se inde super iuratam sequentem que capta est de alia terra in *illa*[2].

Jurata uenit recognitura ex consensu parcium si xliij. acr. cum pert. in Illega unde predictus Aunselinus[3] clamat medietatem uersus eundem Johannem umquam partite fuerunt et fuerit[4] terra partibilis sicut socagium quod inter fratres partiri debet uel non, quia tam Johannes quam Aunselinus posuerunt se inde in iuratam illam.

Juratores dicunt quod tota terra de Illega que est de feodo Prioris Cantuarie est terra partibilis, set de hac terra quam idem Johannes tenet de eodem Priore nesciunt si Johannes cartam habeat uel aliud per quod partiri non debeat.

Et ideo consideratum est quod Aunselinus recuperauit seisinam suam de medietate illarum xliij. acr. terre cum pert. et Johannes in misericordia. De terra de Lillesheya dicunt iuratores quod non est partibilis quia Adam pater eorum anno et die quo obiit fecit inde forinsecum seruicium, et ideo consideratum est quod Johannes tenet terram illam in pace sine particione et Aunselinus in misericordia. |

704. [5]Willelmus de Becco petit uersus Johannem de Sancto Leodegario dim. caruc. terre cum pert. in Cnouldena[6] ut ius suum etc. [103.] Kent.

[1] As to changing the tenure, see Br. f. 36; as to primogeniture in socage land, f. 76.

[2] A has *Illam;* B more rightly *Illegha*. See what follows. The place is Monks' Eleigh.

[3] *Aunsellus*, A; *Ansellus*, B.

[4] Corr. *fuit*, A, B.

[5] A. m. 1; B. m. 2.

[6] *Cneusdun'*, B. Perhaps Knowlton.

Eustachius de Burn'[1] petit uersus eundem Johannem dim. caruc. terre cum pert. in eadem uilla ut ius suum etc. unde Godwinus antecessor eorum scil. Willelmi[2] Eustachii fuit seisitus ut de iure et in dominico tempore H. Regis qui fuit auus aui Dom. Regis scil. anno et die quo obiit capiendo inde expleta ad ualenciam dim. marc. et idem Godwinus habuit duos filios Walterum primogenitum et Robertum postnatum. De Waltero uenit Willelmus predictus et de Roberto Eustachius unde petunt terram illam ut terram partibilem.

Nota quod iniuste petit quis terram in dominico de qua redditum recepit *si* de ea que tenetur de eo[3].

Et Johannes uenit et defendit ius eorum habendi in dominico et dicit quod non debet eis inde respondere quia post breue istud impetratum recepit idem Willelmus seruicium suum de eadem terra scil. ad ultimum festum S. Mich. duas marcas et x. den. et desicut recepit seruicium suum petit iudicium si debeat respondere de terra in dominico.

Post uenit Johannes et uocat de tota terra ad warantum Reginaldum de Cornhulla quia Willelmus et Eustachius dicunt quod de terra quam petunt nullum redditum receperunt. Et ideo datus est dies talis et tunc habeat J. warantum suum per auxilium curie.

705. **Sussex.** [4]Ostensum fuit Dom. Regi quod uicecomes cepit Robertum filium Gundrede et Robertum de Hekintona et ipsos in prisona detinuit ea occasione quod debuerunt occidisse Rogerum le Stillard et Salomonem filium suum qui uiui sunt et sani, unde preceptum fuit uicecomiti quod ipsos Robertum et Robertum dimitteret per saluos plegios ita quod essent ad hunc diem etc. Et uicecomes scil. Herbertus Clericus uenit et cognoscit quod eos cepit eo quod fama patrie scil. xl. homines dixerunt quod si Rogerus et Salomon occisi essent credebatur quod predicti Robertus et Robertus ipsos occiderunt et preterea eo quod rettati fuerunt de morte cuiusdam garcionis.

Et super hoc uenit Rogerus le Stillard et Salomon filius eius et dicunt quod predicti Robertus et Robertus nullam

[1] *Beck* and *Burn* are all one.
[2] Supply *et*, A, B.
[3] The word *si* should perhaps be *sicut*. If I accept rent from you as my tenant I am estopped from claiming the land in demesne.
[4] A. m. 1; B. m. 2.

uiolenciam eis fecerunt et uicecomes ea occasione arestauit catalla ipsorum Roberti et Roberti et similiter Goundred'[1]. Et ideo uicecomes in misericordia quia cognoscit quod Robertus de Hekintona nulla alia occasione captus est nisi pro predicto Rogero et Salomone qui uiui sunt et Robertus et Robertus quieti de ipsis predictis hominibus qui uiui sunt.

Et Robertus filius Gundrede qui rettatus fuit ut uicecomes dicit de morte garcionis sit sub plegio standi recto si quis etc.[2] et sunt plegii eius tales[3] etc. Et tales[4] capiunt in manum habendi uic' tali die[5].

Et preceptum est uicecomiti quod deliberet Gaufridum Pulein et Willelmum de Linde quos cepit pro morte cuiusdam hominis qui occisus fuit xvj. annis transactis ante iter iusticiariorum eo quod nullus eos apellat et omnia placita corone postea placitata sunt coram iusticiariis ultimo itinerantibus. Nota quod tenet exceptio si quis rettatus fuerit de morte hominis et respondeat et petat iudicium si debeat respondere quia postquam occidi debuit iusticiarii itinerauerunt ad omnia placita corone et alia et tunc actum inde fuit in itinere[6].

706. [7]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad medietatem ecclesie de Graueleya que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Johannes filius Willelmi clamat uersus Radulfum filium Willelmi. Hertford.

Qui uenit et bene concedit assisam sicut ille qui est infra etatem. Set ponitur in respectum a die S. Trin. proximo preterito usque in tres septimanas pro defectu recognitorum, quia tantum quatuor uenerunt etc. quibus etc. et uicecomes habeat corpora eorum qui non uenerunt et assisa capiatur siue Radulfus ueniat siue non quia ita concessum est a partibus.

Adam filius Willelmi apponit clamium suum.

707. [8]Willelmus de Dustona[9] petit uersus Thomam Coigne Staff.
quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in Hulmo

[1] *Gundrede*, A, B. Mother of one of the Roberts.

[2] The full phrase is *si quis uersus eum loqui uoluerit*.

[3] Names in A, B.

[4] Names in A, B.

[5] *habendi cras uic'*, A, B. The sheriff it seems has to find bail for his appearance to-morrow.

[6] See Br. f. 116 b, 141. The annotator seems to suppose that the case had been brought before the justices in eyre.

[7] A. m. 2; B. m. 3.

[8] A. m. 2; B. m. 3.

[9] *Ustun'*, B.

etc. unde idem Willelmus petit quod faciat ei per annum viij. sol. de vj. bouat. terre et ei sunt aretro de quatuor annis xx. sol. etc. per quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xl. sol., et petit quod faciat ei homagium et releuium suum etc.

Et Thomas Coigne uenit et dicit quod nichil clamat tenere de eodem Willelmo nec ei seruicium debet immo tenet de Waltero Coigne filio Roberti auunculi sui et ei facit seruicium suum et inde uocat eum ad warantum, habeat eum tali die etc. sicut diligit tenementum suum.

708. Kent. Oxon.

Nota quod warantus uocari potest de custodia sicut de aliis. Et hic petitur custodia tenentis alicuius ubi ipse dominus obierit et heres suus fuerit infra etatem et unde dominus capitalis qui obiit tenuit custodiam illam tota uita sua et obiit inde seisitus.

[1]Ranulfus Comes Cestrie et Lincolnie per attornatum suum petit uersus Ricardum de Harecurt quem Galfridus de Lucy uocauit ad warantum et qui ei warentizauit quod reddat ei Johannem filium et heredem Johannis de Sprextona[2] cuius custodia ad eum pertinet eo quod habet custodiam terrarum que fuerunt Johannis patris ipsius Johannis ea ratione quod tenuit de feodo Comitis Dauid cuius heres est in custodia sua.

Et Ricardus uenit per attornatum suum et defendit ius ipsius Comitis et dicit quod Johannes pater reuera tenuit de Comite Dauid set Comes Dauid dedit Willelmo de Harecurt patri suo custodiam terre tocius ipsius Johannis cum herede ipsius Johannis ita quod pater suus[3] tenuit tota uita sua custodiam illam et obiit inde seisitus et post mortem eius [103 b.] reuera ipse | Ricardus concessit ipsi Comiti Cestrie eandem custodiam terre sicut illam tenuit et non tenuit tunc heredem in custodia eo quod predictus Gaufridus illum habuit ex dono Willelmi patris sui et ideo Comes nullam custodiam de herede petere potest.

Et Comes per attornatum suum quesitus qua racione clamat custodiam heredis dicit quod eo quod habet custodiam

[1] A. m. 2 d; B. m. 2 d.

[2] The name should probably be Sproxton, A, B.

[3] William Harcourt father of Richard the vouchee. John of Sproxton held of David Earl of Huntingdon, and died. The Earl David granted the wardship of John's son John to William Harcourt. William's heir Richard Harcourt granted the wardship to the Earl of Chester, but William had already given the wardship of the heir's person to Geoffrey Lucy. The case is complicated by this that the heir of David Earl of Huntingdon is the ward of the Earl of Chester, who at first bases his claim on this fact, claiming ward by right of ward. Dugd. *Baron.* vol. 1, p. 610.

terre per ipsum Ricardum. Quesitus si habeat cartam Ricardi de concessione heredis dicit quod illam habebit ad horam et terminum. Post protulit attornatus Comitis cartam eiusdem Ricardi que testatur quod concessit et quietum clamauit eidem Comiti omne ius quod habuit uel habere potuit in guarda terre et heredis Johannis de Spextona etc.

Et Ricardus[1] adhuc dicit quod nunquam habuit custodiam heredis quia pater suus sicut predictum est illam dedit Gaufrido de Lucy. Et quia Comes hoc non dedicit et Ricardus nunquam aliquid habuit in custodia heredis consideratum est quod Ricardus sit inde quietus, et Comes in misericordia.

709. [2]Adam Tart Curteys summonitus fuit ad respondendum Willelmo Maubaut quo iure exigit communam pasture in terra ipsius Willelmi de Hortona desicut idem Willelmus nullam habet communam in terra ipsius Ade nec idem Adam seruicium etc. Sussex.

Et Adam uenit et dicit quod ipse iuste exigit communam quia antecessores Willelmi de Breusa de honore de Bremle feofauerunt antecessores Ade de terra de Wicham cum pert. et cum pastura in marisco de Hortona per xxx. annos priusquam antecessores Willelmi feofati essent ab antecessoribus ipsius Willelmi de Breusa et hac racione exigit communam. Et dicit quod facit inde seruicium suum apud Bremle pro terra sua simul cum pastura illa et quod ita sit ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat in pastura illa ut in illa que pertinet ad liberum tenementum suum in Wicham quod habet de feofamento antecessorum Willelmi de Breusa et si in seisina fuit per donum illud de eadem pastura priusquam terra de Hortona etc. uel idem Willelmus tenendi pasturam illam sine communa quam idem Adam habere debeat.

Et Willelmus bene concedit assisam quia dicit quod terra de Hortona data fuit antecessoribus suis in maritagium sine communa quam antecessores Ade tunc habuerunt. Dies datus est in v. septimanas a tali die et ueniant tunc iiij[3].

[1] The copyist has written *sicut* instead of *Ricardus* which is in A. B.

[2] A. m. 2 d; *Tartcurteys* seems one name.

[3] Four knights to choose twelve recognitors.

710. Norf. [1]Willelmus Leueriche ponit loco suo Walterum filium suum uersus Robertum de Tunestona de placito seruicii.

711. Kent. Henricus de Sandwico ponit loco suo Simonem filium suum uersus Priorem S. Trinitatis de placito debiti.

712. Leirc. [2]Willelmus de Kartorpe et Alicia uxor eius per attornatum suum petunt uersus Robertum de Harecurt terciam partem xx. et duarum bouat. et quarte partis unius bouat. terre et unius mesagii cum pert in Pikewilla ut pertinentem ad racionabilem dotem suam que eam contingit de libero tenemento quod fuit Johannis de Spixtona[3] quondam uiri ipsius Alicie etc.

Et Robertus uenit et uocat inde ad warantum Hugonem de Moruico. Habeat eum a die S. Mich. in v. septimanas per auxilium curie.

713. Hertford. [4]Willelmus Abbas S. Albani per attornatum suum petit uersus Gaufridum de Bisseye unum mesagium et sex acr. terre et duas perticatas prati cum pert. in Wathfordia ut ius ecclesie sue etc. et ut illa unde idem Abbas fuit seisitus ut de uillenagio suo tempore J. Regis et in quam idem Gaufridus non habet ingressum nisi per Alexandrum Waterlotere[5] qui illam tenuit in uilenagium de eodem Abbate et quod ita sit offert etc.[6]

[7]Et Gaufridus uenit et uocat ad warantum inde predictum Alexandrum qui presens est et bene cognoscit quod diuisit[8] eidem Gaufrido terram illam et mesuagium sicut ille qui fuit uillanus eiusdem Abbatis et adhuc est et terram illam cepit de eodem Abbate domino suo in uillenagium suum et reuera tempore guerre captus fuit et de liberacione sua terram illam uendidit eidem Gaufrido pro iiij. marcis.

Et Gaufridus dicit quod idem Alexander tunc tenuit terram illam libere et ut liber homo ut terram illam quam idem Alexander emerat de Jacobo la Wayte pro j. marca

[1] A. m. 2 d; B. m. 2 d. Probably 'scored' in A by accident.

[2] A. m. 2 d; B. m. 2 d.

[3] *Sproxton'*, A. B.

[4] A. m. 2 d; B. m. 4.

[5] *Waterletere*, A; *Waterledere*, B.

[6] For this writ of entry see Br. f. 323 b.

[7] In the MS. this paragraph follows that by which it is here followed. Letters in the margin direct the transposition. The order in my print is the order in A. B.

[8] Corr. *dimisit*, B; A illegible.

tenendam de Ricardo Burdun qui illam tenuit de eodem Jacobo[1] et Jacobus de eodem Abbate libere.

Et Abbas per attornatum suum dicit quod Jacobus et Ricardus sunt uillani sui. Et ideo datus est dies in Oct. S. Mich. ut tunc ueniant Jacobus et Ricardus ad cognoscendum si quid clamant in terram illam ut liberi homines uel in seruicio eiusdem terre etc. Et attornatus Abbatis manucapit quod illos habebit ad diem illum, et Alexander remaneat domi eo quod cognoscit se esse uillanum[2].

Ad diem illum uenerunt Jacobus et Ricardus et dicunt quod tenuerunt terram illam in uilenagium de Abbate et nunquam libere, et dicunt quod nichil tenent de Abbate nisi in uilenagium. Et ideo consideratum est quod Abbas recuperauit seisinam suam et Gaufridus in misericordia et preceptum est Abbati quod iusticiam exhibeat Gaufrido de predictis iiij. marcis[3].

714. [4]Johannes de Mar et Eua uxor eius per attornatum suum Warr.
petunt uersus Johannem Albetoft quem Willelmus de Cantelupo uocauit ad warantum et qui ei warentizauit terciam partem duarum parcium manerii de S*ni*tefeld[5] cum pert. ut dotem eius[6] Eue unde Willelmus Cumin quondam uir eius etc. Et Johannes uenit et cognoscit bene quod ita fuit dotata et bene concederet ei dotem suam si ipsa redderet ei heredem predicti Willelmi cuius custodia ad eum pertinet etc. |

Et Eua et Johannes per attornatum suum dicunt quod [104.]
heres ille est in Scocia et non sunt in seisina de illo herede nec umquam fuerunt nec per eos alibi est. Et Johannes non potest hoc dedicere. Et ideo consideratum est quod Johannes et Eua recuperauerunt seisinam suam de predicta tercia parte et Johannes est in misericordia. Et Willelmus petit quod warentizet et faciat ei escambium. Et Johannes dicit quod nichil ei concessit nisi quod ad eum pertinebat salua eidem Eue dote sua et Willelmus nichil aliud ostendit et ideo perquirat se uersus eum si uoluerit.

[1] Sic, A. B. Perhaps the statement of the tenure is wrong.
[2] B stops.
[3] Is this equity or merely a counsel of perfection?
[4] A. m. 3; B. m. 3 d.
[5] Snitterfield.
[6] Corr. *eiusdem*, A. B.

715. Midd. [1]Hamon de Roxheuede[2] petit uersus Petrum filium Alofi v. hidas terre cum pert. in Hattona ut ius suum etc. unde Hamon auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol., et de Hamone descendit ius terre illius Radulfo filio suo et de Radulfo huic Hamoni ut filio et heredi suo.

Et Petrus uenit et defendit ius suum quando defendere debebit, set dicit quod terra illa data fuit[3] Willelmo filio Alofi patri suo per finem factum in curia predicti H. Regis aui Dom. Regis per cyrographum quod profert et quod testatur quod concordia facta fuit apud Westmonasterium ad scaccarium die Veneris proximo post festum S. Marce anno xxv° regni eiusdem Henrici coram R. et G. Eliens'[4] Episcopis et multis baronibus inter Hamonem de Rokeshale et Willelmum filium Alofi de terra de Actona scil. de feodo dim. militis unde placitauerant in curia Dom. Regis etc. scil. quod predictus Hamon recognouit quod predicta terra est ius suum[5] et hereditas ipsius Willelmi et eam clamauit quietam eidem Willelmo et heredibus suis etc. ita quod predictus Willelmus et heredes sui reddant Hamoni et heredibus suis annuatim j. esperuarium sorum uel duos sol. etc., unde idem Petrus dicit quod per finem illum remansit terra illa Willelmo patri suo tenenda de eodem Willelmo[6] et heredibus suis ita quod Willelmus pater suus fecit seruicium illud predicto Hamoni et postea Radulfo filio suo tota uita sua et postea idem Hamon illud seruicium recepit et quod ita sit ponit se in magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram ipsam de ipso Hamone per predictum finem uel idem Hamon tenendi in dominico.

Et Hamon defendit seruicium[7] et quod nunquam placitum fuit inter antecessores suos de terra illa et ideo fiat magna assisa.

[1] A. m. 3 d; B. m. 5 d.
[2] *Roxemed'* B.
[3] *data fuit* interl. by annotator.
[4] Corr. *Ric. Winton. et G. Eliens.* A. B. many other names.
[5] Om. *suum*, A. B.
[6] Corr. *Hamone*; but both A and B have *Willelmo*.
[7] *finem* not *seruicium*, A. B.

716. [1]Henricus Bicunt' petit uersus Johannem de Stepinges et Gilam uxorem eius tres sol. terre[2] redditus et duas acr. terre cum pert. in Stanmere et uersus Johannem Walerand' quater uiginti acr. terre cum pert. in eadem uilla ut ius etc. Midd.

Et Johannes de Stepinges et Gila uxor eius ueniunt et uocant inde ad warantum Willelmum de Reymes filium et heredem predicte Gile per quem ipse tenet[3] terram illam. Habeant eum tali die etc. per auxilium curie.

Et Johannes Waler'[4] uenit et dicit quod non tenet terram illam nisi ut custos et firmarius Lucie matris sue cuius est terra illa et cui eadem terra remansit per finem factum. Postea dicit quod mater sua illam ei concessit ut heredi suo et defendit ius ipsius Henrici nunc et alias etc., set dicit quod eidem Henrico non debet inde respondere, quia finis factus fuit de eadem terra in curia H. Regis aui Dom. Regis anno xxx. inter Willelmum de Reymes auum predicti Willelmi et Waler' patrem ipsius Johannis per quem finem terra illa remansit eidem Waler' et heredibus suis et inde profert cirographum quod hoc testatur. Et preterea postea alius finis factus fuit de eadem terra inter Luciam matrem ipsius Johannis et ipsum Johannem de eadem terra et inde profert cyrographum anno quarto[5] quod hoc idem testatur et desicut Henricus non apposuit clamium suum nec antecessores sui clamium suum apposuerunt non uult ei super finem illum respondere nisi curia considerauerit.

Nota de clamio non apposito De Henrico Buqueinte.

Et Henricus dicit quod primum cyrographum non debet ei nocere quia ipse tunc fuit infra etatem. De secundo dicit quod tunc fuit in seruicio Dom. Regis ultra mare apud Vendom'[7].

Responsio Henrici ad illam exceptionem elidendam quod fuit infra etatem ad primum cyrographum. Ad secundum, quod tunc fuit ultra mare in seruicio Dom. Regis[6].

Et Johannes dicit quod tempore primi cyrographi et secundi et tercii quod profert de tempore Ricardi Regis fuit

Et Johannes ad primum secundum et tercium respondet quod Henricus fuit uiuus et sanus et presens in curia ubi fines facti fuerunt et petit iudicium.

[1] A. m. 4; B. m. 4. This case which evidently interested the annotator is given by Bracton, f. 436, at great length. The plaintiff's name has been transmuted into *Haquebut*; the annotator gives it as *Buqueinte*; *Bucuint'*, A; *Bucuinte*, B. See above Case 394.

[2] Om. *terre* which is struck out in A.

[3] Corr. *ipsi tenent*, A. B.

[4] *Walerand*, B.

[5] *Regis Johannis*, A. B gives no date and in A the date is interlined. Bracton has *Regis Johannis*.

[6] For the phrases *elidere actionem*, *elidere exceptionem*, see Br. f. 400 400 b.

[7] Vendome.

pater ipsius Henrici uiuus et sanus et presens in curia ubi fines illi facti fuerunt et non apposuit clamium suum et ideo petit iudicium si debeat inde respondere.

Et Henricus dicit quod reuera postquam pater suus qui fuit crucesignatus rediit de terra sancta fuit ipse quasi stultus et amiserat memoriam ita quod nesciuit terram regere uel custodire ita quod dimisit se de terra sua.

Et Johannes hoc defendit et dicit quod sanus et incolumis reddidit se religioni tempore interdicti[1] in Anglia et in bona memoria et diu uixit postea in habitu religionis[2].

Judicium quod quia pater suus non apposuit clamium et interfuit finibus quod Johannes tenens teneat in pace.

Et quia predictus Henricus concessit quod pater suus interfuit fini facto et nichil ostendit quod fuit demens et extra memoriam et preterea quod reddidit se postea religioni consideratum est quod Johannes et heredes sui teneant in pace quiete de predicto Henrico et heredibus suis in perpetuum et Henricus in misericordia.

717. **Essex.** [3]Gilibertus de Eldeneia[4] attachiatus fuit ad respondendum Felicie custodi Marie de Maudona quare fecit uastum et exilium de domibus ipsius Marie quas habet in custodia eo [104 b.] quod Walterus de Eldeneia pater ipsius | Marie tenuit de eo per seruicium militare ut dicit etc., unde eadem Felicia dicit quod ipse uendidit j. aulam et j. coquinam et j. boueriam et j. horream et preterea ubi terra sua iacet inter dominicum ipsius Giliberti idem Gilibertus ad exhereditacionem ipsius Marie arauit et fregit diuisas terre ipsius Marie et quod ita sit producit sectam.

Placitum de uasto.

Et Gilibertus uenit et defendit uastum et uendicionem domorum et aracionem diuisarum et totum de uerbo in uerbum et ponit se inde in iuratam et Felicia similiter. Et ideo fiat inde iurata et ueniat coram iusticiariis cum in partes illas uenerint primo ad assisas noue disseisine capiendas et ad gaolas etc. ad recognoscendum quod uastum et quam destruccionem idem Gilibertus fecit de domibus[5] terris eiusdem Marie, unde Felicia mater eiusdem Marie dicit quod ipse uendidit iiij. domos etc. et quod arauit et fregit diuisas

[1] 23rd March 1208.

[2] B has not the following judgment which is postscript in A.

[3] A. m. 5; B. m. 4 d.

[4] *Elteneia*, A; *Elteneye*, B.

[5] Supply *et*, A. B.

inter terram predicte Marie et terram ipsius Giliberti etc. et unde idem Gilibertus dicit quod nullum uastum fecit nec diuisas arauit.

718. [1]Robertus de Hasting' attachiatus fuit ad respondendum Thome filio Godefridi quare fecit uastum uel exilium et uendicionem de domibus et boscis Simonis de Sumery qui est infra etatem et in custodia eiusdem Thome ad exhereditacionem ipsius Simonis contra prohibicionem etc., unde idem Thomas queritur quod ipse uendidit duo milia quercus et domos combussit et homines destruxit per quod deterioratus est ad ualenciam xl. marc. et inde producit sectam. Sussex.

Et Robertus uenit et defendit uastum et exilium et totum et quod nichil uendidit nec aliquid cepit de bosco nisi husbote et heybote nec domos combussit nec aliam destruccionem fecit et inde ponit se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod assumptis secum xij. tam militibus quam aliis etc. per quos etc. in propria etc. accedat etc. et per commune [2] sacramentum diligenter inquirat quod uastum et quod exilium etc. et que destruccio uel uendicio facta fuit de boscis domibus et hominibus ipsius Simonis [3] per quem uel per quos uastum illud uel destruccio inde facta fuerit, et inquisicionem illam habeat in crastino S. Martini per iiij. legales homines ex illis per quorum etc. Item de uasto.

719. [4]Abbas de Dorkecestria attachiatus fuit ad respondendum Priori S. Fredewithe[5] quare traxit eundem Priorem in placitum in curia cristianitatis de debitis que non sunt de matrimonio contra prohibicionem etc. unde idem Prior per attornatum suum dicit quod exigit ab eo xlviij. marcas etc. Oxon.

Et Abbas per attornatum suum uenit et defendit quod contra prohibicionem non secutus est placitum, set reuera quidam Abbas predecessor suus exiuit a domo sua eo quod dissipauerat bona domus et uenit apud S. Fridewitham et illuc asportauit de pecunia domus xlviij. marcas et illas petit sicut clericus uersus clericum. Et Prior hoc cognoscit et

Nota quod non habet locum prohibitio si clericus conueniat clericum in foro ecclesiastico de debitis que non sunt de testamento etc. ut si predecessor alicuius Prioris dissipauit bona ecclesie sue et asportauit etc.[6]

[1] A. m. 7; B. m. 5 d.

[2] Corr. *eorum*, A. B. Mistake due to bad writing in A.

[3] Supply *et*, A.

[4] A. m. 7; B. m. 8.

[5] *Frethesuithe*, A. No name, B. Dorchester near Oxford. Monastery of S. Frideswide in Oxford.

[6] See Br. f. 408.

ideo consideratum est quod Abbas procedat inde in curia cristianitatis si uoluerit et habeat breue ad iudices quod procedant non obstante prohibicione etc.[1]

720. Linc. Quo Jure. [2]Willelmus de Baiocis et Adam de Baiocis summoniti fuerunt[3], quo iure exigunt communam pasture in terra Prioris de Sixle in Lesggesby desicut idem Prior nullam commumam habet in terra ipsorum in Lindwde nec seruicium ei faciunt quare etc.

Et Willelmus et Adam per ipsum Willelmum ueniunt et dicunt quod iuste communicant quia priusquam domus de Sixle fundata esset per xl. annos habuerunt antecessores sui communam pasture in terra de Leggesby, et ea racione quod in calida estate et sicca habuerunt homines de Leggesby asiamentum[4] de aqua de Pittes[5] in Lindwide et adhuc habent quando uolunt illud asiamentum, et quod ita sit ponunt se in magnam assisam Dom. Regis et petunt recognicionem fieri utrum ipsi maius ius habeant in pastura illa predicta occasione an idem Prior tenendi pasturam illam sine communam[7] quam ipsi clamare possunt. Et quia Johannes de Baiocis nominatus in breui non uenit set se essoniauit datus est eis dies de audiendo iudicio suo tali die etc. ut tunc si Johannes ita respondeat sicut Willelmus et Adam fiat iudicium simul de omnibus.

Magna assisa[6].

721. Norf. [8]Cecilia que fuit uxor Giliberti de Ringstede per attornatum suum petit uersus Matillidem de Ringstede medietatem lx. acr. terre cum pert. in Sechefordia ut dotem suam etc. unde predictus Gilibertus eam dotauit etc.

Et Matillis uenit et defendit quod non debet inde dotem habere etc., quia Gilibertus filius suus uir ipsius Cecilie die qua eam desponsauit nullam terram tenuit nec ipsam inde dotare potuit quia ipsa Matillis tunc tenuit terram illam ut ius et hereditatem etc. et adhuc tenet ita quod Gilibertus nunquam seisinam habuit inde sicut de feodo et inde ponit se super iuratam.

De dote.

[1] This case is Fitz. *Prohibicion*, 25.
[2] A. m. 7 d; B. m. 6 d.
[3] Sic, A; but supply *ad respondendum Priori de Sixle*, B. Sixhills near Market Rasen.
[4] An easement.
[5] *de Pittes*, A; *ad puteos*, B.
[6] Grand assize in *Quo Jure*, Br. f. 230 b.
[7] Corr. *communa*. A. B.
[8] A. m. 8; B. m. 8 d. This case is Fitz. *Dower*, 190.

Et Cecilia dicit quod dotata fuit inde ita quod concessit ei medietatem tocius terre que ei accideret et ipsa Matillis postea demisit se de terra illa et illam dedit eidem Giliberto ita quod Prior Norwicensis capitalis dominus cepit homagium ipsius Giliberti ad peticionem ipsius Matillidis et inde ponit se super iuratam et Cecilia similiter.

Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo uenire faciat xij. etc. et per eorum etc. diligenter inquirat si idem Gilibertus die etc. uel umquam postea tenuit terram illam in feodo ita quod eam dotare potuit de medietate uel non et si predicta Matillis mater eiusdem Giliberti demisit se de terra illa ita quod Prior Norwicensis ad peticionem | eius cepit homagium ipsius Giliberti uel non, quia tam etc., [105.] et inquisicionem illam habeat tali die per litteras etc. uel coram iusticiariis si prius in partes illas uenerint ad assisas noue disseisine etc.

722. [1] Adam filius Deodati optulit se iiij^{to}. die uersus Karolum Norf. de Gernemue et Aliciam uxorem eius de placito quare secuti sunt placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Willelmi in Hundelby[2] contra etc. et uersus Archidiaconum Bedefordie et Cancellarium Cantebrigie et Precentorem de Beuerlegha[3] de placito quare tenuerunt placitum de eodem etc. Et nullus eorum uenit et uicecomes mandauit quod Karolus et Alicia manent in Lenn' et nichil habent extra Lenn', ubi breue Dom. Regis non admittitur[4], et uicecomes Cantebrigie mandauit quod iudices clerici sunt et non habent laicum feodum, et ideo mandatum est Officialibus Dom. Norwicensis quod distringant Archidiaconum et Cancellarium quod sint tali die etc., et similiter mandatum est Gaufrido[5] Elyensi Electo quod distringat predictum Precentorem etc. et interim remaneat de Karolo et Alicia.

723. [6] Radulfus de Saunderlande queritur quod Henricus le Norf. Suff.

[1] A. m. 8 d; B. m. 7.

[2] *feodo predicti Ade in Lenn.* A. B. Blunder due to the copyist whose eye is caught by another case on the same membrane of A.

[3] Corr. *Bernewella,* A. B. Not Beverley but Barnwell near Cambridge.

[4] I suppose this to mean that in Lynn the mayor has the return of writs, so that the town is outside the sheriff's jurisdiction.

[5] *Gaufrido* struck out in B. Geoffrey de Burgh elected in May, consecrated in June, 1225.

[6] A. m. 8 d; B. m. 7 d.

Clauer Thomas de Sotfordia et alii plures cum eis uenerunt ad domum ipsius Radulfi tali die tali hora tali loco et exultauerunt eum[1] et fregerunt et in roberiam abtulerunt[2] ei tantum scil. tales res tanti precii, et quod hoc fecerunt nequiter et in felonia offert disracionare per corpus suum uersus eundem talem[3] sicut curia considerauerit, set reuera non fuit tunc in domo illa nec uidit roberiam et si hoc non sufficit Serlo quidam seruiens ipsius Radulfi cui commiserat domum suam custodiendam appellat eundem Henricum de eodem et quod abstulit ei in illa roberia tales res talis precii, et qui hoc offert etc.

Exceptio contra appellum. Et Henricus uenit et defendit roberiam et totum et petit sibi allocari quod idem Radulfus cognoscit quod non interfuit nec hoc uidit nec audiuit[4]. Et de Serlone dicit similiter quod ex quo idem Radulfus prius et principaliter eum appellat de principali roberia non uidetur ei quod Serlo habere possit uersus eum appellum. Et eodem modo respondit uersus alios[5] et petit sibi allocari quod nullus eorum unquam eos appellauit in comitatu uel alibi etc. Et infra[6]. Et uerum uult dicere etc.

Et quia hoc cognoscit et non loquitur de uisu uel auditu et preterea nullus appellancium unquam Henr' nunquam prius appellauerunt[7] Consideratum est quod illud appellum nullum et ideo etc.[8]

724. Norf. [9]Robertus de Crec summonitus fuit ad respondendum Bartholomeo de Crec de placito quod permittat eum presentare ydoneam personam ad ecclesiam de Elmigham[10] que uacat et ad suam spectat donacionem etc., et unde idem Bartholomeus ostendit quod debet presentare ad ecclesiam

[1] Corr. *et domum suam assultauerunt*, A. B.

[2] Corr. *in roberia ei abstulerunt*, A. Fuller details in A. B.

[3] *eundem Henricum*, A. B.

[4] The appellor must speak of what he himself has seen or heard. Br. f. 141.

[5] There are two subordinate appellors, who however do not appeal Henry but only Henry's accessories. A. B.

[6] This marks an omission. Henry proceeds to state that Ralph took away Henry's wife, that after living with Ralph she came back to Henry bringing her clothes with her, which is the alleged robbery. A. B.

[7] Corr. *unquam ipsum Henricum appellauerunt*, A. B.

[8] Ralph and his fellows are amerced and make fine with five marks. A. B.

[9] A. m. 10 d; B. m. 7 d.

[10] *Helmingham*, A.

eandem racione cuiusdam conuencionis facte inter eos per quandam cartam quam profert et que testatur quod idem Robertus commisit eidem Bartholomeo et herebibus suis omnes terras cum pert. absque ullo retenemento que ei descendunt[1] uel descendere potuerunt de hereditate Agnetis quondam uxoris sue et matris predicti Bartholomei ad se sustendendam[2] pro tanto et unde idem Bartholomeus aquietauit eundem Robertum uersus Regem et uersus Judeos, et dicit quod hec ecclesia sita est in uilla de Elmigham que ei remansit per predictam conuencionem.

Et Robertus uenit et cognoscit conuencionem illam et nichil potuit dicere quin idem Bartholomeus haberet presentacionem suam et ideo[3] consideratum est etc.[4] |

DE TERMINO S. HYLLARII ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII JOHANNIS XVIJ^MO^.[5] [106.]

725. Hugo de Maydewella attachiatus fuit ad respondendum Johanni de Lascy Comiti Lincolnie et Roberto de Clipstona de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis de aduocacione ecclesie de Clipstona contra etc., unde idem Comes et Robertus per attornatos suos queruntur quod idem Hugo peciit decimas de v. uirg. terre et dim. cum pert. ut pertinentes ad ecclesiam suam de Kailmers[6], et unde dicunt quod ille v. uirg. terre non sunt de baronia illa nec de feodo illo in quo ecclesia illa sita est, nec decime ille pertinent ad ecclesiam illam, et unde deteriorati sunt etc. Norhampt.

Et Hugo uenit et defendit quod numquam inplacitauit eum de aliqua aduocacione nec de aliquibus decimis spectantibus ad ecclesiam de Clipstona, set bene dicit quod peciit uersus personam de Cliptona decimas iiij. uirg. terre ut

Nota de prohibitione, quod si peruentum fuerit ad iudicium ante prohibitionem quod nichil fuerit nisi sententia proferenda et adiudicatione facta de absolutione uel condempnatione, locum ulterius non habebit[7].

[1] *descenderunt*, A. B.

[2] *sustentand'* A; *sustentandum*, B.

[3] Bartholomew recovers his presentation, A. B.

[4] The lowest third of f. 105 and the whole of f. 105 b are left blank. The writing begins again at the top of f. 106.

[5] Copyist No. 3, resumes work.

[6] Kelmarsh.

[7] The meaning seems to be that the probition comes too late if there has been an adjudication though formal sentence has not yet been given.

pertinentes ad ecclesiam suam de Kaylmers ita quod adiudicate fuerunt decime ille causa rei seruande ante prohibicionem, et bene dicit quod numquam post prohibicionem secutus est placitum illud.

726. Midd. Willelmus filius Radulfi et Iuoria uxor eius petunt uersus Radulfum Blacarfot j. acr. terre cum pert. in Westmonasterio ut ius suum etc.

Et Radulfus uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia ipse nichil clamat in eadem terra nisi nomine dotis cum Alicia uxore sua que non nominatur in breui, et desicut non nominatur in breui petit iudicium si debeat sine ipsa respondere. Et ideo consideratum est quod Radulfus inde sine die et Willelmus et Iuoria perquirant sibi per aliud breue si uoluerint.

727. Essex. Dauid filius Dauid de Flitwyc summonitus fuit ad respondendum Roberto filio Simonis de Roinges de placito quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento quod de eo tenet in Herlawe, et unde queritur quod cum idem Dauid debeat per ann. ij. sol. de annuo redditu ei aretro est redditus de termino duorum annorum, et preterea cum ei debeat forinsecum seruicium quantum pertinet ad medietatem feodi j. militis ei aretro sunt de scutagio Pictauie medietas xl. sol. et similiter medietas xl. sol. de scutagio Britannie[1], et preterea petit quod faciat sectam ad curiam suam de Roynges[2] unde deterioratus est etc.

Et Dauid uenit et bene cognoscit quod debet ei pro quadam terra quam de eo tenet in Herlawe ij. sol. per ann., et dicit[3] quia predictus Robertus ipsum inplacitauit in curia Dom. Regis aput Westmonasterium et peciit terram illam tenendam in dominico ideo non reddidit ei predictum redditum donec discussum fuit quod non potuit petere nisi tantum redditum ij. sol., et postea reddidit predictum redditum, ita quod non sunt ei aretro nisi xij. den. quos libenter ei reddet. Et de scutagiis dicit quod numquam fecit ei forinsecum

[1] Scutages of 1230-1, each of three marks on the knight's fee. Stubbs, Hist. vol. 2. p. 44.

[2] Roding.

[3] Supply *quod*.

seruicium nec sectam ad curiam suam set ipse et antecessores sui semper fecerunt seruicium illud et sectam illam Mariarie de Ripariis nec ipse nec antecessores sui umquam attornati fuerunt ad faciendum predicto Roberto aliquod forinsecum seruicium. Et ideo summoneatur Margeria quod[1] a die Pasch. in j. mensem ad cognoscendum si quid iuris clamat in forinseco seruicio predicti Dauid de tenemento quod[2] de predicto Roberto in Herlawe etc. Idem dies datus est partibus etc.

Ad diem illum uenit Margeria et cognoscit quod seisita est de seruicio illo et antecessores sui semper fuerunt in seisina. Et Robertus dicit quod ipse est medius inter ipsam Margeriam et predictum Dauid et quod ipse aliquando finem fecit cum predicta Margeria per iiij. marc. quod ipsa cepit[3] homagium suum, et inde ponit se super probos homines et super predictam Margeriam. Et dictum est attornato quod dicat ipsi Margerie quod ueniat in propria persona a die S. Martini in xv. dies etc. et idem dies datus est partibus.

728. [4]Jurata de consensu parcium uenit recognitura si Bartholomeus de la Huse anno et die quo Rex Johannes dedit Abbati de Bello Loco manerium de Farenduna fecit sectam ad hundredum de Farenduna quando latro ibi esset iudicandus et quando breue Dom. Regis ibi esset placitandum et pro forciamento curie, et si idem Bartholomeus semper postmodum fecit sectam illam usque ad tres annos proximo preteritos, que dicit quod idem Bartholomeus numquam nec anno et die quo Rex Johannes dedit eidem Abbati manerium illud fecit sectam illam nec unquam postea nisi tali modo quod si forte ei uel hominibus suis et tenentibus suis iniuria facta esset de hominibus ipsius Abbatis uel balliuis suis ipse prosecutus fuit ut iusticiam haberet de iniuria sibi uel hominibus suis illata et non aliter. Et ideo consideratum est quod Bartholomeus quietus sit de secta illa, et Abbas in misericordia. Berk.

Et sciendum quod Lambertus quidam[5] qui se posuit in eadem iurata uersus predictum Abbatem de consimili secta

[1] Supply *sit*.
[2] Supply *tenet*.
[3] Sic.
[4] For the pleadings see Case 655.
[5] See above Case 655.

se essoniauit ad diem istum, et habet diem per essoniatorem suum. Et Abbas per attornatum suum cognoscit quod ipse Lambertus tenet de ipso Bartholomeo, et ideo ad diem suum procedatur ad iudicium uersus eum[1] eo quod iuratores acquietant totum tenementum ipsius Bartholomei de secta illa. |

[106 b.] 729. Buck. Assisa uenit recognitura si Johannes de Bereuilla pater Ele uxoris Johannis le Butyllere et Matillidis uxoris Roberti de Hellebeck fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de j. uirg. terre cum pert. in Middletona die etc., et si etc., quam terram Ricardus de W*em*ge et Eua uxor eius tenent, qui ueniunt et uocant ad warantum Adam de Bereuilla et qui eis warentizat et nichil dicit quare assisa remaneat, nisi quod dicit quod Johannes non obiit inde seisitus quia quedam mulier illam tunc tenuit in dotem. Dicit eciam quod in itinere aliorum iusticiariorum finis factus fuit de eadem terra simul cum quadam altera terra per quem finem quietum clamauit totum ius[2] suum. Et Johannes et Ela et alii dicunt quod de terra illa numquam finis factus fuit et inde ponunt se super iuratam, et quod idem Johannes non obiit inde seisitus.

Juratores dicunt quod quedam Ascelina nouerca ipsius Johannis tenuit illam uirg. terre in dotem anno et die quo idem Johannes fuit uiuus et mortuus ita quod non obiit inde seisitus. Et ideo consideratum est quod Ada inde sine die, et Johannes et Robertus in misericordia.

730. Norhamt. Eudo de Kalethorpe optulit se iiij. die uersus Aliciam que fuit uxor Philippi de placito manerii de Thoresby quod ipsa clamauit in dotem uersus eum. Et Alicia non uenit, et alias aput Lincolniam respondit ei idem Eudo quod noluit ei respondere sine waranto suo de dote sua et dixit quod fuit Normannus et non fuit ad fidem Dom. Regis etc. Et quia idem warantus non est ad pacem Dom. Regis nec ad fidem, ideo consideratum est quod ei non respondeatur, et ideo Eudo sine die etc. donec idem warantus ueniat ad pacem Dom. Regis, et donec Dom. Rex aliud preceperit[3].

[1] Against the Abbot.

[2] *ius* interlined by annotator.

[3] Bracton, f. 298, cites this case. The widow will not get her dower *donec terrae fuerint communes*, i.e. until we get back Normandy.

731. Herbertus de Alencun summonitus fuit ad respondendum Jollano de Baalun senescallo Comitis Britannie[1] de placito quod reddat ei Warinum filium et heredem Warini de Bassingburnia cuius custodia ad ipsum pertinet racione doni Comitis Britannie de quo Comite idem Warinus tenuit terram suam per seruicium militare etc. Suffolk.

Et Herbertus uenit et dicit quod non habet custodiam predicti Warini, nec aliquid clamat in custodia nec ipsum habet nec scit ubi ipse est, nec unquam custodiam ipsius Warini habuit[2].

Et Jollanus dicit quod idem Herbertus habuit ipsum Warinum in morte patris sui et postea per multum tempus. Et Herbertus hoc totum defendit. Et ideo uadiet legem se xij. manu et ueniat cum lege a die Pasch. in v. septimanas. Plegii de lege Sewale de Neutona et Robertus de Stokesby[3].

732. Thomas de Baskeruilla petit uersus Walterum de Pauilly lxxj. marcas et dim. quas ei debet per quandam conuencionem inter eos factam de uilla de Meautona et de quibusdam aliis rebus[4] de centum marcis quas ei debuit per predictam conuencionem, et unde predicti denarii adhuc ei aretro sunt, et unde dicit quod per detencionem illam deterioratus est etc., et quod denarios illos ei debuit profert quoddam scriptum quod hoc testatur. Wilton.

Et Walterus per attornatum suum uenit et cognoscit quod aliquando debuit ei centum marcas per predictam conuencionem, set postea conuenit inter eos *aliter* quod posuerunt se in arbitros, ita quod facto arbitrio soluti fuerunt denarii illi sicut compertum fuit, usque ad xxviij. marcas, et remissi[5], et inde profert scriptum ipsius Thome quod testatur quod dare debuit predictas xxviij. marcas ad terminos inter eos statutos et quod Thomas de Baskeruilla debuit reddere et restituere filium suum Rogerum in custodiam dicti Walteri et per consilium suum operari. Et quia cognoscit debitum

[1] Peter Mauclerc.

[2] *habuit* by annotator.

[3] The collector is looking for cases in which wager of law is still permissible.

[4] The copyist is abridging this entry.

[5] Probably some words are lost. Seemingly Walter was to pay 28 marks and the residue of the debt was remitted. Walter's defence is in the main successful. He only has to pay 28 marks.

et compertum quod soluisse debuit xxj. marcas et non reddidit et unde termini preteriti sunt, preceptum est uicecomiti quod de terris et catallis ipsius W. faciat xxj. marcas et illas sine dilacione in comitatu reddat ipsi Thome, et si opus fuerit distringat ipsum Walterum ad reddendum v. marcas ad Pasch. proximo sequens et duas marcas ad Natiuit. S. Joh. Bapt. proximo sequens etc.[1]

733. Linc. Johannes Gubant per attornatum suum petit uersus Johannem filium Willelmi xj. acr. terre cum pert. in Wainfleit et in Freskeneye ut ius suum et in quas non habet ingressum nisi per Edelinam que fuit uxor Cristiani de Wainflet que terram illam tenuit in dotem de hereditate Willelmi filii Cristiani de cuius dono idem Johannes Gubant tenuit duas partes illius hereditatis et seruicium predictarum xj. acr. et que eidem Johanni Gubant reuerti deberet post mortem predicte Edeline occasione predicti doni etc.[2]

734. Buck. [3]Assisa uenit recognitura si Rogerus de Estwyc pater Rogeri fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et[4] de duabus acr. terre cum pert. in Merstona etc. die etc., et si etc., quam terram Johannes de Wernay et Robertus de Mapeldureham et Amabilis uxor eius tenent, qui uenerunt coram iusticiariis itinerantibus, et Robertus et Amabilis de parte que eos contingit uocauerunt ibidem ad warantum predictum Johannem de Vernay qui presens fuit et warentizauit et uocauit de toto ad warantum Thomam filium Galfridi, qui nunc uenit per summonicionem et dicit quod warentizare non debet, quia Alicia de Belewe auia sua per [107.] quam | terra illa ei descendit et cuius heres ipse est non fuit seisita de seruicio ipsius Johannis anno et die quo obiit, et dicit quod idem Johannes tempore predicte Alicie recessit de seruicio suo et fecit seruicium suum Comiti Ricardo[5] et sine aliqua coactione propria uoluntate. Et Johannes dicit quod hoc fuit per districcionem, set quisitus si post districcionem sibi perquisisset, dicit quod non. Et ideo consideratum est

[1] 21+5+2=28.

[2] See Br. f. 323 b. § 11. for a writ of entry of this kind. It is a rather elaborate specimen.

[3] This very clearly is Fitz. *Voucher*. 277 for which he cites Trin. A. R. 9.

[4] Omit *et* or suppose words missing.

[5] Earl of Cornwall, the king's brother.

quod Thomas quietus de warantia et Johannes in misericordia. Et assisa procedat a die etc., et ideo uicecomes habeat corpora omnium etc.[1]

735. Hugo de Baldresby petit uersus Picatum de Neutona duas caruc. terre cum pert. in Neutona ut ius suum etc. ita quod Picatus primo se essoniauit de malo ueniendi et postea de malo lecti, ita quod adiudicatus fuit ei languor, et datus fuit ei dies aput Thurrim Londonie a die uisus sui in unum annum et unum diem, qui dies fuit die Sabbati proxima ante Natiuit. S. Joh. Bapt. anno regni xvj°., ad quem diem uenit aput Thurrim Londonie, et[2] constabularius testatur, et ibi datus fuit ei dies ad primum aduentum iusticiariorum ad bancum, ad quem aduentum se essoniauit de malo ueniendi, set essonium non fuit ei allocatum, quia datus fuit dies ei in eodem statu in quo ei datus fuit aput Thurrim, ita quod terra capta fuit in manum domini[4] per defaltam suam, et ipse summonitus fuit ad hunc diem quod esset auditurus iudicium suum, ad quem diem uenit et non potest sanare defaltam, et ideo consideratum est quod Hugo recuperauit seisinam suam uersus eum per defaltam, et Picatus in misericordia. Ebor.

Nota de essonio de malo lecti quod non iacet essonium de malo ueniendi ad bancum postquam dies ei datus fuerit ad bancum per Constabularium Turris, quia idem dies *qui* primus donec comparuerit[3].

736. [5]Maria que fuit uxor Unfridi filii Unfridi petit uersus Johannem Deuon' quem Stephanus de Cloptona uocat ad warantum et qui ei warentizat v. acr. terre cum pert. in Croptona cum pert. in Estehattona ut ius et maritagium et in que non habet ingressum nisi per predictum Johannem Deuon' cui predictus Unfridus quondam uir suus illa dimisit cui ipsa etc. Cauntebr.

Et Johannes uenit et uocat inde ad warantum Gilebertum filium et heredem predicti Unfridi qui est infra etatem et in custodia ipsius Marie. Et ipsa manucapit habendi eum aput Weston'[6] a die etc. Idem dies datus est Johanni.

737. Preceptum fuit uicecomiti quod coram[7] uenire faceret Sallop.

[1] See Br. f. 882.

[2] Corr. *ut* (?)

[3] Br. f. 860 b. The tenant has had his two essoins and he can have no more until he has appeared in Court. His appearance at the Tower does not count as an appearance in Court or give him a new chance of essoining himself.

[4] Supply *Regis*.

[5] This case is Fitz. *Voucher*, 278.

[6] Probably Westminster.

[7] Supply *eo*.

xij. et per eorum sacramentum etc. si Willelmus Bonastre quondam uir Emme die quo eandem Emmam desponsauit dotauit eam per assensum Leticie matris sue de duabus uirg. terre cum pert. in Shottona, uel non. Et uicecomes misit inquisicionem que talis est quod idem Willelmus non potuit eam inde dotare nec predicta Leticia ad hoc prebuit assensum. Et ideo consideratum est quod predictus Willelmus uersus quem ipsa Emma peciit terram illam in dotem inde sine die, et Emma pauper.

Nota de dote constituta per assensum matris que non consensit[1].

738. Essex. Lucia que fuit uxor Thome de Arderne petit uersus Adam de Sancta Elena terciam partem xl. acr. terre et xij. acr. prati cum pert. in Lertona ut dotem suam, unde etc., ita quod Ada uocauit ad warantum Radulfum de Arderne, et habuit breue Dom. Regis de summonendo eum ad hunc diem, et ipse dixit quod non fuit summonitus nisi per duos dies ante diem contentum in breui, et uicecomes hoc idem mandauit, et petit racionabilem summonicionem. Et ideo datus est ei dies a die etc. ut predictus Ada tunc habeat tale recuperare quale habere debeat. Et Lucia petit iudicium desicut idem Ada habuit auxilium curie et non est prosecutus uersus warantum suum, et quia Ada nichil ostendit quare fuit inpeditus nec quod warantus suus racionabiliter summonitus fuit, Consideratum est quod Lucia recuperat seisinam suam uersus eum et Ada in misericordia, et habeat tale recuperare quale habere debebit. Postea a die etc. aput Westmonasterium concordati sunt Radulfus et Ada de warantia, et est concordia talis, scil. quod predictus Ada remittat ei warantiam etc. et predictus Radulfus dabit singulis annis tota uita ipsius Lucie xvj. sol. pro escambio illius terre et prati, et post mortem ipsius Lucie reuertetur illa terra et pratum ad ipsum Adam et heredes suos quiete de ipso Radulfo et heredibus suis etc., et Radulfus et heredes sui tunc quieti erunt inperpetuum de redditu predictorum xvj. sol.

Nota de die summonitionis calumpniato pro non legittimo et ita quod alius dies ei datus fuit legittimus[2].

[1] Bracton, f. 305 b, cites from *Mich.* A. R. 17, what must be this case; merely to show that there may be dower *ex assensu matris*. It seems also to be Fitz. *Dower*, 191 (Trin. A. R. 9).

[2] See Br. f. 384. Ralph was entitled to fifteen days.

739. [1]Johannes de Cestria summonitus fuit ad respondendum Waltero de la Sauceye quare fecit uastum et exilium de terris et domibus quas habet in custodia de heredibus Simonis filii Roberti in Ouertona ad exhereditacionem ipsius contra prohibicionem, et unde idem Walterus queritur quod idem Johannes scindi fecit et asportari xx. fraxinos et entas[2] eradicauit et asportauit et preterea permittit decidere domos desicut satis habet unde possint sustentari, et unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam centum sol., et inde producit sectam etc. Leyc. Nota de uasto facto.

Et Johannes uenit et defendit uastum et exilium et quod nullum fecit etc. Et ideo preceptum est uicecomiti quod assumptis secum xij. etc. per quos etc. et per eorum sacramenta diligenter inquirat quod uastum et quod exilium idem Johannes fecit etc. et unde idem Walterus dicit etc. et inquisicionem uenire faciat a die etc. |

740. Alpesia que fuit uxor Willelmi filii Theobaldi petit uersus Abbatem de Leistuna terciam partem xxj. acr. terre cum pert. in Leistuna, et uersus Priorem de Buttelegha terciam partem vij. acr. terre et j. rode terre cum pert. in eadem uilla, et uersus Willelmum Henepeneberd' terciam partem[3] j. acr. etc. [in dotem unde etc. et unde uoc' fuit ad warantum etc.[4]] [107 b.] Suff.

Et Abbas et Prior ueniunt et uocant inde ad warantum predictum Theobaldum qui presens est et eis warentizat et dicit quod habet dotem unde fuit nominatim dotata, scil. totam terram quam predictus Willelmus uir suus habuit in Thibertoft[6] et dicit quod inde tenuit se contentum[7], et inde producit sectam, set producit tales uersus quos ipsa dotem petit, set minus sufficientes quia ipsi sunt in eadem causa. Nota quod producti sunt ad sectam illi qui sunt in eadem causa petitionis dotis[5].

Et Alpesia dicit quod non[8] inde nominatim dotata, set dicit quod fuit dotata de tercia parte omnium terrarum et tenementorum que fuerunt predicti Willelmi uiri sui die quo eam desponsauit et dicit quod nichil habet nomine dotis[9]

[1] This case is Fitz. *Waste*, 136, cited from Trin. A. B. 9.
[2] See Ducange s. v. *entus*, *entare*. The word here seems to mean the stumps of the trees.
[3] *partem* repeated.
[4] Words in [ ] added by annotator. Qu. who is vouchee.
[5] A suit of co-defendants will not suffice.
[6] Theberton near Leiston Abbey.
[7] Corr. *contentam*.
[8] Supply *fuit*.
[9] Supply *set*.

Respondit quod nichil habuit nomine dotis set quandam terram que ei assignata fuit ad se sustentandam dum uir suus esset in terra sancta.

quedam terra ei fuit assignata ad se sustentandam quamdiu uir suus esset in terra sancta. set quam cito audiuit de morte uiri sui ipsa se dimisit de terra illa et bene defendit quod nichil tenet nomine dotis et quod dotata fuit de tercia parte secundum quod predictum est producit sectam.

Et quia ipsa sectam producit sufficientem quod ita dotata fuit et ipse minus sufficientem quod aliter dotata fuit, Consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam uersus eum tam de terra quam ipse tenet quam war'[1] et Theobaldus in misericordia.

741. Linc.

Et Episcopus uenit et defendit iniuriam et iniustam capcionem, et in primis dicit quod nullam summonicionem habet, quia reuera talem habet libertatem quod nullus uicecomes nec balliuus uicecomitis nec alicuius alterius intrare debet in manerium suum de Hornecastr' ad summonicionem faciendam, nec per tales summoneri debet. Et salua libertate sua et sicut prius defendit uim et iniuriam et iniustam capcionem et detencionem contra uadium et plegium et contra legem terre et totum de uerbo ad uerbum sicut idem Abbas uersus eum narrat et de toto eo quod ei inponit.

De Episcopo Karl' et Abbate de Kirkestede. Et Episcopus per considerationem Curie Regis uad' legem in propria persona et non per manum attornati sui[2].

Et Episcopus quesitus si aliquid aliud petat in mora illa quam idem Radulfus habuit die quo concordia facta fuit, dicit quod non, set dicit quod quidam de suis habent et habuerunt ibidem postmodum perquisita, set nichil clamat nisi id quod Radulfus post finem[3].

Postea coram Dom. Rege et consilio suo et coram Episcopis consideratum est quod Episcopus uadiet legem se xij. manu et ueniat[4] cum lege a die etc. pleg' de lege Ricardus etc. Et preceptum est uicecomiti quod pacem habere faciat interim ipsi Abbati ita quod habeat moram illam in eo statu in quo illam habuit die quo concordia facta fuit.

742. Wiltone.

Magister Ricardus de Werministre attachiatus fuit ad respondendum Ricardo filio Aucheri quare non reddit ei Johannem filium Emeline de Willefordia custodia cuius ad

[1] Corr. *quam de terra quam warentizauit.*

[2] See below MS. f. 111 b, where further proceedings will be found. Even a bishop must wage his law in person.

[3] *post finem* repeated. Supply *habuit.*

[4] *et ueniat* repeated.

eum pertinet eo quod predicta Emelina mater ipsius Johannis cuius heres ipse est de eo tenuit per seruicium militare etc. et unde dicit quod ipsa tenuit de eo unam hydam terre in eadem uilla per seruicium dimidii militis.

Et Magister Ricardus uenit et defendit quod non habet custodiam illius nec unquam habuit, nec ipsum Johannem uidit per unum mensem ante mortem[1] nec per ipsum elongatus est nec habet potestatem ipsum reddendi.

Et Ricardus dicit quod ipsum habet et habet potestatem reddendi eum et inde producit sectam. Et Magister Ricardus uadiat legem se xij. manu, et ueniat cum lege in Oct. etc. plegius de lege Robertus le Bel.

743. Dom. Rex cepit in manum suam manerium de Boutona quod fuit Roberti de Hucham quia idem Robertus tenuit de eo quandam paruam terram in Waueringe[2] de qua terra debuit seruicium, scil. debuit inuenire quando Dom. Rex iret in exercitum in Walliam unum equum precii v. sol. et unum saccum et unam brochiam[4] per xl. dies et si equus moreretur quod Dom. Rex ei daret alium, et unde Dom. Rex dicebat quod custodia ad ipsum pertinebat occasione predicte seriantie[5]. Kent.

Nota quod Dom. Rex non habebit custodiam alicuius pro parua seriantia, set dominus suus de quo tenuit manerium illud[3].

Postea coram Dom. Rege et de consilio[6] suo consideratum est quod de terra illa racione illius parue terre non pertinet custodia ad ipsum Dom. Regem set ad Warinum de Monte Canisio de quo idem Robertus tenuit manerium illud de Boutona, et Dom. Rex reddit ei custodiam illam etc., et Warinus dat Dom. Regi sponte v. marcas pro festinando iudicio suo etc.

744. Et Seffridus uenit et cognoscit finem et totum, set dicit Sussex.

[1] Supply *predicte Emeline* (?)

[2] Havering (?)

[3] Bracton, f. 87 b, cites this case and (as the printed book runs) says, though not without self-contradiction, that every serjeanty grand or petty due to the king, gives the king wardship of all the tenant's lands. But this is flatly contrary to Magna Carta. See Art. 37, in the Charter of 1215, which is repeated in subsequent Charters. And in this case the king does not get wardship, though there seems something of royal grace in the waiver of the claim. Cf. Bracton f. 35 b, and doubt whether we have what he really wrote. Fitzherbert gives this case (*Garde*, 145) as from Trin. A. R. 9. It may also be Fitz. *Prerogative*, 25.

[4] A sack and (perhaps) a buckle, brooch.

[5] *terre* changed into *seriantie* by annotator.

[6] This may stand for *council* or *counsel*.

quod post finem illum et post concordiam factam conuenit ita inter eos quod ipsa remisit et quietum clamauit eum de omnibus conuencionibus inter eos factis tam per cyrographum illud quam per alia scripta, et inde profert cartam ipsius Lorette que hoc testatur, quam ipsa contradicere non potest quia ipsa probata est sufficienter per collacionem aliarum cartarum quas ipsa contradicere non potest, et ideo consideratum est quod Suffridus inde quietus et Loretta in misericordia. pauper est.

745. Suff. [108.] Johannes de Stuteuilla optulit se iiij^{to}. die uersus Agnetem Priorissam de Campeseia que se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito | terre in com. Cauntebr. Et Priorissa non uenit etc. nec milites qui fecerunt uisum de ea. Et ideo uicecomes habeat corpora eorum in Oct. etc.

746. Essex. Nota quod essonium de malo lecti uersus unum excusat essoniatum uersus eundem de alio placito usque

Idem Johannes optulit se iiij^{to}. die uersus eandem Priorissam de placito feodi dim. militis cum pert. in Dedenham quod ipsa clamat ut ius suum uersus eum per breue de recto. Et ipsa non uenit, set essoniata fuit uersus eum de malo lecti de alio placito. Et ideo iudicium ponitur in respectum usque ad Oct. etc.

747. Linc. ad alium diem communem[1].

Radulfus Painel summonitus fuit ad respondendum Hugoni Painel de placito quare non facit ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento quod idem Radulfus tenere debet de predicto Hugone in Bergtona et Keystorpe ut idem Hugo dicit, et quod tenementum predictus Radulfus clamat tenere de Andrea Luterel ut dicit etc., et unde petit ab eo seruicia feodi j. militis in predictis et[2] uillis, et unde dicit quod est in seisina de scutagiis et quod Radulfus ei fecit scutagium tempore ipsius Andree et tempore Fretesante matris ipsius Andree et quod ei fecit scutagium ultimum de Britania, set cognoscit quod non cepit homagium ipsius Radulfi.

Et Radulfus uenit et defendit quod nullum seruicium ei debet de predicto tenemento nec aliquod tenementum de eo tenet nec tenere clamat, et dicit quod tenere debet de ipso

[1] See last case. Br. f. 346 cites a case to this effect from Mich. A. R. 15—16, which I have not found. It is not this case.

[2] Omit *et*.

Andrea quia ipse et antecessores sui fuerunt feoffati de antecessoribus ipsius Andree, et petit sibi allocari quod idem[1] Hugo cognoscit quod non est seisitus de homagio illius Radulfi, et quod non cepit homagium suum, nec quod aliquid clamat in homagio, et petit iudicium si debeat ei respondere de seruicio illo sine homagio, et bene dicit quod si idem Hugo aliquod seruicium uel scutagium inde habuit uel recepit hoc fuit dum Andreas warantus suus fuit infra etatem et in custodia. Et quia nescitur utrum predictus Hugo habet terram illam de Drax ad quam seruicium illud pertinet in feodo uel de ballio datus est eis a die etc. et Hugo tunc[3] cartas suas et Andreas summoneatur quod tunc sit ibi ad ostendendum si aliquid clamat in homagio ipsius Radulfi uel in dicto feodo etc.

Nota quod homagium capitur dum quis fuerit infra etatem et captum dat exceptionem aliquando[2].

748. Alicia que fuit uxor Johannis le Ailer petit uersus Ricardum Roing' et Quenildam uxorem eius terciam partem xv. acr. terre cum pert. in Stibbehese ut dotem suam etc. **Midd.**

Et Ricardus et Quenilda per attornatum suum ueniunt et uocant inde ad warantum Isabellam filiam et heredem predicti Johannis que est infra etatem et in custodia ipsius Alicie per cartam ipsius Johannis quam profert[5] et que testatur quod uendidit eis terram illam[6] simul cum alia terra et que testatur quod ipse et heredes sui war' etc. et si warantizare non possent quod facerent eis plenarium escam-

Nota optimum de Alicia la Ayllere et Ricardo Reinger[4].

Nota optimum de Ricardo Reing' aliquando Maiore Lond' et Alicia la Aillere de quadam domo in Lond' que specialiter erat obligata ad warantizandam quandam aliam terram ad quemcunque postmodum deueniret.

Et ex hoc uidetur quod sicut res quas donator siue uenditor habuit die uenditionis expresse obligari possint item tacite de iure et *certa* ratione obligantur, quia non ualet war' nisi habeat unde possit warantiam facere et escambium[7].

[1] *idem* repeated.

[2] Semble if Hugh had taken Ralph's homage even while Andrew was under age, Hugh might have excepted against Ralph's denial of the tenure, for Ralph would be estopped. This seems the meaning.

[3] Supply *habeat* or *producat.*

[4] Note on the inside margin where the annotator has drawn a helmeted head. The other note is on the outside margin.

[5] Sic; the tenants produce a deed of the demandant's husband.

[6] *illam* interl. by annotator.

[7] Richard Renger was mayor of London 1223—6. Observe that the annotator knew this. He was much interested in this case and has made notes at several different times. A vendor of land makes an express warranty which "runs with" other lands so as to bind them in the hands of a purchaser. The annotator seems to argue that the tacit warranty implied in a feoffment must similarly bind all lands that the vendor has, for (says he) a warranty is no good if there is no property bound by it. Bracton, f. 382, cites this case and argues in just this manner and lays down as law that the tacit warranty binds all lands of the warrantor, quia non valet obligatio personae nisi habeat si opus fuerit unde possit escambium facere. A striking coincidence. Bracton cites from Pasch. A. R. 16, but clearly his case is this. As to the binding of land by warranty see Holmes *Common Law*, p. 395. This case is Fitz. *Recovere en value*, 25.

bium de quodam mesuagio ipsius Johannis quod tunc habuit in Londonia et cum omnibus pert. suis quatenus sufficere posset cum omnibus pert. suis et quod ad quemcumque mesuagium illud cum pert. deueniret quod teneretur eisdem Ricardo et Quenilde et heredibus eorum uel assignatis ad plenam et sufficientem warantizationem.

Et Alicia producit predictam Isabellam que non est nisi iiij. annorum, et dicit quod ipsa nichil habet in mundo unde possit warantizare, et petit iudicium si debeat esse propter hoc sine dote.

Postea de consilio curie prouisum est quod Ricardus Cappellanus qui mesuagium illud tenet summoneatur quod sit a die etc. ad respondendum eidem Ricardo quo waranto et per quem habet ingressum in mesuagium illud postquam obligatum fuit eidem Ricardo ad warantiam habendam, et ad respondendum de warantia. Et consideratum est quod Alicia recuperauit seisinam suam nomine dotis.

749. Ebor. Robertus de Sproxtona summonitus fuit ad warantizandum Abbati de Riauallibus xlij. acr. terre et pasturam ad xxx. uaccas cum uno tauro et xlviij. boues et xl. oues cum pert. in Sproxtona que tenet et de eo tenere clamat, et unde cartam Simonis de Sproxtona auunculi sui cuius heres ipse est habet etc., et unde queritur quod cum pasturam illam habere debeat per cartam illam et cum idem Robertus non possit aliena aueria in pasturam illam recolligere, scil. hominum alterius religionis[1] propter quod communam suam habere non potest. Item dicit quod cum pasturam illam habere debeat per totam terram ipsius Roberti ubique idem Robertus non permittit eum communam habere in bosco suo qui uocatur Oscekou nec hussbote nec haybote propter quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam centum sol. et inde producit sectam.

Et Robertus uenit et cognoscit cartam et ei warentizat secundum quod in carta continetur scil. pasturam ad xxx. uaccas cum uno tauro et ad xlviij. boues et ad quadraginta

[1] Some words must be wanting. The Abbot of Rievaulx must charge Robert with having attracted and collected the beasts of some other monastery.

oues et eciam predictam terram, set de hoc quod dicit quod attrahit et recolligit aueria aliorum hominum alterius religionis dicit quod nullum attrahit nec recolligit et penitet eum quod aliqua recollecta sunt ibi, et dicit quod non sunt per eum recollecta, set per quandam Agnetem de Norham que terram liberam tenet in eadem uilla, et de hoc quod dicit quod[1] communam in predicto bosco dicit idem Robertus quod nullam ibi habere debet nec unquam habuit per cartam illam et inde ponit se super patriam. Et quia Abbas per attornatum suum cognoscit quod aueria hominum religiosorum non sunt recollecta per ipsum Robertum immo per ipsam Agnetem, Consideratum est quod Robertus inde quietus et Abbas in misericordia. |

Et Abbas per attornatum suum dicit quod ibi communam habere debet et petit iudicium desicut ubique illam habere debet et boscus ille in carta non excipitur, et dicit quod fuit in seisina de pastura in eodem bosco et de estouerio ad husbote et haybote. [108 b.]

750. Gilebertus Basset[2] summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo waranto se tenet in manerio de Uphauene quod Dom. J. Rex pater Dom. Regis dedit Petro de Malo Lacu sicut per testimonium fidedignorum audiuit. Wilton.

Et Gilebertus uenit et dicit quod post guerram motam inter J. Regem patrem Dom. Regis et barones placuit Dom. Regi qui nunc est et consilio suo facere inquisicionem de excaetis suis in terra sua, et datum fuit ei intelligi quod manerium de Huphauene debuit esse escaeta sua de terris Normannorum, per quod fecit summoneri Petrum de Malo Lacu qui tunc tenuit manerium illud ad respondendum quo waranto tenuit manerium illud, qui per summonicionem uenit coram Dom. Rege et cognouit quod tenuit manerium illud ex ballio Dom. J. Regis patris sui ad uoluntatem suam, et illud reddidit Dom. Regi ad faciendam inde uoluntatem

[1] Supply *debet habere*.

[2] A case of some importance in English history. The king who had dismissed Hubert de Burgh, and was under the influence of Des Roches and other foreigners, took the manor of Upavon from Gilbert Basset. This led to open hostilities. The insurgent barons delivered Hubert from prison and ravaged the lands of Segrave the justiciar. Ultimately the king gave way, and dismissed Segrave and the aliens. For the sequel see below MS. f. 127.

suam ut audiuit dici, et Dom. Rex idem manerium tradidit eidem Gileberto tenendum de ballio suo[1], et postmodum quia idem Gilebertus fuit de familia sua dedit idem Rex ei manerium illud tenendum de Dom. Rege et heredibus suis per cartam suam quam profert et que hoc testatur quod ipse Rex dedit eidem Gileberto et carta sua confirmauit totam terram cum pert. que fuit Radulfi Camerarii de Taunkaruilla[2] in Huppehauene et quam idem Gilebertus prius habuit de ballio ipsius Regis habendam etc. de ipso Rege et heredibus suis cum omnibus pert. suis[3] predictus Radulfus illam tenuit in manu sua donec eam reddiderit heredibus predicti Radulfi per uoluntatem suam uel per pacem[4]. Teste Rege aput Westmonasterium xxv°. die Jan. anno regni[5].

Et Gilebertus acquietauit Regi feodum suum quod ei debuit fere de duobus annis[6].

Et Petrus presens est et dicit quod numquam inde summonitus fuit nec illud gratis reddidit nec Regi nec alii, immo per timorem et minas ei illatas ab H. de Burgo tunc[7] Justiciario Anglie et suis qui illi minati fuerunt quod nisi illud redderet illum in tali loco poneret quod non uideret manus nec pedes, unde dicit quod iniuste et sine iudicio disseisitus est, et petit talem seisinam qualem prius habuit, et bene dicit quod Dom. J. Rex illud ei dedit pro homagio suo et Dom. Rex qui nunc est inde cepit homagium suum.

Et Gilebertus petit sibi allocari quod idem Petrus cognouit quod reddidit manerium illud et petit ut Dom. Rex warentizet ei cartam illam et donum suum quia non constat ei nec ad eum pertinet de ui uel minis ei illatis[8] quia tantum

[1] In 1228. Basset is to hold the manor during the king's pleasure. Rot. Cl. 12 Hen. 3. m. 10 (unprinted). The date of the subsequent grant I have not discovered.

[2] Who being a Norman forfeited his land in John's reign. Rot. Cl. vol. 1, pp. 4, 5, 9 b, 11. Upavon was entrusted to Peter de Maulay 13 Oct. 1204.

[3] Supply *sicut* or the like.

[4] Until the king shall restore it to Ralph of Tankerville's heirs because peace has been made with France or for some other reason.

[5] No year mentioned.

[6] This clause must be part of Basset's plea and seems to mean this:—Basset had been in receipt of a salary (*feodum*, fee) of £20 from the Exchequer. In consideration of the above grant he released the king for two years. The payments of the stipend can be traced in Rot. Cl.

[7] But now disgraced and a prisoner.

[8] Supply *respondere*.

Domino Regi resp' et mit'[1] carte sue et seis' quam habet per eandem.

Et Petrus requisitus de ui et minis ei illatis et qualem probacionem inde habuerit, dicit sicut prius quod mine ei fuerunt illate et inde producit sectam et que hoc testatur et maiorem sectam habebit inde ad alium diem si opus fuerit et petit sibi allocari quod Gilebertus non ostendit quod ipse Petrus nunquam inde summonitus fuisset[2].

Et Gilebertus dicit quod non pertinet ad eum quia non tenetur ei respondere nisi tantum Dom. Regi et petit ut Dom. Rex cartam suam ei warentizet.

751. Ricardus Faber et Alicia uxor eius petunt uersus Willelmum Basset quem Prior de Hatfeuld uocat ad warantum et qui ei warentizat medietatem j. mesuagii cum pert. in Cauntebrigia ut ius suum, et in quam non habet ingressum nisi per Mabiliam sororem ipsius Alicie cuius heres ipsa Alicia est, cui ipsa Alicia dimisit ad terminum qui preteriit. Cauntebr.

Et Willelmus Basset uenit et dicit quod nullum habet ingressum per ipsam Aliciam, quia ipsa Alicia nunquam inde seisinam habuit quia quidam Robertus pater ipsarum Alicie et Mabilie dedit illam medietatem in maritagium cuidam Elye cum ipsa Mabilia et ipsa Mabilia post mortem ipsius Elie in ligia uiduitate reddidit et remisit eidem Willelmo illam medietatem et qui illam tunc dimisit ipsi Priori, et unde dicit quod nullum habet ingressum per predictam Aliciam, et inde ponit se super patriam.

Et Ricardus et Alicia dicunt quod talem habuit ingressum secundum quod predictum est per ipsam Mabiliam etc. cui ipsa Alicia illam dimisit etc., et inde ponit[3] se super patriam. Et preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus in pleno comitatu etc. uenire faciat xij. et per eorum sacramentum etc. si predictus Prior aliud ius uel alium ingressum habuit in medietatem illius mesuagii quam per predictam Mabiliam cui predicta Alicia illam dimisit ad

[1] Probably *respondet et nititur*. I am answering to the king not to you and I rely on my charter and my seisin under that charter.

[2] Peter de Maulay says—Gilbert objects that I am no party to this suit, but he does not prove that have not been summoned.

[3] Sic.

terminum ut ipsi Ricardus et Alicia dicunt uel si ingressum habuit per predictam Mabiliam cui Robertus pater suus illam dedit in maritagium sine aliqua seisina quam predicta Alicia inde haberet[1] idem Willelmus dicit et inquisicionem uenire facit[2] in Oct. etc. per litteras et per duos etc.

752. Dereby. [100.] [3]Willelmus Comes de Ferrariis summonitus fuit ad respondendum Willelmo Talebot de placito quod reddat ei custodiam terre que | fuit Roberti filii Wakelini in Egingtona que ad eum pertinet eo quod predictus Robertus terram illam tenuit in soccagio et quod idem Willelmus propinquior est heredi ipsius Roberti et unde dicit quod per hoc quod ei deforciat custodiam illam deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xl. sol.

Et Willelmus Comes per attornatum suum uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere, quia idem Robertus plures habuit terras in Egingtona, scil. quandam in soccagio et quandam tenuit per seruicium militare, et desicut non specificat de qua terra clamat custodiam petit iudicium si ad hoc breue debeat respondere. Postea aput Westmonasterium uenit Comes per attornatum suum et dicit quod terra illa unde idem Willelmus custodiam petit fuit soccagium et data fuit in maritagium Margerie quondam uxori ipsius Roberti sorori predicti Willelmi qui custodiam petit, et desicut ipse est propinquior matri cuius hereditas illa fuit et[4] inde petit iudicium.

Et Willelmus dicit quod quicquid predictus Robertus tenuit in soccagio in eadem uilla fuit ius et hereditas ipsius Roberti et quicquid tenuit per seruicium militare fuit ius et maritagium ipsius Margerie, et inde ponit se super patriam. Et Comes similiter. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus in pleno comitatu etc. uenire faciat xij. de uisneto de Gingtona qui nec ipsum Comitem nec predictum Willelmum aliqua affinitate attingant et per eorum sacramentum etc. diligenter inquirat quas terras idem Robertus tenuit in predicta uilla, et quas et quantas tenuit

[1] Supply *ut*.
[2] Corr. *faciat*.
[3] This case is Fitz. *Garde*, 146.
[4] Om. *et*. William Talbot was a blood relation of Margery; the land (says the Earl) was Margery's marriage portion; Talbot therefore can not be guardian of the heir.

in soccagio et quas et quantas per seruicium militare, et utrum terre quas tenuit in soccagio fuerunt ius ipsius Roberti uel Margerie uxoris sue, et inquisicionem uenire faciat in Oct. S. Trin. per litteras et per duos etc. Post uenit inquisicio in Oct. etc. que talis est quod Robertus filius Wakelin tenuit in Egingtona medietatem eiusdem uille reddendo inde annuatim xx. sol. pro omnibus rebus et seruiciis Alexandro Haunselin, et idem Alexander dedit redditum illorum xx. sol. in maritagium Willelmo de Kudingtona cum Lescelina filia sua quorum heredes predictum redditum ad hunc tenent nomine maritagii. Dicunt eciam quod predictus Robertus tenuit quartam partem eiusdem uille per seruicium[1] ut ius et hereditatem uxoris sue que fuit filia Willelmi de Grenduna que nullum alium habuit heredem nisi filiam illam, et tenuerunt illam quartam partem de hered' Willelmi filii Radulfi quondam Senescalli Normannie. Et [2] conuictum est quod medietas illius manerii est soccagium et ius ipsius Roberti et non ius uxoris sue, Consideratum est quod Willelmus recuperet seisinam de custodia de soccagio et Comes in misericordia.

753. Robertus Lefaunt, Petrus frater eius et alii summoniti fuerunt ad respondendum Galfrido de Lucy quare non faciunt eidem Galfrido consuetudines et recta seruicia que antecessores eorum facere consueuerunt antecessoribus predicti Galfridi et que facere consueuerunt Dom. Regi antequam manerium de Neutona deuenisset ad manus predicti Galfridi etc., unde idem Galfridus dicit quod ei facere consueuerunt huiusmodi seruicia, scilicet solent reddere in communi duas gallinas ad Natale, et facere ei unam aruram ante Natale et aliam post Natale, et preterea ei solent reddere ad Pascha xl. oua preter quinquaginta denarios quos ei reddunt singulis annis, et propter detentionem quam ei faciunt de predictis seruiciis deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam c. sol., et inde producit sectam, et dicit quod de omnibus predictis seruiciis fuit ipse in seisina. Kent.

Et Robertus et alii ueniunt et defendunt uim et iniuriam et dicunt quod nullum seruicium ei debent nec aliquid de eo

[1] Supply *militare*. [2] A space is left. Supply *quia*.

tenent nec tenere clamant set tenent de Dom. Rege, et sectam suam facere debent ad curiam de Middeltona[1], et dicunt quod nichil ei facere debent nec aliquid seruicium nisi quod ei reddere debent singulis annis l. den., et si aliud seruicium ei unquam fecerunt hoc fuit per uim et per potestatem ipsius Galfridi et ponunt se super quandam inquisicionem que facta est per preceptum Dom. Regis.

Et inquisicio talis est quod omnes predicti tenent de Dom. Rege unam terram per dimidia sulling'[2] unde reddunt Dom. Regi per ann. v. sol. ad feodi firmam ad duos terminos, item in uigilia S. Joh. Bapt. vj. den. pro shepgauel[3], et si aliquis eorum mortuus fuerit heres ipsius dabit pro quolibet quadrante de predicto sepgauel x. den. secundum porcionem terre quam tenet, item quilibet eorum debet sequi tres lagedages[4] per ann., et si aliquis eorum habuerit puerum in fornicacione dabit childwyte, et si aliquis uxoratus habuerit puerum in adulterio erit in misericordia Dom. Regis de toto mobili suo, et si aliquis eorum effudit sanguinem dabit blodwyte[5], et si aliquis uelit maritare filiam suam extra hundredum petit licenciam a balliuo et dabit xl. den., et si sine licencia dabit xlij. den. et erit in misericordia Dom. Regis. Et predicti homines debent Galfrido de Lucy pro predicta dimid' sulling' in equinoctio S. Michaelis iiij. sol. et ij. den. et arare unam dietam[6] terre ante Natale et aliam in Quadragesima et habebunt utraque die corrodium[7] ad duos homines, item dabunt duas gallinas inter Natale et Purificationem si seruiens predicti G. miserit propter eas, item sequi debent curiam predicti Galfridi racionabiliter assisam[8] et summonitam et debent dare eidem xl. oua inter Pascha et

[1] The places seem to be Newington and Milton, not far from Chatham. Milton gives its name to a hundred. Interesting materials illustrating this case are in Haxted, *History of Kent*, vol. 2, p. 549 ff.

[2] A *selion* is a ridge between two furrows, a balk; *sullinge* seems to be a diminutive, *seliuncula*, *seliunca*.

[3] Sheep-gavel. A payment for being allowed to turn out sheep (?)

[4] Three law days; they must do suit of court three times a year.

[5] Observe this perdurance of ancient law. See *Doomsday*, vol. 1, p. 1. De adulterio uero per totum Chenth habet Rex hominem et Archiepiscopus mulierem.

[6] A day's work.

[7] A corrody, i.e. they are to be supplied with food by the lord. See Du Cange s.v. *conredium*.

[8] They must come when the court is duly assessed, duly sitting.

la Hockedei[1] ita si seruiens miserit propter ea. Et ideo quia posuerunt se super inquisicionem per quam conuictum est quod fecerunt eidem Galfrido predictum seruicium, Consideratum est quod Galfridus recuperauit seisinam suam et Robertus in misericordia, et satisfaciat eidem Galfrido de arreragiis duorum annorum. |

754. Assisa uenit recognitura si Bartholomeus de Creke iniuste [109 b.] etc. disseisiuit Petrum de Creck de libero tenemento suo in Creck primam[2] etc. et unde queritur quod disseisiuit eum de lx. acr. terre etc.

Et Bartholomeus non uenit set Bartholomeus de Burgo balliuus suus uenit et dicit quod assisa non debet fieri quia Robertus de Creck pater ipsius Bartholomei obiit inde seisitus et post mortem cepit Comes Rogerus le Bigod terram illam in manum suam sicut in custodia et tenuit illam in manu sua simul cum alia terra per dimidium annum quamdiu predictus[3] fuit in Hybernia, et quando reuersus fuit de Hibernia reddidit ei terram illam simul cum alia terra ut ius suum et inde ponit se super iuratam.

Et Petrus dicit quod idem Bartholomeus illum disseisiuit de eodem tenemento quia predictus Robertus ante mortem suam illud ei dedit per cartam suam, ita quod fuit inde in seisina, et cepit inde expleta donec disseisitus fuit, et inde ponit se super iuratam, et dicit quod idem Bartholomeus cepit homagium suum de eadem terra et fecit ei cartam de confirmatione.

Juratores dicunt quod Robertus habuit de prima uxore sua predictum Bartholomeum et de quadam alia predictum Petrum, et quando idem Petrus fuit vij. annorum uoluit eum promouere et dedit ei per cartam predictam terram cum pert. et in pleno hundredo fecit ei seisinam et donum et ostendit cartam quam fecerat ei de feoffamento et cepit inde homagium, et postea accessit ad terram illam et fecit ei seisinam et fecit ei fieri fidelitates et homagia de tenentibus de eadem terra, et postea tradidit terram illam cuidam Magistro

[1] Hokeday, the second Tuesday after Easter.

[2] Corr. *post primam coronacionem*. Creake is in Norfolk. There is no marginal venue. Probably this assize was taken in the county.

[3] Supply *Bartholomeus*.

Radulfo sicut ad custodiend' ad opus ipsius Petri[1], et postea commissa fuit cuidam Dauidi similiter ad custodiend' ad opus ipsius, ita quod eam habuerunt per v. annos ad opus ipsius Petri ante mortem ipsius Roberti, et post mortem ipsius Roberti uenit predictus Comes Rogerus et cepit terram illam in manum suam simul cum alia terra et illam inbladiari fecit de hibernagio[2], et postea illam reddidit predicto Bartholomeo simul cum alia terra, qui illam tenuit et inbladiauit et bladum asportauit sicut de altera terra. Et ideo consideratum est quod Petrus recuperauit seisinam suam, et Bartholomeus in misericordia.

755. Deuon. [3]Petrus Wymund' attachiatus est ad respondendum Henrico de Fissacr' de placito quare trahit eum in curiam cristianitatis de layco feodo ipsius Henrici in Tiuerscumba contra prohibicionem etc., et unde queritur quod trahit eum in placitum de quodam fraxineto[4] quod est pertinens ad laycum feodum suum et quod tulit ei prohibicionem per quod deterioratus est ad ualenciam xl. sol. et inde producit sectam.

Et Petrus uenit et defendit quod numquam post prohibicionem secutus est aliquod placitum de layco feodo suo, quia reuera habet quandam capellam pertinentem ad ecclesiam suam ubi est quoddam cymiterium clausum et uallatum quodam fossato super quod fossatum sunt fraxini crescentes quos quidem idem Henricus contra iusticiam et minus licite asportauit propter quod conuenit eum coram iudicibus in foro ecclesiastico quia commisit sacrilegium in sanctuario suo, et quia ipse fuit inde in seisina et omnes predecessores sui ita quod cepit fraxinos et inde fecit uoluntatem suam, et dicit quod fuit in seisina per xl. annos et agit de spoliatione sua, et bene defendit quod idem Henricus nullum habet ibi laycum feodum.

Et Henricus uenit et dicit quod quidam Robertus de[5] Alba Marlia dedit Martino de Fissacr' patri ipsius Henrici

[1] One can only construe this by *to the use of the said Peter*, though one may not call Ralph a feoffee to uses. Observe the elaborate pains taken to make the infant's seisin indisputable.

[2] He had it sown with a winter crop (?)

[3] This case is Fitz. *Prohibicion*, 26.

[4] An ash-grove.

[5] *de* repeated.

totum dominicum suum de Tiuerscumba cum bosco pertinente ad dominicum illud per certas metas, ita quod dominicum est clausum quoddam[1] uallatum fossato, quod non est pertinens ad ecclesiam suam, set est laycum feodum suum. Ideo preceptum uicecomiti quod uenire faciat coram W. de Radelegha et sociis suis in reditu ipsorum de Cornubia[2] xij. tam milites etc. ad recognoscendum etc. si ibi esset capella et si locus et placia unde capella uallata est simul cum capella est pertinens ad ecclesiam Petri de Whytestona et si idem Petrus esset in seisina, uel si placia illa sit laycum feodum ipsius Henrici et de dono quod predictus[3] de Alba Marlia fecit Martino patri suo ut idem Henricus dicit. Dies datus est eis a die S. Mich. in xv. dies et interim fiat inquisicio siue uenerit siue non[4]. Postea in reditu ipsorum de Cornubia capta fuit iurata coram predicto W.[5] et sociis suis. Juratores dicunt quod ibi fuit quedam capella et pertinens[6] ad ecclesiam ipsius Petri de Whytestana, et quod idem Petrus fuit et est inde in seisina et placia illa et fossatum ambiens capellam illam pertinet ad capellam illam, et dicunt quod idem Henricus numquam fuit inde in seisina. Dicunt eciam quod quidam boscus et quedam terra pertinens ad capellam illam et eciam fraxini crescentes super fossatum illud sunt libera elemosina simul cum placia illa pertinens ad ecclesiam predicti Petri. Et ideo consideratum est quod predictus Petrus licite procedat[7] in curia cristianitatis, quia illud placitum non pertinet ad coronam et dignitatem Dom. Regis, et Henricus in misericordia[8]. Et sciendum quod iudicium reditum est aput Exoniam prece Henrici.

756. Gilebertus de Suttona attachiatus fuit ad respondendum Cauntebr.
Roberto de Godefeuldia et Matillidi uxori eius quare secutus placitum in curia cristianitatis de catallis ipsorum que non sunt de testamento contra etc., et unde queritur quod trahit

[1] Corr. *quodam* (?).

[2] Eodem anno (1233) fuerunt itinerantes iusticiarii in Cornubia; quorum metu omnes ad syluas fugerunt. Ann. Dunst. p. 135.

[3] Supply *Robertus*.

[4] Perhaps we should read *et interim etc. et fiat inquisicio siue uenerint siue non*.

[5] William Raleigh.

[6] *pertinens* repeated.

[7] *procedat* repeated.

[8] Court Christian may entertain a suit touching a churchyard. This is not lay fee. Br. f. 407.

eos ad placitum de xxx. marcis per quod deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam xx. marcarum et inde producit sectam. |

[110.] Et Gilebertus uenit et dicit quod catalla illa sunt de testamento quia Symon pater suus et auus ipsius Matillidis legauit ei in extremis xxx. marcas, et cognoscit quod obiit xxxiij. annis elapsis, et defendit quod contra prohibicionem etc.

Et Robertus et Matillis ueniunt et dicunt quod predictus Symon auus obiit xxxiij. annis elapsis et executores mortui sunt, et post predictum Symon[1] Symon filius suus hereditatem patris sui tenuit per x. annos et nichil peciit ab eo in tota uita sua, et post eum tenuit ipsa Matillis per multum tempus antequam ipsa nuberet se predicto Roberto, et petunt iudicium si debeant ei respondere desicut ipsa Matillis non est heres ipsius[2] Symonis àui, nec aliquid ad eam peruenit de bonis aui sui etc. Et quia Gilebertus hoc cognoscit, et hoc non potest dedicere, Consideratum est quod ab eo quieti et quod ipse non potest sequi uersus eos, et ipse Gilebertus custodiatur.

757. Hunting. Johannes de Burgo et Hawysia uxor eius per attornatum ipsius Hawysie petunt uersus Willelmum de Bello Campo custodiam medietatis uille de Hamertona cum pert. exceptis aduocacione ecclesie eiusdem uille et duabus acr. terre et dim. que ad eos Johannem et Hawysiam pertinent eo quod Johannes de Bello Campo filius ipsius Willelmi et heres Gonnore quondam uxoris ipsius Willelmi per quam idem Willelmus habuit eandem custodiam obiit, cuius heres est infra etatem et terram illam de eis tenere debet per seruicium militare ut ipsi Johannes et Hawysia dicunt etc.

758. Essex. Agnes que fuit uxor Henrici de Dakeham petit uersus Abbatissam de Berkinge quod reddat ei custodiam terre ipsius Henrici de Daleham[3] et in Berkinge que ad ipsam pertinet eo quod predictus Henricus tenuit in soccagio predictam terram, et unde dicit quod predictus Henricus ita tenuit quondam terram suam de predicta Abbatissa in

[1] Corr. *Symonem*.
[2] *ipsius* interl. by annotator. She is not heir but heir's heir.
[3] Corr. *Dakeham*. Daggenham.

Dakeham, scil. quod reddidit ei per annum ad festum etc. vj. sol. et vj. den. et solet itinerare cum eadem Abbatissa ad maneria sua in propria persona uel mittere cum ea quendam hominem Franciscum uel Anglicum[1], dum tamen non esset uillanus ipsius Abbatisse. Dicit eciam quod idem Henricus tenuit quandam aliam terram in Berkinge de qua reddere solet per annum ad festum S. Martini xx. den. et unum uomerem, et ad festum etc. xij. sol. pro omni seruicio, et hac racione dicit quod custodia illa ad ipsam pertinet.

Et Abbatissa uenit et defendit uim et iniuriam et dicit quod ipse tenuit de ea per seruicium militare, ita scil. quod ante fundationem Abbacie de Berking septinginta[2] annis preteritis quamdiu manerium illud fuit in manu Dom. Regis et aliorum dominorum feodi solent tenentes de eodem manerio bene circiter triginta qui tenent tam libere sicut idem Henricus et solent[3] ire in exercitum cum dominis suis dum tamen summonicionem haberent sero, et eciam post fundacionem Abbacie donec manerium illud datum fuit in liberam elemosinam, et postea seruicium tale fecerunt Abbatisse quod semper solent ire cum Abbatissis uel cum senescallis suis quo ipse uoluerunt ad maneria sua et alibi dum tamen sero haberent summonicionem, et dicit quod siue reddat[4] plus uel minus de redditu semper dant pro releuio et nomine releuii c. sol. de tenementis suis post mortem decedencium. Dicit eciam quod uxores hominum tenencium de eodem manerio recuperant et habent nomine dotis semper Nota. terciam partem sicut de libero feodo et non medietatem sicut de soccagio. Dicit eciam quod tenentes de eodem manerio debent esse in custodia et fuerunt in custodia, quia predictus Henricus de Dakeham fuit in custodia ipsius Abbatisse et inde producit quandam cartam cyrograffatam, et dicit quod plures alii fuerunt in custodia, et profert cartam quandam

[1] The terms of this tenure must be ancient.

[2] Sic MS. very clearly. Barking Abbey was already of great antiquity and held the manor of Barking when Doomsday was made and long before. Thus the Abbess has to explain how any one can hold of her by military tenure when she holds in frankalmoign.

[3] *et solent* by annotator.

[4] Corr. *reddant*. Whether their rent be great or small these tenants pay the full knight's relief.

confectam inter ipsam et Ricardum et[1] Stapelford' et que testatur quod ipsa uendidit custodiam illam eidem Roberto. Dicit eciam quod Thomas Peuerel, Hugo filius Roberti, Rogerus de Gaylham, Thomas filius Henrici qui sunt de eodem tenemento siue reddant de redditu plus uel minus debent de releuio c. sol. et quod fuerunt in custodia, et ipsi presentes sunt et hoc cognoscunt et testantur quod uiderunt predictum Henricum esse in custodia ipsius Abbatisse.

Et Agnes uenit et dicit quod nullum denarium dare debent sicut de seruicio militari, et dicit quod predictus Henricus non fuit in custodia nec esse debuit, set reuera quando pater ipsius Henrici mortuus fuit uenit quedam Abbatissa Cristiana et cepit pueros in manum suam et predictum Henricum similiter, ita scil. quod quidam Willelmus de Aete proximus parens ipsius Henrici scil. auunculus recuperauit custodiam illam coram G. filio Petri[2], Symone de Pacheshulla et sociis suis aput Turrim ut de soccagio per consideracionem curie Dom. Regis et illam postea uendidit Ricardo de Stapelfordia, et unde dicit quod idem Henricus non fuit in custodia per Abbatissam set per predictum Willelmum. Dicit eciam quod terra et tenementum ipsius Henrici non debet c. sol. de releuio nec aliquid forinsecum seruicium, nisi tantum ad summam annui redditus[3], et quod predictum tenementum nullum debet aliud releuium, et quod predictus Henricus non fuit in custodia Ricardi de Stapelfordia per ipsam Abbatissam set per ipsum Willelmum de Ayete, nec quod equitare debeat extra maneria uel mittere Franciscum uel Anglicum cum uno equo precii dim. marce secundum quod predictum est, nisi infra maneria ipsius Abbatisse. Et inde ponit se super patriam. Et Abbatissa petit iudicium si debeat ei respondere de tali seisina.

Postea a die S. Mich. in j. mensem uenit iurata ad recognoscendum si Henricus de Dakeham quondam uir Agnetis de Dakeham fuit in custodia Ricardi de Stapelfordia per Cristianam quondam Abbatissam de Berkinge que custodiam

[1] Corr. *de*.
[2] Geoffrey Fitz Peter, chief justiciar in John's reign.
[3] The socager's relief; one year's rent.

illam ei dedit uel tanquam | domina illius feodi uendidit, ut [110 b.] Abbatissa de Berkinge dicit, uel per Willelmum de Ayete auunculum ipsius Henrici, qui custodiam illam habuit ut de terra quam pater ipsius Henrici tenuit in soccagio, eo quod idem Willelmus de Aete propinquior fuit ipsi Henrico ex parte matris sue et postea eandem custodiam uendidit predicto Ricardo ut eadem Agnes dicit, et dicunt super sacramentum suum[1]. [quod predictus Ricardus habuit custodiam predicte terre et maritagium predicti Henrici per ipsam Cristianam quondam Abbatissam sed predictus Willelmus de Aete subtraxit predictum Henricum post mortem Gileberti patris ipsius Henrici sicut nepotem suum. Et quesiti si *addis*cerent unquam quod predictus Willelmus haberet custodiam per predictam Abbatissam, dicunt quod non, quia idem Willelmus nunquam habuit custodiam illius terre nec predicti Henrici nisi per subtractionem predictam. Et quesiti si aliquod placitum esset in curia Dom. Regis J. inter Willelmum de Aetie et predictam Cristianam Abbatissam dicunt quod nesciunt quod aliquod esset placitum inter eos. Postea quia conuinctum est quod predictus Henricus fuit in custodia Cristiane Abbatisse et per ipsam maritatus, Consideratum est quod Abbatissa recuperauit seisinam suam et Agnes in misericordia. Et Agnes et Osbertus frater suus cognoscunt quod nichil iuris habent in custodia illa et reddunt eidem Abbatisse Gilebertum filium predicti Henrici primogenitum et Johannam primogenitam filiam et Agnetem postnatam filiam ipsius Henrici, et Dymania filia iunior remanet in custodia matris eo quod tenere est etatis.]

[1] Here the case in the note-book ends, but as it is interesting I supply the verdict from the roll for next Michaelmas Term, Coram Rege Roll No. 40, m. 17. Bracton, f. 35 b, says that when land is held of a mesne lord by some small serjeanty due to him, the lord is not entitled to wardship. He adds (an interpolated gloss, not in the best MSS., here dislocates the text) that the contrary was held about an Abbess of Barking *inter placita quae sequuntur Regem anno* (no year specified) *regni Regis Henrici* before William Raleigh. The Abbess recovered wardship of the heir of one who held by the service of riding with her from manor to manor. But, he says, Stephen Segrave did not approve of this. I think that this must be the case in question and that we here have Raleigh's decision. Segrave at this time was the justiciar (prime minister) and probably did not frequent the Bench.

759. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis
Ebor. presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Kul*uin*gtona que uacat etc., cuius aduocacionem Galfridus de Upsale[1] uersus Oliuerum de Buscy et Robertum Bussy. Et Oliuerus non uenit, set Robertus uenit et dicit quod nichil clamat in aduocacione illa set dicit quod tenet ecclesiam illam de dono Archiepiscopi Eboracensis qui illam ei dedit autoritate concilii, et Galfridus non potest hoc dedicere. Et ideo consideratum est quod *Robertus* inde sine die et Galfridus in misericordia. Et quia Oliuerus non uenit etc. et summonitus etc. ideo resummoneatur quod sit a die etc. Idem dies etc. qui uenerunt et uicecomes habeat corpora aliorum. [[2] Ille qui tenuit ut persona sine die et Oliuerus qui fecit se patronum resummonitus fuit et processit assisa uersus eum.]

DE TERMINO TRINITATIS ANNO XVIJ°.

760. Ricardus le Archer optulit se iiij^to^. die uersus Willelmum
Suham. de Brikeuilla qui se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito terre etc.

Et Willelmus non uenit, nec milites qui fecerunt uisum de eo nisi Rogerus de Vileis etc.[3], quartus miles non uenit et ideo uicecomes habeat corpus eius a die etc. ad testificandum etc. si[4] dominus Robertus de Lexintona prius ueniat in partes illas, et si uenerit tunc ueniant omnes iiij. coram eo ad testificandum etc.

761. Ricardus le Harpur et Emma uxor eius et Agnes soror
Bed. ipsius Emme per attornatos suos petunt uersus Jerlonem de Monte Begonis dim. uirg. terre cum pert. in Shireduna ut ius ipsarum Emme et Agnetis, et in quam non habet ingressum nisi per Johannem de Baiocis patrem ipsarum Emme et Agnetis, cuius heredes ipse sunt, qui illam ei dimisit ad

[1] Supply *clamat.*

[2] The words within [ ] are added by the annotator.

[3] Three knights appear, the fourth does not.

[4] Corr. *nisi.* Lexington was a judge; ob. 1250.

terminum qui preteriit etc., et bene dicunt quod ipse dimisit terram illam ad terminum ix. annorum et sex anni elapsi sunt quod terminus preteriit etc.

Et Jarlo uenit et dicit quod feoffatus fuit per predictum Johannem et per cartam suam, set dicit quod non habet cartam suam in presenti, et petit quod eam habere posset ad alium diem, et bene defendit quod illam non habuit ad terminum etc.

Et Ricardus et alii per attornatos suos dicunt quod illam habuit ad terminum secundum quod predictum est, et inde habent sectam sufficientem etc. Et producunt sectam que nichil inde[1] scit nec aliquid testatur nec ipsi aliquid instrumentum producunt nec aliud. Et ideo consideratum est quod Jarlo inde quietus et Ricardus in misericordia[2] perquirant sibi per breue de recto si uoluerint.

762. Magister Robertus de Bilneya attachiatus fuit ad respondendum Willelmo de *Meinni*ld Garin quare tenuit placitum in curia cristianitatis de layco feodo ipsius Willelmi in Gernemuwe contra prohibicionem, et unde queritur quod tenuit placitum de duobus mesuagiis et de catallis xl. sol. unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xx. marc. et inde producit sectam. Norf.

Et Magister Robertus uenit et defendit quod nullum placitum tenuit etc. contra prohibicionem etc. Et secta Willelmi[3] examinata est et testatur quod tenuit placitum in curia cristianitatis de robberia xl. sol. Et quia breue loquitur tantum de layco feodo, et secta[4] testatur quod de catallis, ideo consideratum est quod Magister Robertus inde sine die, et Willelmus in misericordia.

763. R.[5] Comes Marescallus per attornatum suum petit uersus Nicholaum de Clausy quod reddat ei Robertum filium et heredem Rann' de Affrica cuius custodia ad ipsum pertinet eo quod idem Rad' de eo tenuit per seruicium militare, etc. Berck.

Et Nicholaus uenit et dicit quod non habet illum

[1] *nichil inde* interl. by annotator. See Br. f. 320.

[2] Supply *et*.

[3] *Willelmi*, interl. by annotator.

[4] *secta*, interl. by annotator. As to examination of the suit, see Br. f. 410.

[5] Richard, now on the very eve of his revolt.

Robertum nec ipsum habuit unquam, et dicit quod quidam Hugo de Tideham illum habet qui manet in com. Glouc. nec per eum est ubi nunc[1], et dicit quod est plene etatis etc., et defendit quod per ipsum non est elongatus.

Nota de herede cuius custodia. defensio contra sectam si sufficiat per legem. quod per eum non est elongatus nec ibi positus ubi nunc est[2].

Et R. Comes per attornatum suum dicit quod illum habuit et per ipsum elongatus est et inde producit sectam etc. Et Nicholaus defendit contra ipsum et sectam quod ipsum non habuit, nec per eum elongatus est, nec per ipsum est ubi nunc est. Et ideo uadiet legem se xij^a. manu, et ueniat cum lege in Oct. etc. plegii de lege, etc.

764. Suht. Rogerus de Merlay, Johannes de Lanceleuce, Robertus de Manerio Roberti[3] le Bastard iiij. milites missi aput Dedhamptonam ad Petrum filium Herberti ad uidendum si ipse misit Matheum de Bikestrope responsalem suum pro eo in [111.] loquela que est | in curia Dom. Regis coram iusticiariis aput Westmonasterium inter Fulconem filium Warini petentem et eundem Petrum tenentem de medietate manerii de Stantona cum pert. in com. Wilton., et si idem Petrus eundem Matheum in eadem loquela loco suo attornare uoluerit ad lucrandum uel perdendum uersus predictum Fulconem, dicunt quod predictus Petrus misit ipsum Matheum pro eo responsalem suum et eum loco suo in loquela illa attornauit et rectum habet quod ipse pro eo dixit etc.[4]

765. Kent. Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Netelstede que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Robertus Comes Pictauie[5] et Isabella uxor eius clamant uersus Priorissam de Garinges etc.

Et Priorissa non uenit set ante quartum diem[6] comparuit semel et recessit, et attornati Comitis et Comitisse exspectauerunt quartum diem suum. Et ideo procedit assisa per defaltam.

Et sciendum quod ipsa Priorissa primo inpetrauit breue

[1] Supply *est*.

[2] This note seems to express a doubt as to whether the defendant should have been allowed to make his law about a matter easily triable. Cf. Br. f. 315 b.

[3] Corr. *Robertus*.

[4] See Br. f. 362.

[5] Sic; but should it not be *Richard* Earl of Cornwall and Poitou, the king's brother? He married Isabella daughter of the Earl Marshal.

[6] *diem* interl. by annotator.

de ultima presentacione etc. et postea relicto illo breui perquisiuit aliud breue quare ipsi inpediuerunt et habuit diem ad diem istum et non uenit nec ad illud breue nec ad breue proprium quod inpetrauit.

Et sciendum quod Comes et Isabella clamant ius presentandi racione heredis Simonis de Wahulla in custodia eorum existentis.

Juratores dicunt quod quidam Michael de Wahulla pater Symonis de Wahulla ultimo[1] presentauit quendam Andream de Scallariis ad eandem ecclesiam qui ad presentacionem suam fuit admissus et ultimo obiit persona in eadem. Et ideo consideratum est quod Comes et Comitissa recuperauerunt seisinam suam racione predicti heredis, et Priorissa in misericordia, et Comes et Comitissa sine die de breui quod Priorissa inpetrauit quare ipsi inpediuerunt.

766. Prior de Doddenesse[2] attachiatus fuit ad respondendum Warino de Herlegha et Hugoni Mauclerc quare traxit eos in placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt de testamento uel matrimonio contra prohibicionem, et bene queruntur quod petit ab eis x. marcas pro inparcacione cuiusdam porci et ita quod deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam x. lib. et unde dicunt quod tulerunt prohibicionem die etc. et ipse inplacitauit eos postea etc. Essex.

Et Jacobus Decanus de Tenderugge[3] et Gilebertus Officialis Archidiaconi Colecestrensis[4] similiter attachiati fuerunt ad respondendum quare tenuerunt placitum predictum. Veniunt etc.

Et Prior uenit et defendit quod nunquam aliquo tempore inplacitauit eos de catallis set reuera de *manifesta* uiolencia facta clericis meis[5] unde conuictus fuit coram predictis Decano et Officiali ita quod non fuit eis inflicta aliqua pena pecuniaria, immo quod disciplinas haberent in diebus festiuis, et quia illud quod eis iniunctum fuit sustinere noluerunt innodauerunt eos sentencia excommunicacionis, et postea tulerunt prohibicionem et eciam post prohibicionem ipsi

Nota quod qui tulerunt prohibitionem appellauerunt ad alios iudices et per appellum factum sunt consentientes unde sine die[6].

[1] *ultimo* interl. by annotator.
[2] Dodnash in Suffolk.
[3] Tendering in Essex.
[4] *Colecr' Colecestr'* MS.
[5] Sic.
[6] So Br. f. 408.

appellauerunt ad Officialem Episcopi Londoniensis. Et Decanus profert litteras Officialis Dom. Episcopi Londoniensis quod ips' excommunica'[1]. Et quia non possunt dedicere ea que eis obiecta sunt custodiantur et faciant se absolui, et Prior et Judices inde quieti. Pleg' Warin' de misericordia W. etc.

767. Kent. Dulcia que fuit uxor Willelmi Attebergh' peciit uersus Ricardum de Feueresham medietatem iij. acr. terre cum pert. in Dauingtona ut dotem suam[2]. Et ipse ad diem uenit et uocauit ad warantum Willelmum et Michaelem filios Willelmi predicti Attebergh' qui uenerunt ad alium diem et dixerunt quod nichil habuerunt de hereditate ipsius Willelmi patris ipsorum nisi duas acras terre et unam rodam terre quam Thomas Pistor tenet ad terminum et duas acr. terre et dim. quas Priorissa de Dauingtona tenet ad terminum. Et quia recognitum est quod nullam aliam terram habent, Consideratum est quod Ricardus teneat in pace id quod tenet[4] et quod ipsa recuperauit tres rodas quam[5] idem Thomas tenet, et Priorissa et Thomas teneant ultra terminum suum ad ualenciam illius terre quam ipsa recuperauit de terra que eis remanet ad terminum.

Nota quod firmarii teneant duas partes ultra terminum ad ualenciam[3].

768. Linc. Decanus Ciuitatis Lincolnie attachiatus fuit ad respondendum Willelmo Attegate et Alicie uxori eius quare tenet placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt de testamento uel matrimonio contra prohibicionem, et unde queritur quod tenet de pl'[6] de xl. sol. in curia cristianitatis unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xl. sol. set nullam producit[7].

Et Decanus[8] et defendit quod nullum placitum tenuit nec tenet nec tenebit. Et ideo consideratum est quia Willelmus et Alicia nullam sectam producunt quod Decanus inde sine die et Willelmus custodiatur.

Nota quod sine die ubi querens nullam producit sectam[9].

769. Surr. Magna assisa uenit recognitura inter Priorem de Nouo

[1] The parchment has been torn and the terminations of these words are uncertain.
[2] *ut dotem suam* by annotator.
[3] So Br. f. 312.
[4] See Br. f. 300.
[5] Corr. *quas*.
[6] Corr. *tenet placitum*.
[7] Supply *sectam*.
[8] Supply *uenit*.
[9] So Br. f. 410.

Loco[1] petentem et Priorem de Shirburnia tenentem de aduocacione ecclesie de Wyndlesham utrum idem Prior de Shirburnia maius ius habeat in aduocacione illa an idem Prior de Nouo Loco et ecclesia sua de Nouo Loco qui tenent etc.

Et uenit rec'[2] per istos scil. Willelmus de Wyke et alii[3], qui dicunt super sacramentum quod aliquando non fuerunt manentes in uilla | illa nisi tantum tres homines qui fuerunt [111 b.] parochiani pertinentes ad ecclesiam de Wockinges et aput Wockinges fuerunt corpora sepulti[4] et pueri baptizati, et creuit uilla et quare longe fuerunt de Wokinges uenit quidam Honing' qui tenuit in capite de Dom. Rege, et in tantum locutus fuit cum persona qui tunc temporis fuit aput Wockinges quod concescit[5] ei quod faceret ibi quoddam oratorium in quo aliquando celebrauit capellanus de Wockinges et aliquando legit ewang'[6] etc. Postea tempore Henrici Regis aui Dom. Regis quia predictus H. denegauit cuidam Hospeshort uenatori Dom. Regis *dinn*erium[7] suum uenit Dom. Rex et disseisiuit H. et terram illam dedit ipsi Hopeshort et Hopesh'[8] quemdam filium clericum quem fecit monacum apud Shireburniam et cum illo dedit aduocacionem illius capelle Domui de Shireburnia, et postea amisit terram illam per recognicionem magne assise uersus heredes ipsius H. ita quod ecclesia de Wockinge semper habuit de capella illa quandoque iij. sol. quandoque dim. marc. quandoque plus racione subiectionis sicut de capella pertinente ad matricem ecclesiam. Et quia Hopeshort nullum ius habuit in terra illa nec[9] Prior de Shireburnia ingressum habuit per eum, dicunt[10] quod Prior[11] de Nouo Loco maius ius habet in aduocacione quam Prior de Shireburnia sicut de capella

[1] Newark Abbey, Windlesham and Woking are in Surrey. For earlier proceedings see Case 416.

[2] Probably *recognitura*.

[3] Sic. The names of all the recognitors would be on the roll.

[4] Corr. *sepulta*.

[5] Sic.

[6] *euangelium*. He read the gospel.

[7] What I read as the first *i* is not dotted; thus the first syllable is uncertain; but *disnerum*, *dignerium*, are known as meaning dinner. The king's huntsman was refused his dinner. This enraged the king.

[8] Supply *habuit*.

[9] Corr. *et* (?). The Prior of Sherborne claimed under Hopeshort and is tenant, so seemingly he must have had entry.

[10] The jurors say.

[11] *Prior* by annotator.

pertinente ad Wockinges. Et consideratum est quod Prior de Nouo Loco recuperauit seisinam suam quiete de ipso Hopeshort et Priore de Shireburnia et successoribus suis imperpetuum, et ipse Prior in misericordia.

770. Linc. Nota de Episcopo Karleolensi qui defecit in lege facienda uersus Abbatem de Kirkestede. misericordia eius c. marc[1]. Abbas de Kerkestede optulit se iiij^{to}. die uersus Walterum Episcopum Karleolensem de placito legis uadiate de aueriis captis et aliis transgressionibus unde dampnum habuit ad ualenciam vj^{xx}. marc. etc. Et Episcopus non uenit et habuit diem per essoniatorem suum postquam uadiauit legem. Et ideo consideratum est quod predictus Abbas recuperauit dampna sua vj^{xx}. marc., et Episcopus in misericordia et plegii sui de lege[2] facienda scil. Ricardus de Brom et alii.

Et Abbas teneat la Wildemore in tam bona pace sicut tenuit anno et die quo Radulfus de Rodes uendidit manerium de Hornecastro predicto Episcopo. Misericordia Episcopi c. marce[3].

771. Ebor. Preceptum fuit uicecomiti quod haberet coram iusticiariis corpora recognitorum iurate capte coram iusticiariis qui ultimo itinerauerunt in comitatu suo inter Petrum de la Thewyere petentem et Ricardum filium Petri tenentem de xl. acr. terre cum pert. in Frimareis ad certificand' eosdem iusticiarios de sacramento quod inde fecerunt, et ad recognoscendum super sacramentum suum si Petrus de la Tewere tenet ix. acr. terre cum pert. in Frimareis pro quieta clamancia predictarum xl. acr. terre cum pert. uel non etc. Et Willelmus de Skefling' et alii recognitores eiusdem iurate ueniunt et dicunt quod quidam Osbertus de la Twere tenuit terram istam predictam et habuit duos filios scil. Alanum primogenitum et Saxinum postnatum. Alanus uero primogenitus fuit nauta et itinerans, et Saxinus remansit cum patre suo tota uita fratris sui, et mortuo eo, remansit Saxynus in seisina in eadem terra donec predictus Alanus rediit domi et mouit ei placitum[4] de eadem terra, et non potuit eum

[1] For earlier proceedings see above Case 741. The amercement is very heavy. The king has quarrelled with the Bishop, Walter Mauclerc, and dismissed him from the office of treasurer. This is one of the events which hurry on the crisis of 1233. Mat. Par. *Chron. Maj.* vol. 3, pp. 240, 248.

[2] *lege* by annotator.

[3] *m* substituted for *sol.*

[4] Sic. Alan brought an action against Saxin.

inde eicere. Postea seruiuit idem Alanus Comiti de Albamarlia ita quod dedit ei warisonam suam[1]. Et postea accessit ad eum[2] predictus Saxynus et peciit quod possit tenere terram illam de[3] pace, et ipse Alanus hoc ei concedere noluit nec daret ei aliquam partem illius terre et ille dedit ei pro pace in curia de Pateringtona[4] ix. acr. terre de eadem terra, scil. tres de meliori tres de mediocri tres de peiori, viz. in Griseroft, in Ostallinges et in Sutfellonde, et ita tenuit Saxynus tota uita sua residuum et Alanus predictas ix. acr. Et postea post mortem ipsorum amborum uenit quidam Ada filius Alani et inplacitauit Petrum filium Saxini de terra quam ipse Saxinus tenuit, et in tantum processit loquela quod in eadem curia de Pateringtona uenit idem Ada et remisit clamium suum pro terra quam Alanus pater suus tenuit, et ita quilibet eorum remansit in seisina de parte sua et *postea* ipsorum heredes usque nunc. Et quia iuratores prius dixerunt contrarium et quia iuratores nondum uisum fecerunt de terra et ignoranciam[5] dixerunt id quod dixerunt, remittitur eis misericordia[6]. Et consideratum est quod Ricardus recuperauit seisinam suam de terra quam prius amiserat per dictum eorum scil. de xl. acr. terre, et Petrus in misericordia.

772. Willelmus de Albaniaco petit uersus Ricardum de Wateruilla quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento quod de eo tenet in Naburn' Dauton', et unde peciit ab eo quod faceret ei seruicium v. feodorum integre per recordum alibi etc. Ebor.

Et Ricardus uenit et cognoscit quod tenere debet de eo v. feoda, set tria feoda in com. Oxon. in Broctona et Niwetona sunt de paruis feodis de Morting'[7]. Et inde posuit se super magnam assisam ita quod quatuor milites electi fuerunt ad eligend' xij. Et post uenit Willelmus per attornatum suum et cognoscit quod terre de Broctona et Neutona non debent

[1] Alan having served the Earl, the Earl paid him his wages and dismissed him. *Warison*, for *reward due*, is known.

[2] Saxin went to Alan.

[3] Corr. *in*.

[4] Seemingly at first Alan would not give up any part of his claim; but afterwards Saxin (*ille*) gave him (*ei*) nine acres and so the case was compromised.

[5] Sic.

[6] See Br. f. 289 b.

[7] These fees belong to the honour of Mortain.

nisi tria parua feoda de Moretoign', et dominica Ricardi de [112.] com. Ebor. debent facere | residuum ad perficiendum plenarium feodum de hoc quod pertinet ad feodum de Mortoing'. Postea aput Westmonasterium ad terminum istum quia predictus Ricardus cognoscit quod debet predicta feoda, Consideratum est quod magna assisa non iacet. Et inquiratur per xij. de com. Ebor. si predictus Ricardus debeat duo feoda in comitatu illo et preterea implementum quod deest ad tria feoda parua de Moretoing' ad faciend' tria magna feoda[1]. Dies datus etc. et ueniant xij.

773. Wilton. Abbas de Malmesburia summonitus fuit ad respondendum Galfrido de Siffrewall' quare distringit eum ad faciend' ei seruicia et consuetudines que de iure ei facere non debet nec solet etc. et unde queritur quod cum de eo teneat tenementum suum in Auena et non debeat per annum nisi duas sectas ad curiam ipsius Abbatis de Bremele per iiij. homines et prepositum, ipse Abbas distringit eum ad fac' sectam de quindena in quindenam per xij. homines eiusdem uille, et capit aueria sua et detinet ea donec moriantur, et in prisona detinuit, et capit homines suos et in prisona detinet et unde dicit quod inprisonauit quemdam Nicholaum filium Samuel et in prisona detinuit per tres dies et per tres noctes et quendam Johannem Molendinarium et ipsum detinuit in prisona per unum mensem ita quod exire non potuit donec fecit finem cum eo pro xxiiij. sol. Item dicit quod inprisonauit quendam Willelmum Kebbel et in prisona detinuit per duos dies, ita quod deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xx. marc. et inde producit sectam.

Et Abbas per Willelmum de Trillegha attornatum suum per breue Dom. Regis nunc uenit et defendit uim et iniuriam et dicit quod ipsum Galfridum non distringit set reuera distringit quendam ten'[2] quod Ricardus de Siffrewall' de eo tenet pro seruiciis et consuetudinibus que tales sunt, quod idem Ricardus sectam facere debet ad predictam curiam per xij. homines de quindena in quindenam et preterea ad

[1] The distinction between *feoda magna* and *feoda parua* may have something to do with the old and new feoffments.

[2] Corr. *quoddam tenementum.*

duos turnos de quolibet qui habet etatem xij. annorum pro pace Dom. Regis tenenda. Et Galfridus uenit et dicit quod alia seruicia et consuetudines non debet nisi quod duas sectas facere debet ad Bremele cum quatuor hominibus et preposito in anno, et quod sectas facere debet ad curiam ipsius Abbatis uel per se uel per attornatum per[1] breue Dom. Regis ibi fuerit uel cum latro ibi fuerit iudicandus per affore'[2] curie de quindena in quindenam et pro Comitissa Sarrisbirie de qua ipse tenet. Et quia Galfridus cognoscit quod non tenuit terram illam nisi per duos annos si[3] nescitur quas sectas Ricardus de Siffrewall' fecit qui terram illam dedit, ideo habeat ipse Galfridus predictum Ricardum in Oct. etc. ad cognoscendum quas sectas et que seruicia fecit anno et die quo dedit terram illam ipsi Galfrido[4].

774. Willelmus de Ouuinges petit uersus Petrum de Hotoft terciam partem unius uirg. terre cum pert. in Brohurst ut ius suum, et in quam non habet ingressum nisi per intrusionem quam fecit in eam[5] post mortem Cristiane que fuit uxor Geruagan Harange que terram illam tenuit in dotem de dono ipsius Geruagani cuiusdam[6] uiri sui et consanguinei predicti Willelmi cuius heres ipse est etc. Sussex.

Et Petrus uenit et defendit uim et iniuriam et intrusionem et dicit quod inest in terra illa sicut in iure suo et in hereditate sua que ei hereditarie descendit, quia predictus Geruaganus habuit quendam fratrem Willelmum nomine et Geruaganus qui habuit terram istam obiit sine herede de se et de predicto Geruagano descendit ius terre illius cuidam[7] Willelmo fratri suo, et de Willelmo cuidam Emme ut filie et heredi, et de Emma isti Petro etc.

Et Willelmus dicit quod quidam Reginaldus habuit duos filios Willelmum et Jordonem[9] nomine et quandam sororem Nota quod non potest esse heres et dominus[8].

[1] For *per* read *cum*. When a writ of right is to be tried or a thief judged.

[2] Corr. *pro afforciamento*. To afforce, i.e. to strengthen the court.

[3] Corr. *et*.

[4] For more of this matter see Registrum Malmesbur. vol. 2, p. 71, 73. The plaintiff's name should be Siffrewast.

[5] *in cā*, MS.

[6] Corr. *quondam*.

[7] Corr. *eidem* (?).

[8] Glanv. lib. 7, cap. 1.

[9] This must be the same person who is called Geruagan. The plaintiff's case must be that Reginald enfeoffed his younger son Geruagan and that the seignory having descended through the elder son William to Peter, Peter cannot also have the land in demesne.

Nigasiam nomine, que habuit quemdam filium Henricum nomine, et Henricus quandam filiam Johannam nomine, et Johanna fuit mater istius Willelmi de Ouinges, et unde dicit quod ipse est heres ipsius Geruani, quia Petrus non potuit esse heres et dominus.

Et quia Willelmus cognoscit parentelam inter eos et non est tam propinquus heres sicut et[1] Petr', et preterea habet sorores que sunt propinquiores Geruagano quam idem Willelmus, Consideratum est quod Petrus quietus de hoc breui et Willelmus si credat se ius habere perquirat sibi per breue de recto si uoluerit, et sit in misericordia pro falso clamore.

775. Wilton. Ela Comitissa Sarrisburie summonita fuit ad respondendum Matillidi Abbatisse Romesye de placito quare cepit aueria ipsius Abbatisse et iniuste detinuit etc., et unde ipsa Abbatissa queritur per attornatum suum quod cum habet hundredum de Weresdona per carta[2] antecessorum Dom. Regis reddendo inde per annum uicecomiti xl. sol. pro omnibus et pro predictis xl. sol. placitare debeat et habere omnia placita de eodem hundredo que pertinent ad uicecomitem predicta Comitissa wlt placitare placita illa et plus exigit quam predictos quadraginta sol., et propter hoc aueria sua capi facit ita quod deteriorata est et dampnum habet ad ualenciam xxx. marc. et inde producit etc.

Et Comitissa per attornatum suum uenit et defendit quod nunquam cepit aueria sua pro placitis nec alio modo iniuste, nec iniuste detinuit contra uadium et plegium propter quod aliquam habere deberet[3] deterioracionem, set uerum uult dicere, semper a tempore Regis Henrici aui et tempore Regum Ricardi et Johannis et Dom. Regis qui nunc est [112 b.] semper reddiderunt Abbatisse Berkinge[4] | de eodem hundredo singulis annis uicecomitibus qui percipere fuerunt x. marc. argenti pro placito, preterquam in tempore quo Walterus de Romesye fuit uicecomes Wiltonie et qui fuit senescallus eiusdem domus de Romesye, et quod ita sit ponit se super patriam.

[1] Probably the passage should run *sicut Petrus et preterea Petrus habet sorores*. If Peter is excluded as being lord, Peter's sisters should inherit, for they are nearer than William.

[2] Corr. *cartas*.

[3] *haberet deberet*, MS.

[4] Corr. *Romesye*.

Et Abbatissa dicit quod nunquam tempore alicuius Regis nec uicecomitis dedit illas x. marc., et profert cartam Regis Henrici senis, que testatur quod concessit eis monialibus hundredum illud et omnia placita ad hundredum illud pertinencia reddendo inde per ann. xl. sol. Profert eciam cartam Henrici Regis aui Dom. Regis que confirmat eis predictum hundredum pro xl. sol. secundum proportum carte Henrici Regis aui sui, et quod quieta esse debeat pro xl. sol. ponit se etc.

Et Comitissa per attornatum suum dicit quod predicta Abbatissa semper reddidit predictos xl. sol. et preterea x. marc. pro duobus turnis quos uicecomes facere deberet in eodem hundredo per annum. Et quesita si habere debet et solet illas x. marc. Abbatissa inuita si uicecomes uelit placita placitare et Abbatissa permittere uelit eum placitare, dicit quod nunquam placitauit ibi[1] semper habere solet x. marc.

Et Abbatissa dicit quod bene licet uicecomiti placitare placita corone et alia placita que pertinent ad Dom. Regem set alia minuta placita que pertinent ad uicecomitem et ad hundredum placita[2] ipsa et habet inde.

Et quia continetur in cartis Regum quod habere debet hundredum illud[3] quadraginta sol., Consideratum est carte teneantur et quod x. marc. non exigantur de cetero nomine redditus, et uicecomes si uoluerit ueniat ad hundredum ad turnos suos et placitat[4] placita que ad uicecomitem pertinent, nisi Abbatissa uelit finem facere cum eo gratis. Et quia Comitissa cognouit quod districcionem fecit pro x. marc. sicut pro redditu, ideo in misericordia sicut ball'[5], et Abbatissa habeat omnia placita que pertinent ad hundredum per illos xl. sol. secundum quod in carta continetur.

776. Johannes de Gatesdena petit uersus Willelmum le Cuuert xlvij. marc. et dim. quas ei debet et iniuste detinet ut dicit. Et bene dicit quod debet ei denarios illos pro fine quem ipse Willelmus cum eo fecit pro habendo maritagio filie et heredis Sussex.

[1] Supply *set* (?).
[2] Corr. *placitat*.
[3] Supply *pro*.
[4] Corr. *placitet*.
[5] *balliui* (?).

Reginaldi Anguill' quam adhuc habet in manu sua et per eum maritata et quam idem Johannes habuit per finem quem fecit cum Petro de Rivallis[1] qui ei uendidit maritagium illud et inde uocat eum ad warantum qui ei illud uendidit per Dom. Regem, et dicit quod fuit in custodia sua, et de custodia sua illam cepit per finem illum.

Et Willelmus uenit et defendit quod nichil ei debet nec unquam finem cum eo fecit nec per ipsum habuit predictum heredem nec per ipsum amota fuit de custodia ipsius Johannis. Et Johannes dicit quod fuit in custodia sua, et quod per finem quem cum eo fecit per predictos denarios habuit ipse Willelmus custodiam predicte terre et heredis, et inde ponit se super illos qui interfuerunt conuentioni inter eos facte. Postea quia ambo cognoscunt quod terra et heres fuerunt in manu Dom. Regis et quod per predictum Petrum[2], et idem Petrus hoc deaduocat ideo inquiratur de Johanne per quem habet ingressum in terram illam, et de Willelmo per quem ipsum heredem desponsauit.

777. Norf. Nota quod donatio facta uxori post fidem datam et occasione desponsationis non ualet non magis quam inter uirum et uxorem[3].

Petronilla que fuit uxor Willelmi de S. Martino tulit breue de noua disseisina coram iiij. iusticiariis ad hoc assignatis in comitatu uersus Willelmum Rusteng', Reginaldum de S. Martino et Willelmum de Aula de libero tenemento in Waterdena sicut patet in recordo quod iusticiarii liberauerunt, et quod iuratores cognouerunt. Et quia iuratores dicunt quod predictus Willelmus dedit terram illam eidem Petronelle die quo eam affidauit et occasione desponsationis subsequentis, et preterea illa nullam seisinam[4] nisi post fidem datam, Consideratur quod donum illud nullum est et quod nullum habuit ibi liberum tenementum occasione illius doni, et quod Willelmus et alii teneant in pace, et ipsa in misericordia. Plegii de misericordia etc.

778. Essex. Jurata xxiiij. ad conuincendum xij. uenit recognitura si Walterus filius Roberti iniuste et sine iudicio disseisiuit Julianam que fuit uxor Roberti filii Philippi de libero tenemento suo in Bocstede post primam coronacionem Dom.

[1] Peter de Rievaulx the king's favourite, now at the height of his power.

[2] Some words are missing.

[3] Bracton, f. 29, cites this case; *donum et feoffamentum illud ipso iure nullum.*

[4] Supply *habuit.*

Regis qui nunc est aput Westmonasterium[1] etc., et unde idem Walterus queritur quod predicti xij. falsum fecerunt sacramentum coram iusticiariis aput Colecestriam eo quod dixerunt quod predictus Walterus iniuste et sine iudicio disseisiuit ipsam Julianam.

Et Juliana uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia reuera Robertus filius Philippi quondam uir suus per tres annos antequam idem Robertus eam desponsasset dedit idem Robertus manerium de Bocstede Willelmo Britoni fratri suo[2] ita quod cyrographum inde factum fuit per breue de warancia carte, per quod testatum est quod predictus Robertus recognouit totum predictum manerium cum pert. esse ius[3] ipsius Willelmi ut illud quod habuit de dono suo in omnibus rebus, et pro hac[4] etc. idem Willelmus concessit ipsi Roberto et Juliane uxori sue et sorori ipsius Willelmi totum predictum manerium cum pert. habendum et tenendum ipsis Roberto et Juliane uxori sue et sorori ipsius Willelmi et heredibus ipsius Juliane etc. Et Willelmus Brito presens est | et dicit quod terra illa ei data fuit, et ipse fuit inde in [118.] seisina per tres annos antequam cyrographum factum esset et donec eam dedit in maritagium cum predicta Juliana sorore sua.

Et Walterus dicit quod idem Willelmus nunquam fuit inde in seisina, set die quo donum illud fieri debuit, si donum fuit, statim esset facta donatio de eodem manerio in maritagium cum ipsa Juliana et eodem die. Et dicit quod ipse fuit tunc in seisina et ante et post.

Post uenit Juliana et cognoscit quod die quo desponsata fuit, fuit ipse Walterus et quidam Alanus Gubant in seisina nomine firme et postea post[5] aliquod tempus, et quia idem Robertus obligatus fuit Judeis in debit' uenit idem Robertus et uendidit ipsi Willelmo manerium illud et ipse Willelmus satisfecit ipsis Waltero et Alano de termino suo, et manerium

[1] This I think must mean that the jury comes to Westminster. Henry was first crowned at Gloucester.

[2] Brother of Juliana. It seems likely that Juliana is stepmother of Walter and that the question is as to a settlement made by Robert in favour of a second wife.

[3] *ius* repeated.

[4] *pro hac recognicione* or the like.

[5] Corr. *per* (?).

illud tenuit in pace per duos annos donec illud dedit predictis et[1] Roberto et Juliane sorori sue secundum quod predictum est.

Et Walterus uenit et dicit quod si donum factum fuit per ipsum Robertum ipse Robertus nunquam exiuit a seisina nec ipse Willelmus umquam seisinam habuit nec die nec nocte etc.

Postea concordati sunt de licencia saluo iure Dom. Regis. Et est concordia talis quod predicta Juliana recognoscit totam predictam terram cum pert. esse ius ipsius Walteri et illam ei reddit in curia Dom. Regis etc. et pro hac etc. idem Walterus dedit ei etc. x. acr. bosci in bosco de Bocstede propinquiores bosco de Kingeswude per perticatam[2] racionabilem secundum quod boscus mensuratur in partibus illis, habendas et tenendas eidem Juliane et heredibus suis de predicto Waltero et heredibus suis reddendo inde per ann. quasdam cyrotecas uel unum denarium ad Pascha pro omni seruicio, et preterea idem Walterus ei dabit j. marc. redditus ad terminos subscriptos, scil. in festo Assump. etc. et prima solucio erit coram Abbate de Colecestria de quo littere fiant patentes, et omnes alie etc., et nisi reddantur distringantur etc. Et preceptum est uicecomiti quod etc. Post habent licenciam concordandi per tres marc. quas Walterus dabit et unde finis factus fuit coram capitali iusticiario[3].

779. [4]Assisa uenit recognitura si Johannes de Burgo et alii iniuste etc. disseisiuerunt Simonem filium Martini de libero tenemento suo in Lexendene post primam etc., et unde queritur quod disseisiuerunt eum de quodam molendino.

Et omnes preter etc. ueniunt etc. Et sciendum quod Johannes non uenit, sed Willelmus de Lexendene balliuus suus uenit et dicit pro Johanne quod si aliqua disseisina facta fuit non fuit facta per eum, quia ipse factum illud non aduocat, nec si per suos facta fuit non uenit aliquis ad ipsum ut hoc illi ostenderet ut ipse corigeret, et dicit quod nichil

[1] Om. *et*.
[2] A perch.
[3] Stephen Segrave.
[4] This and the four next cases have no marginal venue. All but one are novel disseisins. I think that they must be cases before justices of assize in the county of Lincoln. Not unfrequently a roll of assizes is bound up with a roll of the Bench.

clamat in molendino illo nisi ut capitalis dominus feodi illius.

Et super hoc uenit quidam Wyotus Marescallus et dicit quod reuera predictus Simon habuit quandam neptem et cum nepte illa dedit ipse Symon molendinum illud predicto Wyoto in maritagium tenendum de predicto Johanne capitali domino per seruicium v. sol. per ann. pro omni seruicio sine aliquo seruicio uel redditu quem retineret ad opus[1], et ita quod uenit ad curiam ipsius Johannis et dimisit se in plena curia et attornauit ipsos[2] ad faciendum seruicium suum predicto Johanni sine seruicio quod retineret ad opus suum. Et post mortem uxoris sue tenuit se in tenemento illo, et cum idem Symon eum eicere uollet[3] conuocauit uicinos[4] suos in auxilium ad retinend' seisinam suam. Et dicit quod molendinum illud est infra libertatem uille de Colecestria. Et ita testatum per burgenses de Colecestria etc. Et Wyotus dicit quod talis est consuetudo infra libertatem illam quod siue habuerit pueros[5] de uxore sua siue non quod maritagium ipsius et terra si quam habuerit descente'[6] iure hereditario uiro suo debent remanere ad uitam suam.

Et Symon per Nigellum de Ha*u*ekestona attornatum suum per iiij. milites quia languidus fuit dicit quod reuera antequam Gonnoram neptem suam duxisset in uxorem dedit ille molendinum illud ipsi Gonnore ad se consulend' tenendum de eo reddendo inde ij. marc. eidem Symoni et v. sol. predicto Johanni capitali domino, sub tali condicione quod si ipsa sine pueris decederet, quod molendinum illud reuerteretur ad ipsum Symonem et heredes suos, ita quod post mortem ipsius Gonnore posuit se in tenementum illud, et cepit inde expleta, et fuit inde in seisina donec predicti Johannes et alii eum disseisiuerunt, et inde ponit se super iuratam, et unde defendit quod nunquam se dimisit, et dicit quod misit ad ipsum Johannem quod hoc emendaret et hoc emendare noluit.

[1] Supply *suum*.

[2] Wyot and his wife Gonnora. This is a good illustration of the difference between a feoffment to hold of the feoffor and a feoffment to hold of the chief lord.

[3] Sic.

[4] *uicinos* substit. for *predictos* by annotator.

[5] *pueros* by annotator. The alleged custom is like that of Kent.

[6] Corr. *descendentem* (?). The wife's inherited land as contrasted with her maritagium.

Juratores dicunt quod predictus Symon fuit seisitus de molendino illo et illud tenuit ut ius suum, et reuera illud dedit predicte Gonnore ad se maritandum pro homagio et seruicio suo, et tenendum sibi et heredibus suis reddendo inde per ann. ij. marc. et ipsa tenuit molendinum illud per v. annos, et quando mortua fuit uenit idem Johannes et seisiuit molendinum illud in manum suam sicut capitalis dominus
[113 b.] saluo iure cuiuslibet. | Et quesiti utrum ipsa Gonnora redderet v. sol. qui debebantur de eodem molendino capitali domino scil. Johanni de Burgo uel ipse Symon, dicunt quod ipsa Gonnora. Et eciam quesiti si aliquid sit a retro ipsi Symoni de redditu annuo ij. marc. post mortem ipsius Gonnore, dicunt quod non quia dies solucionis nondum aduenit et ideo ipse de nullo redditu disseisitus est. Et Symon quesitus utrum questus est de molendino uel de redditu predicto, dicit quod de redditu[1]. Et quia nichil clamat nisi redditum et ei nichil aretro est, Consideratum est quod Simon nichil capit per assisam illam et sit in misericordia pro falso clamore. Et Johannes et alii inde quieti, quia nullam disseisinam fecerunt, eo quod nichil inde asportauerunt nec molturam impediuerunt[2]. Et molendinum remaneat hered' Gonnore secundum proportum carte de feoffamento Gonnore. Et carta reddatur Benedicto fratri ipsius Gonnore. Et Symon remaneat in seisina de redditu duarum marc. Plegii de carta reddentur[3] si alii propinquiores heredes appareant quam predictus Benedictus, Ricardus filius Marciani et Ricardus Ha*uing*.

Et sciendum quod assisa predicta capta est per sex de uilla de Colecestria propter libertatem uille eo quod tenementum est infra libertatem uille, et per sex forinsecos.

780. Assisa uenit recognitura si Rannulfus de Blakewella iniuste etc. disseisiuit Johannem filium Thome de Blakewella de libero tenemento suo in Quappelode post primam etc.

[1] Seemingly Simon is driven into claiming rent instead of land.

[2] The lord on his tenant's death is entitled to take a simple seisin of the land so as to manifest his right; but he must take nothing from the land and do no harm. See Stat. Marlb. c. 16.

[3] Corr. *reddenda*. The husband's claim fails, probably because there was no issue of the marriage.

Eadem assisa per eosdem recognitores uenit recognitura si idem Radulfus[1] iniuste etc. disseisiuit Herbertum de Blakewella de libero tenemento suo in eadem uilla post primam etc., unde alter ipsorum disseisitus est de vij. acr. et alter de iiij. acr.

Et Rannulfus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia dicit reuera Thomas pater ipsorum fecit quandam carta[2] de tenementis unde uisus factus est predictis Johanni et Herberto set ipsi nunquam fuerunt in seisina[3] Thom' obiit inde seisitus, et inde ponit se super assisam.

Et Herbertus dicit quod ipse per duos annos ante mortem predicti Thome patris sui fuit ipse inde in seisina ita quod assignata fuit quedam berkeria nomine illius tenementi, et de tenemento illo fecit uoluntatem suam et semper fuit in seisina donec fuit per ipsum Rannulfum disseisitus, et cepit inde expleta etc.

Et Johannes dicit quod ipse Thomas per v. annos ante mortem suam dedit ei quoddam tenementum aliud ab eo unde assisa arramiata est, et ipse inde fuit in seisina per iiij. annos et amplius usque ad tempus quod idem Thomas escambiauit ei terram illam pro quadam alia terra et quodam prato unde assisa arramiata etc., et dicit quod de escambio illo fuit ipse in seisina in uita patris sui, ita quod arare fecit et excolere quandam forreram que circumcingit pratum quoddam quod ei datum fuit in escambium, et quod fuit sic in seisina ponit se super patriam.

Juratores dicunt quod predictus Thomas dedit Johanni filio suo v. acr. terre per v. annos ante mortem suam et quoddam pratum, ita quod terram illam excoluit, et ibi edificauit, et postea ante mortem ipsius Thome uenit idem Thomas et escambiauit ei terram illam pro vij. acr. terre unde assisa arramiata est quas ei dedit in escambium, et cepit in manum suam terram quam prius ei dederat, et hoc fuit anno preterito proximo circa Assumptionem. Set dicunt quod ipse nulla expleta[4] nisi quod pauit herbagium in eadem

[1] Sic.
[2] Corr. *cartam*.
[3] *fuerunt in seisina* substit. by annotator for *ipsius*. After *seisina* should follow *quia Thomas obiit*.
[4] Supply *cepit*.

terra cum aueriis suis. Et dicunt quod idem Thomas semper immisit aueria sua et pauit herbagium suum sicut prius, et ita quod nullam seisinam habuit, quia idem Thomas non exiuit a seisina. Et ideo consideratum est quod Rannulfus inde quietus et Johannes in misericordia. pauper.

Dicunt eciam quod idem Thomas dedit predicto Herberto circiter iiij. acr. tam de prato quam de terra per duos annos ante mortem suam, et idem Herbertus terram illam excoluit et bladum uendidit, set Thomas pater suus semper cariauit fenum quod creuit in prato illo in curiam suam et inde fecit uoluntatem. Et ideo consideratum est quod Herbertus recuperauit seisinam suam de terra unde cepit expleta[1], non capit per assisam illam de prato unde nulla cepit expleta et sit in misericordia pro falso clamore. Et Rannulfus finem fecit per j. marc. pro misericordia per plegios sufficientes, et Herbertus pauper est. dampna j. marc.

De prato nichil recuperauit quia pater cepit fena et fecit inde uoluntatem suam.

781. Assisa uenit recognitura si Henricus Abbas de Kirkestede iniuste etc. disseisiuit Radulfum Basset de libero tenemento suo in Medingeham post primam etc., et unde queritur quod disseisiuit eum de quodam prato quod iungit se cuidam terre arabili ipsius Abbatis, et quod idem Abbas arare fecit partem ipsius prati et ocupauit sibi plusquam ad ipsum pertinet habendum.

Et Abbas uenit et dicit quod in nullo eum disseisiuit quia nichil habet quod non habuit ex antiquorum[2] de donacione antecessorum ipsius et unde mete et bunde posite sunt, et dicit quod si conuersi[3] sui aliquid inde fecerunt hoc non est per eum, et si ita esset et hoc esset ei ostensum ipse hoc facere emendare[4], set si aliquid factum sit hoc non
[114.] fuit ei ostensum, et unde | dicit quod ipse nullam fecit disseisinam si aliqua facta fuit.

Et Radulfus dicit quod Abbas hoc bene sciuit et hoc fuit ei ostensum, et dicit quod bladum asportatum fuit ad grangiam ipsius Abbatis.

Juratores dicunt quod caruce ipsius Abbatis de Linde-

[1] The annotator adds *et pater donator nichil.* After *cepit expleta* read *et nichil* instead of *non.*

[2] Sic.

[3] The lay brethren.

[4] Corr. *faceret emendari* (?).

woude arauerunt pratum Radulfi, unde antecessores sui fuerunt in seisina per aliquem locum circiter duos pedes et dim. et alicubi plus alicubi minus. Et quesiti si Abbas hoc sciuit, dicunt quod nesciunt, set bene sciunt quod monachi et conuersi ipsius Abbatis fuerunt ad uisum faciendum. Et quia ipsi hoc non ostenderunt Abbati, capiat se Abbas ad eos, quia ipsum inde certificare deberent. Et quia dicunt quod pratum ita aratum est et quod nulle sunt bunde, et quod Abbas anno preterito asportari fecit bladum, Consideratum est quod Radulfus recuperauit seisinam suam per uisum recognitorum, et Abbas in misericordia, et preceptum est quod fiant certe bunde. Dampna v. sol.

Nota quod si balliui alicuius et seruientes non ostendant domino suo disseisinam esse factam cum dixerit quod nichil inde sciuerit non excusatur dominus cum sui hoc sciuerint. Idem de monachis obedientiariis[1].

782. Nicholaus de Piselegha et Amabilis uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum Alexandro de Hiltona quare non permittunt eum presentare idoneam personam ad ecclesiam de Wllingeham que uacat et ad suam spectat donacionem etc., et unde queritur[2] iniuste eum impediunt quia ecclesia illa accidit ad partem uxoris sue de heredibus[3] Hugonis de Verly fratris ipsius Amabilis et uxoris sue, et dicit quod ecclesia de Wyuelestede accidit ad partem ipsius Amabilis uxoris ipsius Nicholai.

Et Nicholaus pro se et Amabili uxore eius cuius loco ponitur uenit et dicit quod ecclesia non uacat, quia quidam est inde persona, et preterea dicit quod non tenet aduocacionem illam totam in proparte, quia medietas[4] illius cum omnibus pertinenciis suis ad quod aduocacio illa pertinet data fuit ei ante mortem ipsius Hugonis, unde in illa medietate nichil clamat in proparte, et alia medietas postea accidit ut in proparte, et unde dicit quod habet totum manerium illud cum pertinenciis suis, et unde dicit quod iniuste ipsum non impedit.

Et Alexander dicit quod predicti Nicholaus et Amabilis habent aliam ecclesiam de Wuuelestede et que accidit ad partem suam, et dicit quod ista accidit[5] ad partem suam. Et quia Nicholaus et Amabilis dedicunt propartem illam et

[1] See Br. f. 204, 204 b.
[2] Supply *quod.*
[3] Corr. *hereditate* (?).
[4] Supply *manerii.*
[5] *quod ista accidit* repeated.

dicunt quod habent predictam aduoc'[1] ecclesie de Wullingeham ut de feoffamento, et partem in proparte, et Alexander nichil ostendit quod sit de proparte[2] non dedicit feoffamentum, Consideratum est quod Nicholaus et Amabilis inde quieti, et Alexander in misericordia, et perquirat sibi per aliud breue si crediderit se ius inde habere.

783. Assisa uenit recognitura si Martinus filius Gileberti iniuste etc. disseisiuit Alexandrum de Frochingeham et Robertum de Alkeby de libero tenemento suo in Buringeham post primam etc., et unde queruntur quod disseisiuit eos de una rouata[3] terre et dim.

Et Martinus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia reuera ipsi nunquam fuerunt in seisina de eadem terra in dominico, nisi tantum de seruicio, quia terra illa fuit cuiusdam Ade Crane qui illam tenuit libere de predictis Alexandro et Roberto, et ipse quandam partem uendidit cuidam Gileberto patri suo, et ipse Gilebertus illam dedit per duos annos ante mortem suam ipsi Martino, et aliam partem habuit ad terminum, et post terminum completum uenit idem Martinus et optulit ei terram[4] quam habuit ad terminum, et ipsi eam recipere noluerunt.

Et Alexander et Robertus dicunt quod terra illa fuit uillenagium suum, et ipsi fuerunt inde in seisina donec eos disseisiuit.

Juratores dicunt quod predictus Martinus et Gilebertus pater ipsius tenuerunt totam terram illam ad terminum in[5] nullam partem in feodo et post terminum illum completum uenerunt ipsi Alexander et Robertus et posuerunt se in terram illam ut in ius suum, et postea uenit idem Martinus et eiecit eos, et ipsos inde disseisiuit iniuste sicut breue dicit quia terra illa fuit ius ipsorum. Et ideo consideratum est quod Alexander et Robertus recuperauerunt seisinam suam, et Martinus in misericordia[6]. Quia testatum est per iuratores quod uenit cum armis ad disseisinam faciendam. pl'[7] de misericordia etc. dampna iij. marc. et dim.

[1] *predictam* interlined. Corr. *habent partem predicte aduocacionis*.
[2] Supply *et*.
[3] Corr. *bouata*.
[4] *terram* repeated.
[5] Corr. *et*.
[6] Perhaps there should be no stop here.
[7] *plegius* or *plegii*.

DE TERMINO S. MICHAELIS ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS XVIJ°. INCIPIENTE XVIIJ°.[1]

784. [2]Symon de Toftes per attornatum suum petit uersus Adam de Stagno et Thomam Picher quod faciant ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debent de tenemento quod de eo tenent in uillenagio in Toftes. Norf.

Et ipsi ueniunt et cognoscunt quod uillani sunt. Et Symon concedit eis quod teneant tenementa sua faciendo inde seruicia que pertinent ad uillenagium, ita tamen quod non dent plus in auxilium ad festum S. Mich. nec per annum quam duodecem denarios scilicet quilibet ipsorum et hoc nomine tallagii.

785. [3]Prior de Wallinham[4] summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quare impedit eum presentare idoneam personam ad ecclesiam de Bedingeham | que uacat et ad suam spectat donacionem. Et Prior non uenit etc., et summonitus etc. Et quia tempus breue est et quia ecclesia uacat, de consilio curie distringatur quod sit a die[5] etc. per terras et catalla. Norf. [114 b.]

786. [6]Ricardus filius Stephani attachiatus fuit ad respondendum Eue de Breusa quare leuauit quoddam mercatum in Deretemuwe ad nocumentum mercati sui de Tottenesse, et quare capi fecit consuetudines et namium apud Deretemuwe contra libertatem eiusdem uille que capi solent aput Tottenesse. Et bene queritur quod naues et mercandise que uehi deberent et portari aput Tottenesse arestantur aput Deretemuwe, et ibi dant consuetudines suas que dari deberent et solent apud Tottenesse, et unde dicit quod postquam heredes Willelmi de Breusa extiterunt in manu Dom. Regis leuatum est mercatum illud, unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam c. sol. et inde producit sectam. Deuon.

[1] For this term A=Coram Rege Roll 40.
[2] A. m. 1.
[3] A. m. 1.
[4] Walsingham. Monast. vol.6, p.71.
[5] A month from Michaelmas and it is now the octave. A.
[6] A. m. 2 d.

Et Ricardus uenit et defendit uim et iniuriam, et cognoscit quod quoddam mercatum leuauit apud Deretemuwe de licencia Dom. Regis per cartam suam quam profert et que hoc testatur nisi sit ad nocumentum uicinorum mercatorum, et dicit quod illud non est ad nocumentum aliorum mercatorum, et defendit contra ipsam et sectam suam quod nullas consuetudines nec namium capi fecit aput Deretemuwe. Et ideo uadiet legem, et ueniat cum lege se xij^{ma}. manu in Oct. etc.

De mercato ad iudicium pro carta Dom. Regis.

Postea uenit Ricardus et dat j. marcam Dom. Regi per sic quod inquiratur si mercatum de Dertemuwe sit leuatum ad nocumentum mercati illius de Tottenesse, et per consilium iustic'[1] preceptum est quod inquiratur. Et preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus uenire faciat xij. et per eorum sacramentum etc. et si predictum mercatum leuatum sit ad nocumentum alterius mercati uel non, et si ad nocumentum, tunc quale nocumentum ibi fuerit. Et inquisicionem habeat in Oct. etc. per litteras et per duos etc.

787. Oxon. [2]Henricus Vinitarius et Amma[3] uxor eius per attornatum suum petunt uersus Robertum de Lidingtona tres uirg. terre cum pert. in Estona et in Cote ut ius ipsius Amme, et in quam[4] idem Robertus non habet ingressum nisi per Philippum de Mawertin fratrem predicte Amme cuius heres ipsa Amma est et qui eas ei dimisit ad terminum qui preteriit, et unde predicta Amma dicit quod predictus Philippus fuit inde seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Regis Ricardi etc. Et Robertus presens est et uocat inde ad warantum Godefridum filium suum ea racione quod idem Godefridus fuit filius et heres Dyonisie et terra illa hereditas ipsius Dionisie uxoris sue[6] et ipse illam tenere debet ad uitam suam secundum consuetudinem Anglie etc.

Nota quod ille qui tenet ad uitam suam per legem Anglie non potest respondere sine herede ad quem terra[5] reuersura est post mortem suam.

Et Godefridus uenit et ei warentizat sicut terram illam

[1] *Domini Justic'* A; in the notebook *Domini* is expuncted.
[2] A. m. 2 d. This case is Fitz. *Voucher*, 279.
[3] *Auma*, A throughout.
[4] *quas*, A.
[5] *terra* repeated.
[6] *uxoris sue* interlined; in A these words come before *et terra illa*.

que fuit hereditas Dionisie matris sue et que descendit ei de antecessoribus ipsius Dionisie, et defendit ius suum et talem ingressum et dicit quod non habuit ingressum per ipsum Philippum, nec Philippus unquam seisinam habuit, nec aliquis antecessorum suorum, quia ipse et antecessores sui semper fuerunt inde in seisina a tempore Henrici Regis aui et ante, et descendit de antecessore[1] usque ad predictam Dyonisiam.

Post uenit Godefridus et dicit quod quidam Galfridus auus suus tenuit terram illam tempore H. Regis aui et ante per magnum tempus, et ita quod idem Philippus nunquam seisinam habuit nisi nomine firme, et ita quod ipsa Dionisia disracionauit terram in comitatu ut ius suum uersus predictum Philippum qui illam habuit ad firmam dum idem Galfridus fuit in terra Jerosolimitana, et quod ita sit ponit se in magnam assisam Dom. Regis, et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam sicut illam que ei descendit de predicto Galfrido auo suo an predicti Henricus et Amma sicut in illa que ei descendit de predicto Philippo fratre ipsius Amme[2]. Dies datus est etc.

788. [3]Archidiaconus Suffolchie attachiatus est ad respondendum Rogero filio Osberti quare tenuit placitum in curia cristianitatis de layco feodo ipsius Rogeri in Houtona contra prohibicionem etc. Et Prior de Buttelegha alias attachiatus fuit ad respondendum quare secutus fuit placitum illud, ita quod defendit quod illud non fuit secutus, et ita quod legem uadiauit, et habuit diem ad diem istum et uenit cum lege et fecit legem suam. Et ideo consideratum quod Prior inde sine die, et Rogerus in misericordia, attornatus suus custodiatur. Et quia conuictum est quod Prior nullum placitum secutus est et ideo manifestum est quod Archidiaconus nullum placitum tenuit et ideo ipse sine die. Postea finem fecit

Suff.

Responsio quod ubi nullum placitum secutum est nullum tenetur ubi nemo sequitur[4].

Falsus attornatus arestetur.

[1] Supply *in antecessorem*, A.

[2] Br. f. 320. Grand assize in a writ of entry. The day is given for the election of recognitors. A.

[3] A. m. 3.

[4] *nullum placitum secutum est* must mean that no plea is being sued. Bracton, f. 410 b, discusses this point. It is agreed that if the person accused of sueing the plea makes his law this acquits the ecclesiastical judge, *cum non sit qui teneat placitum cum non sit qui sequatur*. Some however hold, but Bracton does not agree with them, that the judge by proving that no plea has been held does not prove that no plea has been sued.

Rogerus per attornatum suum per xl. sol. per plegium Hamonis Chuere.

789. Wilton. [115.] [1]Laurencius de Burtona petit uersus Walerandum de Bluntesduna quod faciat ei consuetudines et recta seruicia | que ei facere[2] de libero tenemento suo quod de eo tenet in Blundesduna ut in scutagiis et aliis etc., et unde dicit quod cum teneat de feodo suo octauam partem feodi j. militis et preterea cum teneat v. acras terre cum pert. in eadem uilla, et unde reddere ei debuit per annum seruicium v.[3] den., aretro ei est de seruicio illo v. sol. de x. annis, et preterea ei aretro est de feodo predicto scustagium[4] octaue partis feodi j. militis[5] de Bedefordia, de Monte Gomerici, de Eluein, de Bictauia[6] et de Brittannia et de Keri unde deterioratus est ad ualenciam c. sol. etc.

Et Walerandus uenit et defendit uim et iniuriam et cognoscit quod tenet de feodo suo et quod tenet terram de eodem in eadem[7], set non debet ei nisi tres denarios per annum et de predicto feodo non debet ei nisi seruicium decime partis feodi j. militis, et preterea[8] quod dicit quod ei tantum aretro est dicit ipse quod non tenuit feodum illud nisi sex annis elapsis, [9]quod nichil amplius ei debet ponit se in magnam assisam Dom. Regis, et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam et tenementum illud per seruicium decime partis feodi j. militis et trium den. per ann. sicut ipse cognoscit uel per seruicium octaue partis feodi unius militis et vj. den per ann. sicut idem Laurencius ab eo petit. Dies datus etc.

Nota magnam assisam de superdemanda seruicii.

790. Midd. [10]Willelmus le Franceis pro se et Juliana uxore eius cuius loco ponitur petit uersus Willelmum Herlicun xl. acr. terre cum pert. in Kensingtona ut ius ipsius Juliane, et in quas non habet ingressum nisi per Basiliam sororem ipsius Juliane que terram illam ei dimisit ad terminum qui preteriit etc., et unde dicunt quod dimisit ei ad terminum uite ipsius Basilie.

[1] A. m. 3.
[2] Supply *debet*, A.
[3] Corr. *vj*, A.
[4] Corr. *scutagium*, A.
[5] Supply *de Biham*, A. The first scutage of the reign.
[6] Corr. *Pictauia;* but A had originally *Britauia*.
[7] Supply *uilla*, A.
[8] Supply *de eo*, A.
[9] Supply *et*, A.
[10] A. m. 5.

Et Willelmus uenit et dicit quod tulerunt super eum assisam mortis antecessoris et unde assisa iam arramiata est. Et Willelmus et Juliana se retrahunt de breui illo de assisa mortis antecessoris[1], et ideo ipsi et plegii sui de prosequendo in misericordia. Querantur nomina[2]. Et sequi uolunt breue de ingressu.

Et in crastino uenit[3] et dicit quod nullum habet ingressum per ipsam Basiliam ad terminum, immo dicit quod terram illam tenet in feodo et de dono Alexandri Mercennarii per cartam suam quam profert et que hoc testatur et unde dicit quod predicta Basilia reddidit terram illam Roberto de Ver Comiti Oxonie, et ipse postmodum feoffauit ipsum Alexandrum per cartam suam quam profert et que hoc testatur. Et Alexander presens est et hoc totum cognoscit. Et quia Willelmus profert cartam de feoffamento, et Alexander profert cartam de feoffamento Comitis, et Willelmus et Juliana nullam sectam producunt, nisi simplicem uocem suam, nisi unum testem qui nichil dicit, ideo consideratum est quod Willelmus Herlicun quietus recedat de hoc breui et Willelmus in misericordia. Et perquirat sibi per breue de recto si uoluerit, etc.

791. [4]Ricardus de Pauleshost[5] summonitus fuit ad respondendum Willelmo Kuckewel quare distringit eum ad faciend' ei consuetudines et seruicia que de iure facere non debet nec solet, et unde dicit quod cum non debeat ei de eodem tenemento nisi seruicium forinsecum quantum pertinet ad unam uirgatam terre et dim. et quartam partem unius uirgate terre cum pert. in eadem uilla ipse exigit ab eo et distringit eum pro seruicio quantum pertinet ad tres uirgatas terre integre, et preterea distringit eum ad reddendum ei xx. sol. de redditu. Wilton.

Et Ricardus uenit et dicit quod nullum tenementum de eo tenet, set reuera tradidit ei et uendidit quandam custodiam usque ad terminum xiiij. annorum, unde ei reddere

Nota quod ubi breue non loquitur de aliquo tenemento de seruiciis et consuetudinibus cadit breue et inplacitatus sine die[6].

[1] Basilia did not die seised.
[2] The names of the pledges to prosecute.
[3] William Herlicun.
[4] See Appendix to this volume.
[5] *Paulesholt*, A.
[6] Corr. *ubi breue de seruiciis et consuetudinibus non loquitur de aliquo tenemento* etc.

debuit singulis annis xx. sol., et unde reddidit ei pre manibus redditum vj. annorum, set nichil inde ostendit, cyrographum nec scriptum. Et quia breue non loquitur de aliquo tenemento, nec libero, nec alio, ideo consideratum est quod Ricardus quietus de hoc breue, et Willelmus in misericordia.

792. Midd. [1]Radulfus de Lock[2] attachiatus fuit ad respondendum Willelmo de Dun' quare non tenet ei conuentionem inter eos factam de xl. acris terre cum pert. in Herdingtona, et unde queritur quod cum tradidisset ei terram illam ad firmam et ad terminum v. annorum pro xxxvj. sol. per annum idem Radulfus infra terminum suum uenit et exegit tallagium ab hominibus terram illam tenentibus, et eos amerciauit et fena inde asportauit et infra terminum suum contra conuentionem illam, unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam c. sol. |

[115 b.] Et Radulfus uenit et cognoscit conuentionem et totum, et dicit quod talis fuit conuentio inter eos quod si Willelmus non[3] teneret terminos suos quod bene liceret Radulfo ponere se in terram illam et illam uendere alteri uel inuadiare et commodum suum inde[4] facere, et reuera soluit ei redditum de primo anno et postea cessauit in solucione per duos annos, et ideo terram illam cepit[5] in manum suam per predictam conuentionem. De tallagio uero dicit quod quando maritauit filiam suam primogenitam tunc de consensu ipsius Willelmi exegit auxilium, et illud habuit per preceptum Dom. Regis, et dicit quod ei aretro sunt de termino illo redditus duorum annorum scil. lx. et xij. sol.

Et Willelmus dicit quod nichil ei aretro est, et quod reuera soluit capitalibus dominis pro eodem Radulfo xx. sol. et preterea idem Radulfus cepit de eadem terra ad ualenciam lvj. sol. et plus, et ita quod nichil aretro est, et si aliquid aretro est, computabit uersus eum et per uisum proborum hominum ei satisfaciet ita quod Radulfus ei satisfaciat si ipse teneatur in aliquo. Et quia idem Willelmus dicit quod ipse Radulfus inplacitat eum de eadem conuentione in curia

[1] A. m. 10 d.
[2] *Lech*, A.
[3] *si* and *non* interl. by annotator; *quod nisi idem Will.* A.
[4] *inde* interl. by annotator; not in A.
[5] *cepit* interl. by annotator; *ideo cepit terram*, A.

cristianitatis, prohibitum est Radulfo quod ipsum non inplacitet, et quod ipsum non placitabit inuenit plegios istos scil. Radulfum filium Johannis de Lecohe[1] et alios. Postea concordati sunt, et Willelmus dat Radulfo duas marcas pro omnibus conuentionibus remittendis, tam in foro ecclesiastico quam alibi, et soluet denarios istos ad festum Omn. Sanc. aput Westmonasterium.

793. [2]Rogerus de Saxlingeham et Robertus filius suus summoniti fuerunt ad respondendum Symoni de Nodariis quare non permittunt eum presentare idoneam personam ad ecclesiam de Saxlingeham, que uacat ut dicitur etc., unde dicit quod cum presentationem suam iam v. annis elapsis recuperasset uersus eos ad medietatem illius ecclesie per assisam ultime presentationis, ipsi eum inpediunt etc. Norf.

Et Rogerus et Robertus ueniunt et cognoscunt quod ipse Symon recuperauit uersus eos presentationem suam ad medietatem eiusdem ecclesie, et de alia medietate tulit idem Symon uersus eos breue de recto unde habent diem hic. Et ideo mandauit[3] Episcopo Norwicensi quod non obstante reclamatione ipsorum Rogeri et Roberti ad presentationem ipsius Symonis clericum admittat ad predictam medietatem, et de altera medietate procedat placitum de recto.

794. [4]Emma que fuit uxor Reginaldi de Bradebroc petit uersus Abbatem de Abbenduna terciam partem dim. hyde terre cum pert. in Garefordia ut dotem suam etc. ita quod Abbas respondit quod non debuit inde dotem habere quia predictus Reginaldus tenuit in uillenagio, et ita quod posuerunt[5] super quandam inquisicionem. Et preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret xij. coram iusticiariis aput Westmonasterium per quos etc. ad recognoscendum etc. Et ipsi dicunt super sacramentum quod predictus Reginaldus tenuit in uillenagio quia non potuit filiam suam maritare sine mercheto, et ita maritauit quandam Dionisiam, et dedit pro ea Abbati dim. marcam, et preterea Abbas potuit eum taylliare, et preterea ipse habuit quatuor filios et iunior ipsorum remansit in terra Berck.

[1] *Lecche*, A.
[2] A. m. 11.
[3] Corr. *mandatum est; mand'*, A.
[4] A. m. 13 d.
[5] Supply *se*, A.

illa sicut in uillenagio et tres alii ceperunt terram alibi ubi potuerunt[1]. Et ideo consideratum est quod Abbas inde quietus et Emma in misericordia, et nichil capit per inquisicionem istam etc.

795. Suff. [2]Robertus filius Willelmi de Bronfordia pro se et Johanne et Symone fratribus suis quorum loco etc. petit uersus Rogerum filium Willelmi de Brunfordia tres partes xxxiij. acr. terre cum pert. in Sproutona, et uersus Osbertum filium Ade tres partes duarum acr. et j. rode terre cum pert. in eadem uilla, et uersus W.[3] de Bosco et Roysiam uxorem suam tres partes trium rodarum terre cum pert. in eadem uilla[4], et uersus Robertum de Stonbrug' tres partes duarum acr. terre cum pert. in eadem uilla, et uersus Willelmum Fultonem tres partes j. acr. terre cum pert. in eadem uilla, et uersus Robertum de Hastinges tres partes j. acr. terre cum pert. in eadem uilla et[5] racionabilem partem ipsorum que eos contingit de hereditate Willelmi patris ipsorum Roberti et Rogeri et aliorum[6] etc.

Si terra partibilis uel non quia tenetur per seruicium militare, uel partibilis quia in socagio, inquisitio.

Et omnes ueniunt et uocant inde ad warantum predictum Rogerum de Brunfordia qui presens est et eis warentizat et dicit quod non debet eis respondere, quia terra illa non est partibilis[7] unquam fuit partita quia tenet terram illam per seruicium militare et inde reddit de scutagio cum euenerit x. den. ad xl. sol. et ad plus et ad minus etc., et inde ponit se super patriam.

Et Robertus dicit quod terra illa socagium est et terra partibilis et partita fuit inter predictum Willelmum patrem ipsorum et quendam Adam fratrem suum et inde ponit se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus placitorum corone uenire faciat xij. etc. et per eorum sacramentum diligenter inquirat si terra illa unquam partita esset inter aliquos qui essent de

[1] The Borough English custom seems regarded as a note of villein tenure.

[2] A. m. 13 d. This case is Fitz. *Voucher*, 280.

[3] *Willelmum*, A.

[4] Supply *et uersus Thomam Testepin tres partes ij. acr. terre cum pert. in eadem uilla*, A.

[5] Corr. *ut*.

[6] The *alii* are John and Simon the co-plaintiffs of Robert.

[7] Supply *nec*, A.

eodem stipite ut soccagium[1], uel si non fuit partita sicut illa quam ipse Rogerus et antecessores sui tenuerunt per seruicium militare, et ueniat inquisicio a die etc. per litteras et per duos. Postea[2] a die etc. uenit inquisicio que talis est quod predicta terra nunquam fuit partita temporibus aliquorum antecessorum eorum, et quod predictus Rogerus et antecessores | sui terram illam tenuerunt per seruicium militare, [116.] et dederunt et dant ad scutagium quando est ad xl. sol. dim. marcam. Et ideo consideratum est quod tenentes teneant in pace, et Robertus in misericordia.

796. [3]Hugo Wack optulit se iiij^to^. die uersus Margeriam de Suht. Feritate et Willelmum de Percy de placito quod sint ad computandum simul cum Alicia de Moun et predicto Hugone super xviij. lib. terre que ipsi Hugoni desunt de racionabili parte sua que eum contingit de terris que fuerunt Willelmi Briwere etc., et unde idem Hugo queritur quod predicti Margeria Willelmus et Alicia plus habent quam ad ipsos de iure pertinet habendam[4] etc. Et ipsi non uenerunt etc. Judicium attachientur quod sint a die etc.

797. [5]Johannes filius Galfridi summonitus fuit ad responden- Essex. dum Henrico de Kemeseck quare non permittit eum presentare iodoneam[6] personam ad ecclesiam de Esttilburia que uacat et ad suam spectat donationem ut dicit, et unde idem Henricus queritur quod cum nuper recuperauit aduocationem illam per defaltam uersus Rogerum de Daunteseia et Matillidem uxorem eius in curia Dom. Regis aput Westmonasterium, ipse impediuit eum presentare, ita quod per inpedimentum illud deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam c. sol.

Et Johannes uenit et dicit quod iuste impedit, quia ecclesia illa pertinet ad quoddam hospitale de Tilleburia quod Galfridus pater suus fecit de perquisito suo, et perquisitum patris sui ei[7] remansit per finem factum in curia Dom.

[1] It seems to be assumed that as a general rule socage is partible.
[2] Postea from Hilary term.
[3] A. m. 14.
[4] *habendum*, A.
[5] A. m. 14.
[6] *idoneam*, A.
[7] By the fine John Fitz Geoffrey kept the land *purchased* by his father Geoffrey Fitz Peter, Earl of Essex. Maud wife of Roger Dauntsey is John's half-sister. Dugd. *Baron.* vol. 1, p. 705.

Regis inter ipsum et Rogerum de Daunteseia et Matillidem uxorem eius per cyrographum quod profert et quod testatur quod predicti Rogerus et Matillis recognouerunt totum residuum omnium terrarum et tenementorum[1] in cyrographo et que Johannes tenuit de hereditate uel de perquisito Galfridi filii Petri patris ipsorum Johannis et Matillidis ubicumque fuerunt, esse ius ipsius Johannis, et preterea predicti Rogerus et Matillis concesserunt pro se et heredibus ipsius Matillidis quod idem Johannes et heredes sui habeant omnes terras et tenementa que perquirere poterunt uersus omnes qui aliquid inde tenent de hereditate uel de perquisito predicti Galfridi filii Petri etc. Et Johannes quisitus[2] quomodo hospitale illud fuit perquisitum Galfridi filii Petri, dicit quod tenementum ubi hospitale illud constructum est fuit cuiusdam Clementis de Monasterio qui tenuit tenementum suum de eadem ecclesia. Et Clemens presens est et dicit quod idem Galfridus ui abstulit ei terram illam. Et Johannes bene cognoscit quod aduocatio ecclesie illius pertinet ad Plessetum[3].

Et Henricus uenit et petit inde iudicium, et dicit quod tam ecclesia quam hospitale pertinent ad Plessetum, et petit iudicium suum desicut recuperauit aduocationem illam. Et quia idem Johannes cognoscit quod tenementum illud ubi hospitale constructum est fuit tenementum pertinens ad ecclesiam illam de Tilleburia, et preterea cognoscit quod ecclesia pertinet ad Plessetum, et quia manifestum est quod nichil iuris ibi habet per cyrographum, Consideratum est quod Henricus habet[4] seisinam presentationis, et Johannes in misericordia, et Henricus habeat breue ad Episcopum Londoniensem, et Johannes reddat ei dampna sua.

798. Oxon. [5]Willelmus Buzun et Margeria uxor eius cuius loco etc. optulit se iiij^to^. die uersus Thomam de Haya et Alexandram uxorem eius et Eustacium de Grenuilla et Johannam uxorem eius de placito assise ultime presentationis quam idem Eustachius et Johanna et alii arramiauerunt uersus eos de

[1] Supply *contentorum*, A.
[2] *quesitus*, A.
[3] Pleshey, where is the castle of the Earls of Essex.
[4] *habeat*, A.
[5] A. m. 14.

ecclesia de Faringefordia. Et Thomas et Alexandra non uenerunt. Et Eustachius uenit et dicit quod non wlt sequi. Et ideo Willelmus et Margeria inde quieti, et Eustachius et plegii de prosequendo in misericordia. Et super hoc uenit Prior de Coges qui est de domo de Fiscampo[1] et dicit quod ipse presentauit ultimam personam ad eandem ecclesiam quendam Robertum Luuel qui ad presentationem suam fuit admissus, et dicit quod Robertus le Picher qui ultimo obiit persona presentatus fuit tempore gwerre[2]. Et Willelmus et Margeria dicunt quod presentauerunt ipsum Robertum post gwerram per longum tempus scil. tempore[3] quo concilium generale celebratum fuit aput Oxoniam tempore S.[4] Cantuariensis Archiepiscopi et tempore pacis et inde ponunt se super iuratam. Et Prior similiter. Set assisa ponitur in respectum usque ad diem etc. pro defectu recognitorum, et quia omnes inutiles sunt [5]. Et ideo uicecomes faciat uenire ad diem illum omnes illos quorum nomina Milo Clericus habet ad fac' etc., et hinc inde concessum est quod assisa capiatur siue uenerint siue non. Ad diem illum uenit assisa etc. Juratores dicunt quod quedam Margeria que terram illam tenuit in dotem presentauit quendam Robertum Luuel xl. annis elapsis et eo amplius, et post mortem cuiusdam Roberti Picher uiri ipsius Margerie uenit ipsa Margeria et mouit contentionem uersus eundem Robertum Luuel, ita quod concessit Roberto Picher filio ipsius Margerie duos sol. nomine pensionis, et mortuo ipso Roberto Luuel uenerunt ipsi Willelmus et Margeria et presentauerunt ad uicariam et ad presentationem ipsorum fuit admissus. Et ideo consideratum est quod Willelmus recuperauit seisinam suam, et Prior in misericordia, et Willelmus habeat breue ad Episcopum Lincolniensem[6] etc. |

799. [7]Magister Vincencius de Bec uadiauit quandam legem uersus Aliciam de Trubleuilla de placito prohibicionis de hoc [116 b.] Norf.

[1] Priory of Coggs, Oxfordshire, a cell of the Abbey of Fécamp. Monast. vol. 6, p. 1003. Gall. Christ. vol. 11, col. 201.

[2] 1215—7.

[3] 17 Ap. 1222. The council which burned the apostate deacon.

[4] Stephen Langton.

[5] A space is left; *amouentur*, A.

[6] The Prior's amercement is five marks, A.

[7] A. m. 14 d.

quod secutus fuit placitum in curia cristianitatis de aduocatione capelle de Toppecroft unde Daniel le Goher tulit quoddam indicauit[1]. Et super hoc uenerunt attornati predicte Alicie et posuerunt se in quandam inquisicionem, scil. si ecclesia de Bedingeham unde idem Magister Vincencius est persona fuit seisita de decimis omnibus capelle de Toppescroft unde predictus Daniel dicit se esse personam semper usque ad tempus ipsius Danielis scil. usque ad tempus quo ipse fuit inde persona, et quia ipse spoliauit ecclesiam suam de Bedingeham ideo inplacitauit eum in curia cristianitatis etc. Et super hoc uenit Symon de Beinuilla pro predicta Alicia et dicit quod ipsa non posuit se super inquisicionem etc. Et Daniel similiter qui tulit breue dicit quod non posuit se in predictam inquisicionem. Et ideo dictum est Magistro Vincentio quod procedat in curia cristianitatis et quod habeat breue ad iudices etc.

800. Surr. [2]Hugo de Neouilla et Beatricia uxor eius Alicia de Bendenges et Johannes Branche et Johanna uxor eius per attornatos suos petunt uersus Robertum[3] Episcopum Sarrisbiriensem tres partes manerii de Godhalminges cum pert. ut ius suum per breue de recto. Et Episcopus per attornatum suum uenit et dicit quod non wlt eis respondere nisi curia considerauerit quia Johannes non nominatur in breui et qui desponsauit predictam Johannam post breue impetratum[4]. Dies datus est eis etc. Et sciendum quod Johannes de Bauelingeham et uxor sua non secuntur de parte sua.

801. Bed. [5]Eustachia de Arderne optulit se iiij. die uersus Rogerum de Whilhingtona de placito quod reddat x. marcas quas ipsa Eustachia reddidit pro eo Radulfo Molendinario et Couentr'[6] pro pleg' ipsius Rogeri, ut dicit etc. Et Rogerus non uenit etc., et plures fecit defaltas, ita quod preceptum fuit uicecomiti quod distringeret eum per terram, et uicecomes mandauit quod non fuit inuentus, et alias testatum fuit quod

[1] Daniel parson of the chapel of Topcroft, of which Alice is patron, has brought a writ of *Indicavit* (Br. f. 402 b) to prohibit Vincent parson of Bedingham proceeding in Court Christian for the tithes of Topcroft. For earlier proceedings see below MS. f. 130.

[2] A. m. 14 d.

[3] Robert Bingham.

[4] Br. f. 429 b. The day is given for judgment, A.

[5] A. m. 14 d.

[6] *de Couentr'*, A.

habuit unam uirg. terre aput Mauperteshal' in balliua sua. Et ideo sicut prius distringat eum quod sit a die etc. Et similiter quia testatum est quod clericus est et beneficiatus in Episcopatu Norwycensi et quia tot fecit defaltas mandatum est ex habundanti[1] Episcopo Norwycensi quod faciat eum uenire ad predictum terminum etc.[2]

802. [3]Johannes de Burghulla optulit se iiij^to^. die uersus Robertum Decanum de Burghulla de placito quare secutus[4] placitum in curia cristianitatis de layco[5] ipsius Johannis in Tullingtona contra prohibicionem. Et Robertus non uenit etc., et plures fecit defaltas, ita quod mandatum fuit Episcopo Herefordensi quod faceret eum uenire quia clericus fuit et non habuit laycum feodum per quod distringere[6] potuit, et pluries mandatum fuit Episcopo et ipse nichil fecit, et ita quod preceptum fuit uicecomiti primo quod summoneret Episcopum quod esset et haberet etc. et ipse nichil inde fecit, et ita quod preceptum fuit uicecomiti quod distringeret Episcopum per terras et catalla sua de baronia sua etc., et uicecomes mandauit quod attachiauit eum per Thomam filium Johannis et Willelmum filium Roberti, et ideo plegii in misericordia. Et preceptum est uicecomiti sicut prius quod distringat eum per terras et catalla quod sit a die etc. et ibi habeat predictum Robertum, et uicecomes sit auditurus iudicium[7] de hoc et unde mandauit quod attachiauit eum. [cum deberet eum distringere per terras et catalla[8].] Hereford.

803. [9]Robertus de Insula summonitus fuit ad respondendum Isabelle Gargate et Murielle sorori sue de placito quo iure exigit comunam in terra ipsarum Isabelle et Murielle in Kauereffuld, desicut ipse Isabella et Muriella nullam communam[11] in terra ipsius Roberti nec ipse seruicium eis fecit etc. Buck. Quo Jure petitur uisus et per hoc uidetur quod ex tunc incipit loquela de quo iure esse realis[10].

[1] Sic, A.
[2] Br. f. 442 b.
[3] A. m. 14 d.
[4] Supply *est*, A.
[5] Supply *feodo*, A.
[6] *distringi*, A.
[7] *iudicium* interl. by annotator; not in A.
[8] Words within [ ] added by annotator; not in A. See Br. f. 443.
[9] A. m. 15.
[10] A view can be demanded in a Quo Jure, and thenceforward the action seems a real action, Br. f. 230 b, 378 b.
[11] Supply *habent*, A.

Et Robertus uenit et petit inde uisum, habeat. Dies datus est eis etc.

804. Surr. [1]Alicia et Agnes filie Philippi Utdeners summonite fuerunt ad war' Saluee filie Henrici vij. acr. prati cum pert. in Bethesheye[2] quas tenet et de eis tenere clamat et unde cartam Philippi Utdeners patris ipsarum cuius heredes ipse sunt habet ut dicit, et unde queritur quod cum tenere debeat per seruicium nominatum in carta ipse Alicia et Agnes herbam de prato illo faciunt asportari et immittunt aueria sua et inde pascunt pratum, et preterea faciunt eam summoneri ad curiam suam contra cartam predictam unde deterioratus[3] est etc., et unde dicit quod pratum illud datum fuit Willelmo de Londonia habendum et tenendum sibi et heredibus suis et assignatis suis, et ipse ei predictum pratum assignauit longe ante mortem suam, et ideo petit quod ei warentizent desicut continetur in carta quod eidem Willelmo et assignatis suis warentizare debent. Et Agnes et Alicia uenerunt et cognoscunt cartam et dicunt quod warentizare debent eidem Saluee sicut assignate ipsius Willelmi etc. |

Nota quod heredes donatoris warantizare debent assignatis sicut heredibus donatarii[4].

[117.] Predicte Alicia et Agnes summonite fuerunt ad respondendum eidem Salueye de placito quare non tenet[5] ei conuentionem factam inter ipsas Aliciam et Agnetem et predictum Willelmum de Londonia cuius assignata ipsa est de vj. acr. terre cum pert. in Rutherheye, et unde scriptum quoddam factum fuit inter eos de eadem terra tenenda a festo S. Athelburge anno Regis qui nunc est v. usque in vj. annos etc.

Nota quod assignatus placitat de conuentione assignantis sicut ipse assignans faceret[6].

Concordati sunt et[7] concordia talis quod ipse cognoscunt cartam de prato confectam et preterea conuentionem et illam tenebunt secundum quod in scripto continetur quod Saluea profert, et pro hac etc. Saluea dedit eis x. sol. et remittit eis omnia dampna etc.

805. Suff. [8]Alanus filius Galfridi essoniator Willelmi de Ely optulit

[1] A. m. 15.
[2] *Retheshey*, A.
[3] Corr. *deteriorata*, A.
[4] See Br. f. 37 b.
[5] Corr. *tenent;* but sic, A.
[6] This is Fitz. *Covenaunt*, 30. It is very noteworthy that the benefit of a lessor's covenant was considered assignable at this early date. See *Spencer's Case* 5 Rep. 16, the fourth resolution.
[7] Supply *est.*
[8] A. m. 15 d.

se uersus Galfridum de Bodekelham[1] de placito quare non tenet ei conuentionem inter eos factam de lx. et xv. acr. terre cum pert. in Kuling' etc. Et Galfridus non uenit etc. set se essoniauit de malo lecti postquam essoniauit se de malo ueniendi et essonium non fuit ei allocatum quia de placito conuencionis. Et ideo attachietur quod sit etc. **Nota quod in placito conuentionis non iacet essonium de malo lecti[2].**

806. [4]Assisa uenit recognitura si W. Comes Warenne, Philippus Forestarius et alii[5] iniuste et sine iudicio prostrauerunt quandam sepem in Hammes ad nocumentum liberi tenementi Willelmi de Say in eadem willa post primam coronacionem Dom. Regis, aput Westmonasterium, et unde queritur quod cum centum annis preteritis et eo amplius esset ibi quidam parcus qui fuit antecessorum suorum, et ubi idem Comes nec aliquis hominum suorum communam habere debent[6] nec bestias capere possit cum parcus ille sit separabile suum et antecessorum suorum et cum illum claudere uellet haya, idem Comes prosterni fecit hayam illam, desicut nemo ibi communam habere debet de iure, et bene dicit quod tempore antecessorum suorum clausus fuit. **Suff.[3]**

Et Comes uenit et dicit quod semper tempore patris ipsius Willelmi fuit parcus ille disclusus, et quod antequam breue esset inpetratum a tempore quo Rex Johannes uenit de Hibernia in Angliam[7] et post breue impetratum semper habuit idem Comes communam in parco illo et ibi potest bestias capere et bestias cepit, et ita quod predictus Willelmus nullas bestias ibi capere potest nec unquam fecit[8] et inde ponit se super assisam. Et Willelmus similiter. Et ideo procedat assisa set ponitur in respectum usque a die etc. pro defectu recognitorum quia tantum quatuor uenerunt quibus idem dies etc., et uicecomes loco aliorum qui amouentur eo quod inutiles sunt[9], de feodo Comitis apponat alios qui nullo modo sint essoniabiles et qui non sint de feodo Comitis, et illos habeat ad predictum terminum.

[1] *Bodekesham*, A.
[2] Br. f. 350, b. This case is Fitz. *Essone*, 194.
[3] Sussex, A.
[4] A. m. 16.
[5] Two others, A.
[6] *debet*, A.
[7] Aug. 1210.
[8] Corr. *cepit:* but so A.
[9] No stop in A; *eo quod inutiles sunt de feodo* etc.

807. Surr. [1]Willelmus le Marchaunt petiit uersus Hugonem filium Milonis j. uirg. terre cum pert. in Bertherest ut ius suum, et ita quod Hugo ante autumpnum fecit quandam defaltam et nunc uenit et dicit quod non tenet terram illam nec unquam tenuit nec aliquid in ea clamat. Et super hoc uenit Galfridus de Lucy et dicit quod illam tenet et tenuit x. annis[2] elapsis et preterea idem Hugo leprosus est et segregatus a communa hominum. Et ideo Hugo inde sine die et Willelmus perquirat sibi uersus Galfridum si uoluerit.

Nota quod leprosus nullam terram tenere potest postquam segregatus est a communione gentium[3].

808. Deuon. [4]Johannes persona de Hembyria questus fuit de Dom. W.[5] Exoniensi Episcopo quod idem Episcopus tenuit placitum in curia cristianitatis de catallis et debitis que non sunt de testamento nec matrimonio contra prohibicionem etc., et unde preceptum fuit uicecomiti quod ipsum attachiaret, et unde idem Johannes questus fuit quod tenuit placitum de blado quod fuit Abbatis de Forde iniuste asportato, et unde idem Johannes primo questus fuit Dom. Episcopo et postea Abbas. Et quia Johannes primo subiuit ibi forum et quia ampbo[7] sunt persone ecclesiastice et terra libera elemosina, Consideratum est quod Episcopus procedat et ipse hic inde sine die, et Johannes in misericordia.

Nota quod ubi tam tenens quam tenens libere sunt persone et tenementum libera elemosina locum non habet prohibitio[6].

809. Norf. [8]Robertus filius Symonis de Roinges petit uersus Alexandrum de Brethenham feodum dimidii militis cum pert. in Brethenham ut ius suum etc. unde quidam Robertus auus suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Henrici Regis aui capit[9] inde expleta ad ualenciam v. sol., et de predicto Roberto descendit ius terre illius cuidam Symoni ut filio et heredi, et de predicto Symone isto[10] Roberto ut filio et heredi etc., et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Alexander uenit et defendit ius suum nunc et alias et totum et ponit se in magnam assisam Dom. Regis, et petit

[1] A. m. 17.
[2] *annis* repeated.
[3] This seems to be the case cited by Br. f. 12; item donare non potest leprosus extra communionem gentium positus (ut de term. S. Mich. ann. Reg. H. *septimo* incip. *octauo* circa finem rotuli), sicut nec petere. See also f. 421.
[4] A. m. 18.
[5] William Brewer.
[6] Corr. *ubi tam tenens quam petens ecclesiastice sunt persone*. See Br. f. 408. This is Fitz. *Prohibicion*, 27.
[7] *ambo*, A.
[8] A. m. 19 d.
[9] Corr. *capiendo; cap'*, A.
[10] Corr. *isti*, A.

recognicionem fieri utrum eorum maius ius habeat in terra illa etc.

Et Robertus uenit et dicit quod assisa non iacet inter eos quia predictus Robertus auus suus habuit quendam patrem Willelmum nomine et idem Willelmus habuit duos filios Robertum antenatum de cuius seisina ipse petit terram et quendam Alexandrum postnatum qui fuit auus ipsius Alexandri qui nunc tenet et petit iudicium si magna assisa iaceat inter eos etc. |

Et Alexander cognoscit quod predictus Willelmus habuit [117 b.] predictos duos filios Robertum et Alexandrum et tercium Serlonem et predictus Willelmus feoffauit ipsum Serlonem de eadem terra, et de predicto Serlone descendit eadem terra Alexandro[1] auo ipsius Alexandri qui nunc tenet et petit recognitur'[2] fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam sicut illam unde predictus Willelmus feoffauit ipsum Serlonem, an idem Robertus ut in illa que ei descendit de predicto Roberto auo suo. Et ideo procedat assisa per uerba ista, et Robertus dat dimidiam marcam pro habenda mentione de seisina predicti Roberti et tempore Henrici Regis, et recipitur.

Nota quod magna assisa et duellum iacet inter eos qui sunt de eodem stipite ubi unus loquitur de descensu et alter de feoffamento[3].

810. [4]Abbas de Tupholme attachiatus et Radulfus[5] de Pauntona[6] fuerunt ad respondendum Petro de Malo Lacu de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis de catellis que non sunt de testamento uel matrimonio contra prohibicionem etc., et unde queritur quod ipsi inplacitant in curia cristianitatis et petunt ibi ab eo xxvj. marcas argenti, unde deterioratus est etc., et inde producit sectam. Linc.

[7]Et Abbas et Baldewinus ueniunt et defendunt quod non sunt secuti aliquod placitum de catallis que non sunt de testamento quia ipsi petunt denarios illos ex causa testamentaria ex testamento Galfridi de Neouilla ea racione quod idem Petrus tenebatur eidem Galfrido in predictis denariis

[1] Because Robert could not be both lord and tenant. Br. f. 65 b.

[2] Corr. *recognicionem; rec'*, A.

[3] See Br. f. 279. Fitzherbert gives this case at length, *Droyt*, 62.

[4] A. m. 20.

[5] Corr. *Baldewinus*.

[6] Corr. *Tupholme et Bald. de Pauntona attachiati*, A. Mistake due to interlineation.

[7] In the MS. this paragraph follows that by which it is here followed. A agrees with my text.

ex causa mutui, et cognoscunt quod placitum illud secuti fuerunt usque ad prohibicionem set nunquam post prohibicionem sequuti fuerunt.

Nota de prohibitione et quod sequutus est placitum post prohibitionem set quod debitum conuictum fuit in uita testatoris[1].

Et Petrus per attornatum suum uenit et dicit quod post prohibicionem secuti sunt placitum et quod debitum illud non debebatur, nec idem Petrus unquam conuictus fuit in uita ipsius[2] super debito illo, nec debitum illud cognitum fuit unquam in uita ipsius Galfridi etc. Et quia debitum non fuit cognitum secundum quod predictum est dictum est Abbati et Baldewino quod decetero non sequantur uersus ipsum Petrum, set heredes ipsius perquirant sibi uersus ipsum Petrum si uiderint expedire.

811. **Kent.** [3]Johannes de Diua summonitus fuit ad respondendum Juliane[4] de placito quare non aquietat eam uersus Ricardum filium Reg'[5] de seruiciis et consuetudinibus quas idem Ricardus exigit ab ea de tenemento quod tenet in Maxstun' [6]Hucham, et unde eam aquietare debet eo quod medius est inter eos, et unde eadem Juliana profert cartam Philippi de Diue antecessoris ipsius Johannis que testatur quod tenementum illud datum fuit in liberum maritagium, et unde ipsa dicit quod predictus Ricardus eam distringit pro seruicio dimidii militis, unde idem Johannes eam aquietare debet et usque ad tercium heredem, et unde queritur quod per districcionem illam et pro defectu ipsius Johannis deterioratus est etc., et dampnum habet ad ualenciam x. marc. et inde producit sectam.

Nota de medio quod aquietare debet tenementum quod datum est in liberum maritagium usque ad tercium heredem[7].

Et Johannes uenit et bene cognoscit quod eam aquietare debet de tenemento illo et quod illud datum fuit in maritagium, et bene defendit quod propter defectum suum non distringitur, et ideo consideratum quod uadiat[8] legem se xij. manu et ueniat cum lege a die etc. Postea uenit Juliana per attornatum suum et remittit legem, et dictum est Johanni quod decetero acquietat[9] eam etc.

[1] The executor cannot sue unless the debt has been recovered by judgment in the testator's lifetime. So Br. f. 407 b.
[2] Supply *Galfridi*, A.
[3] A. m. 21.
[4] Supply *de Gaunt*, A.
[5] Sic, A.
[6] Supply *et*, A.
[7] Br. f. 21.
[8] Corr. *uadiet; uad'*, A.
[9] *aquietet*, A.

812. [2]Henricus de Bockelonde petit uersus Randulfum personam de Mimes quod reddat ei Willelmum filium et heredem Johannis de Hatfeuldia, eo quod idem Johannes tenuit de ipso Henrico per seruicium militare. Hereford[1].

Et Randulfus uenit et defendit quod non habet ipsum Willelmum, nec habuit tempore quo breue fuit impetratum, nec ipsum potest reddere, et dicit quod ubi est nunc non est per eum.

Nota quod ubi petitur custodia et maritagium alicuius et alius defendat quod non fuit in custodia sua die quo breue fuit impetratum, set quod mater uel alius elongauit eum, fiat inquisitio[3].

Et Henricus dicit quod postquam[4] fuit impetratum et post summonicionem fuit cum eo per longum tempus, quia dicit quod Amabilis mater ipsius Willelmi dicebat in curia Dom. Regis, cum predictus Willelmus ab ea peteretur quod fuit in custodia ipsius Randulfi. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat predictam Amabilem a die etc. ad respondendum eidem Henrico quare ipsum Willelmum elongauit cum ipso Randulfo, et diligenter inquirat si predictus Willelmus sit in balliua sua et si ipsum ibi inueniat, tunc ipsum attachiet ita quod habeat illum ad predictum diem etc.

813. [5]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad capellam de Strattona que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Alanus Brito clamat uersus Symonem de Elmeduna et Julianam uxorem eius etc. Et Symon uenit et dicit quod presentatio ad ipsum pertinet, quia quidam Robertus le Chiualer | auus [118.] predicte Juliane presentauit quendam Willelmum de Cauerelingewurthe qui ultimo obiit persona in eadem capella, et inde ponit se super assisam, et sciendum quod Juliana non uenit. Warr.

Et Alanus dicit quod quidam Radulfus Brito auunculus suus presentauit quendam Alanum fratrem suum et inde ponit se super assisam, et quod ad presentationem suam fuit admissus.

Juratores dicunt quod predictus Radulfus Brito presentauit predictum Alanum fratrem suum, et ipse ad presentationem suam fuit admissus et postea uenit Robertus le Chiualer

[1] Corr. *Hertford*, A.
[2] A. m. 22.
[3] Probably the point is that the defendant is not allowed to wage his law.
[4] Supply *breue*, A.
[5] A. m. 23.

Nota de ultima presentatione quod si unus admissus fuerit ad presentationem alicuius et alius ei mouerit questionem, et ipse concedat ei pensionem paruam pro bono pacis et ipse ea ratione ponat se in seisinam cum uacans fuerit, quod ille preferendus erit cuius persona admissus fuerit ab episcopo quam ille qui se intrusit ratione illius pensionis sine presentatione patroni et admissione episcopi[1].

et mouit ei questionem et controuersiam et presentauit quendam Willelmum de Cauelingewurthe et in tantum processit inter eos quod predictus Alanus concessit eidem Willelmo ij. sol. set nesciunt utrum nomine pensionis uel pro bono pacis, set dicunt quod predictus Alanus tenuit capellam illam tota uita sua saluis eidem Willelmo illis duobus sol., et post mortem illius Alani uenit idem Willelmus et posuit se in capellam illam racione predictorum duorum sol., et illam tenuit tota uita sua tali modo, et de consensu predictorum Radulfi et Roberti, sine hoc quod presentatus esset ab aliquo predictorum qui se gerebant patronos. Et conuinctum est quod predictus Radulfus presentauit predictum Alanum et quod ad presentacionem suam fuit admissus, et quia predictus Willelmus nunquam presentatus fuit, nec admissus ab Episcopo nisi in hoc tantum quod se tenuit in capella illa post mortem Alani racione predicta, Consideratum est quod Alanus recuperauit seisinam suam, et Symon in misericordia, et Alanus habeat breue ad Episcopum Wygornensem.

814. [2]Matillis que fuit uxor Hugonis Chauuin per attornatum
Leyc. suum petit uersus Hugonem de Moruyc terciam partem duarum uirg. terre et j. mes' cum pert. in Morewic ut dotem suam etc.

[3]Et Matillis per attornatum suum dicit quod[3].

Et Hugo uenit et dicit quod non debet inde dotem habere, quia predictus Hugo Chauuyn non tenuit terram illam die quo illam desponsauit, nec unquam postea tenuit terram illam, quia xl. annis antequam desponsata esset et eo amplius non tenuit ille terram illam, quia quidam Lodowicus auus suus illam tenuit et heres suus, et sic de herede in heredem usque ad istum Hugonem.

Nota quod uxor dotem petere non potest de terra de qua uir suus dissesitus fuit antequam esset desponsata et unde nullam seisinam recuperauit postquam desponsata fuit, licet ius haberet in eadem[4].

Et Matillis per attornatum suum uenit et dicit quod quidam Lodowicus de Pikewella tenuit terram istam ut ius suum et illam uendidit cuidam Roberto Chauuyn patri Hugonis quondam uiro[5] ipsius Matillidis, et idem Robertus inde obiit seisitus, et post ipsum Robertum tenuit idem Hugo

[1] See Br. f. 241.
[2] A. m. 24.
[3–3] Omit, A.
[4] Br. f. 309 b.
[5] Corr. *uiri*, A.

terram illam et die quo eam desponsauit et semper donec Hugo de Morewyc ipsum inde eiecit. Et quesita quando uir suus obiit dicit quod x. annis elapsis, et quesita[1] quando fuit desponsata, dicit quod triginta annis elapsis et eo amplius, et dicit quod uir suus postquam fuit disseisitus exiuit a patria longe ante gwerram. Et cognoscit quod predictus Hugo de Morewyc qui debuit uirum suum disseisiuisse obiit tempore Henrici Regis aui Dom. Regis. Et quia non potest dedicere quin predictus Hugo qui disseisiuit uirum suum[2] antequam desponsata esset et quia ipsa nullam sectam producit quod esset in seisina quando fuit desponsata, Consideratum est quod Hugo inde sine die et Matillis in misericordia. pauper.

815. [3]Robertus de Rikot' petit uersus Andream filium Willelmi dim. caruc. et quatuor uirg. et decem acr. terre cum pert. in Horspathe ut ius suum, unde quidam etc., et similiter uersus eundem Andream dim. caruc. et quatuor uirg. terre in Bikebroc ut ius suum, unde quidam Walterus filius Mayne, scil. de terra de Horspathe fuit seisitus in dominico suo, ut de feodo et iure, tempore H. Regis aui etc. et de terra de Bikebroc tempore Regis Ricardi, capiendo inde expleta ad ualenciam j. marce per totum, et de predicto Waltero, quia obiit sine herede de se, descendit ius terre illius cuidam Matillidi ut sorori et heredi, de predicta Matillide cuidam Willelmo ut filio et heredi, et de predicto Willelmo isti Roberto qui nunc petit ut filio et heredi etc., et quod tale sit ius suum, etc. Oxon.

Et Andreas uenit et defendit ius suum et dicit primo de terra de Horspathe quod non debet ei respondere quia si aliquid iuris clamare posset in terra illa, non posset clamare nisi medietatem predicte terre, quia quidam Mayne habuit duos filios Ricardum et Walterum, et duas filias Julianam et Matillidem, Walterus obiit sine herede de se, et Juliana habuit quandam filiam Margeriam nomine que fuit mater predicti Andree, et de Matillide exiuit quidam Willelmus, et

Nota de descensu de duobus fratribus, set quia unus petit ex descensu et alius respondet de feoffamento et de fine duelli[4].

[1] *quesita* interl. by annotator; not in A.

[2] Sic, A; perhaps *qui* before *disseisiuit* should be omitted.

[3] A. m. 24 d.

[4] See marginal note to Case 809. There may be duel or grand assize between kinsmen if the one relies on descent, the other on fine or feoffment.

de predicto Willelmo uenit predictus Robertus, et de predicto Ricardo fratre Walteri exiuit quidam Johannes, et de ipso Johanne quidam Ricardus qui adhuc uiuit et qui terram illam amisit uersus predictum Andream iam tribus annis elapsis aput Oxoniam per finem duwelli. Et Ricardus presens est et cognoscit quod duellum percussum fuit inter ipsum et predictum Andream, tam de terra de Bikebroc |
[118 b.] quam de terra de Horspathe et concordati fuerunt in campo, ita quod meditas[1] terre de Horspathe et tota terra de Bikebroc remansit eidem Andree ten' de ipso Ricardo per seruicium dimidii militis, et inde homagium suum cepit in campo.

Et Robertus uenit et cognoscit parentelam, et quod predictus Mayne habuit duos filios, Ricardum antenatum, et Walterum postnatum, et predictas duas filias Julianam et Matillidem, et predictus Ricardus fuit seisitus de terra illa post mortem patris sui, et inde feoffauit predictum Walterum fratrem suum postnatum, et dicit quod ipse obiit inde seisitus, et post mortem Walteri uenit Juliana et posuit se in totam terram illam.

Et Andreas petit iudicium desicut duellum ita fuit percussum inter ipsum et Ricardum, et desicut idem Ricardus cepit homagium suum, et desicut idem Ricardus exiuit de masculo et de aennescia[2] et qui ei debet terram illam warentizare, et desicut idem Robertus exiuit de sorore. Et quia idem Robertus et Ricardus hoc totum cognoscunt, et quia manifestum est quod idem Robertus non posset clamare nisi medietatem[3] illius terre si ius clamare posset[4], Consideratum est quod Andreas quietus de breuibus istis et Robertus in misericordia. plegii de misericordia. finem fecit per dimidiam marcam.

816. Herford. [5]Muriella que fuit uxor Godefridi de Prato per attornatum suum petit uersus Hugonem le Macun tres acras terre cum pert. in Wynemundel' ut ius et maritagium, et in quas non

[1] Corr. *medietas*, A.
[2] The elder stock.
[3] If Robert's story about the feoffment be true he may be able to claim against Richard half the land at Horsepath; but as to the rest he is barred by the fine.
[4] Sic, A.
[5] A. m. 24 d.

habet ingressum nisi per Robertum de Hotoft cui predictus[1] quondam uir suus dimisit cui ipsa in uita sua, etc.

Et Hugo uenit et defendit ius suum et talem ingressum per predictum Robertum, et dicit quod ingressum habet per[2] Abbatissam de Aunnestowe per cartam quam profert et que testatur quod dedit j. croftam que continet tres acras etc., et dicit quod nichil clamat per Robertum. Et Muriella dicit quod talis est ingressus secundum quod ipsa dicit set nichil ostendit nisi simplicem uocem suam, et Hugo profert cartam quod habet ingressum per alium. Consideratum est quod Hugo inde sine die et Muriella in misericordia. pauper[3].

817. [4]Archidiaconus Oxonie attachiatus fuit ad respondendum Berck. Abbati de Bello Loco de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis de layco feodo ipsius Abbatis in Faranduna contra prohibicionem etc., et unde queritur quod cum teneat manerium de Farenduna de dono antecessorum Dom. Regis, et ubi idem Archidiaconus nullam communam habere debet, idem Archidiaconus inmitti facit bidentes suas in pasturam ipsius Abbatis, et cum ipsas capi faciat secundum legem terre, ipse Archidiaconus facit excommunicare[5] homines suos, et unde dicit quod cum deferret ei prohibicionem Dom. Regis quadam die Jouis, idem Archidiaconus fecit excommunicare homines suos die Lune sequente.

Et Archidiaconus uenit et dicit quod pastura illa pertinet ad prebendam suam de Langefordia et quod ipse fuit inde in seisina nomine ecclesie sue de Langefordia quam tenet ut prebendam Linc'[6] et dicit quod manerium de Lanfordia cum pert. et cum aduocacione ecclesie et manerium de Parua Farenduna aliquando fuerunt in manu antecessorum Dom. Regis, et tunc habuit persona ecclesie illius communam in eadem terra, et quod ipse fuit in seisina de eadem pastura, et quod ecclesia sua fuit inde spoliata, si opus fuerit ponit se super patriam. Et quia dicit quod ipse fuit inde in seisina nomine ecclesie sue, et dicit quod ecclesia sua fuit inde spoliata[7], datus est eis dies a die etc. Et preceptum est Abbati quod

[1] Sic, A; supply *Godefridus*.
[2] *per* repeated.
[3] Br. f. 320.
[4] A. m. 25 d.
[5] *excommunicari*, A.
[6] Langford Manor and Langford Ecclesia are prebends of Lincoln.
[7] Br. f. 408 § 7.

deliberari faciat bidentes quas iam cepit, ut dicitur, et Archidiaconus faciat absolui homines ipsius Abbatis in forma ecclesie, etc. Et unusquisque eorum sit in eadem seisina qua nunc etc. [1]Ad diem illum uenit Abbas in propria persona et dicit idem Arch' quod[2] nullam communam habuit in dominico suo in Parua Farenduna, nec anno et die quo Rex Johannes dedit eis manerium illud[3] nec postea, donec ipsi tradiderunt manerium illud ad firmam uillanis suis de Farenduna et inde ponit se super patriam. Et Archidiaconus dicit quod ipse est in seisina post mortem Johannis de Tynemuwe predecessoris sui, et ipse Johannes fuit inde in seisina anno et die quo fuit uiuus et mortuus, et inde ponit se super patriam et Abbas similiter. Et ideo preceptum est uic' Berck. quod uenire faciat coram iusticiariis apud Westmonasterium a die etc. octo tam milites quam[4] per quos, et uic' Oxon. alios octo, qui non sint essoniabiles ad recognoscendum super sacramentum, si predictus Johannes de Tynemuwe anno et die[5] quo fuit uiuus et mortuus fuit seisitus de communa pasture in predicto dominico ut pertinente ad ecclesiam suam de Langefordia, et idem Archidiaconus semper post eum continue donec per ipsum Abbatem fuit inpeditus, et se inde ita certificent.

818. Noting. Quo iure. [6]Saherus de S. Andrea et Matillis uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum Roberto de Toke quo iure exigunt communam pasture in terra ipsius Roberti in Leke, desicut ipse nullam communam habet in terra ipsius Saheri et Matillidis in Gaham[7] etc. |

[112.] Et Saherus et Matillis per attornatos suos ueniunt et dicunt quod semper, a conquestu Anglie usque nunc com-
Quo iure. municauerunt cum eodem Roberto et antecessoribus suis in Locke et idem Robertus et antecessores semper communicauerunt in terris ipsorum Saheri et Matillidis in Gaham, et unde dicunt quod ipsi recuperauerunt seisinam suam de eadem communa uersus eundem Robertum coram iusticiariis

[1] Postea from Easter term.
[2] *quod* interlined here should come between *dicit* and *idem*, A.
[3] Monast. vol. 5, p. 683; grant by John to Beaulieu.
[4] Supply *alios*; *tam milites per quos*, A.
[5] *et die* repeated.
[6] A. m. 25 d.
[7] Leake and Gotham.

qui ultimo itinerauerunt in com. Noting. per assisam noue disseisine, et unde dicunt quod si idem Robertus uelit se retrahere de communa quam habet[1] in terris ipsorum, ipsi nolunt se retrahere et dicunt quod semper communicauerunt horn underhorn, et dicunt quod nullam communam exigunt quia sunt in seisina de communa illa, et Robertus bene potest communicare cum eis si uoluerit. Responsio quod communicant Horn underhorn[2].

Et Robertus uenit et dicit quod nec ipse nec antecessores unquam communam habuerunt in Locke nisi post gwerram et per uim etc. scil. post gwerram mortam[3] inter regem J. et barones suos.

Et Saherus et Matillis per attornatos suos dicunt quod temporibus antecessorum semper ante gwerram et post communicauerunt ille due uille horn underhorn, et inde ponit[4] se super patriam, et Robertus et[5] similiter. Et ideo preceptum[6] uicecomiti quod coram eo et coram custodibus placitorum corone in pleno comitatu uenire faciat xij. qui neutram partem aliqua affinitate attingant etc. ad recognoscendum si predicti Saherus et Matillis et antecessores ipsius Matillidis et homines ipsorum[7] de Gaham ante predictam gwerram motam communicauerunt in terra ipsius Roberti et antecessorum suorum in Locke, horn underhorn, uel non etc. et inquisicionem uenire faciat a die etc. per litteras et per duos etc.

819. [8]Willelmus de Insua[9] optulit se quarto die per attornatum suum uersus Hugonem de Pabbeham de placito quod reddat ei Margeriam filiam et heredem Roberti de Clpton'[10] custodia cuius ad ipsum pertinet racione uendicionis quam Symon de Hareweduna de quo predictus Robertus terram suam tenuit per seruicium militare ei inde fecit etc. Et Hugo non uenit. sym[11] etc. Judicium attachietur quod sit in Oct. etc. Bed.

820. [12]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam Norhamt.

[1] *habet* interl. by annotator; in A.

[2] Spelman (*Gloss.*) gives *Horn with Horn* and cites a document of 1276 in which this phrase occurs: does it mean more than that the common is for all manner of horned beasts?

[3] Sic, A; corr. *motam*.

[4] Sic, A.

[5] Omit *et*.

[6] Supply *est*, A.

[7] *ipsorum* repeated.

[8] A. m. 26.

[9] Corr. *Insula*, A.

[10] *Clipstun'*, A.

[11] Corr. *et summonitus*, A.

[12] A. m. 26 d.

Adington' que uacat ut dicitur, cuius aduocacionem Ricardus de Wateruilla clamat uersus Abbatem de Suleby[1]. Qui uenit et dicit quod assisa non de fieri[2] quia predicta ecclesia non uacat quia ipse et ecclesia sua habuerunt eam ad proprios usus a tempore Regis H. aui xl. annis elapsis et eo amplius.

Et Ricardus uenit et dicit quod ecclesia illa uacat, quia reuera quidam Alnathus Papillu'[3] habuit aduocacionem illam ita quod dedit ecclesiam illam cuidam Martino le Lumbarde qui illam tenuit de dono ipsius Alnathi, et postea uenit Alnathus et dedit terram illam ad quam aduocatio illa pertinuit cuidam Ricardo de Peck et Matillidi uxori eius et tenuerunt terram illam tota uita utriusque eorum ueniente[4] adhuc predicto Martino, et post mortem ipsorum tenuit quedam Isabella filia ipsorum Ricardi et Matillidis terram illam, et ipsa postea nupta fuit Hugoni de Wateruilla patri istius Ricardi, et de qua idem Hugo habuit istum Ricardum, et ea racione dicit aduocationem illam et presentationem ad eum pertinere, et dicit quod idem Martinus uixit tota uita ipsius Hugonis, etc.

Et Abbas uenit et dicit quod predictus Martinus non fuit inde nisi uicarius, et quod predictus Anathus dedit et concessit domui sue predictam aduocationem per cartam suam quam profert et que testatur quod dedit ei ecclesiam illam etc. Profert eciam cartam predicti Ricardi de Peck per quam dat et confirmat eis donum illud. Profert eciam cartam Episcopi S. Hugonis Lincolniensis[5] que confirmat eis ecclesiam illam de dono predicti Alnathi in proprios usus habendam. Profert eciam cartam Episcopi Willelmi[6] que similiter confirmat eis ecclesiam illam. Profert eciam cartam Sauarici quondam Archidiaconi Norhantonensis que testatur quod ipse admisit Abbatem de Suleby ad ecclesiam illam ad presentationem predicti Alnachi.

Et Ricardus dicit quod carta Alnathi ei nocere non debet, quia reuera idem Alnathus prius dederat ipsis Ricardo del Peck et Matillidi terram illam ad quam aduocacio illa

[1] Sulby, Northampton, Monast. vol. 6, p. 902.
[2] Corr. *non debet inde fieri*, A.
[3] Monast. vol. 6, p. 904.
[4] Corr. *uiuente*, A.
[5] St Hugh, 1186—1200.
[6] William of Blois, 1203—1206.

pertinet simul cum aduocacione antequam aliquod donum faceret eidem Abbati et domui sue, et unde dicit quod nulla carta nec Episcopi nec alterius que dependeat de carta Alnathi ualere debet de dono facto ipsi Abbati et domui sue. Post uenit Ricardus et petit licenciam recedendi de breui suo et habet, et ideo inde sine die etc.

821. [1]Johannes de Wattona custos hundredi de Shamele summonitus fuit ad respondendum Jollano de Neouilla quare fecit balliuos suos de eodem hundredo ingredi libertatem ipsius Jollani de Shames[2] et prisonam suam frangere et capere ibidem Jordanum Textorem qui per balliuos ipsius Jollani captus fuit infra libertatem ipsius Jollani pro latrocinio | et inde abducere usque Strodes infra hundredum de Schamele et eum ibi suspendi contra libertatem ipsius Jollani etc., et unde idem Jollanus dicit quod cum habeat manerium de Shemes[3] cum pert. de dono Regis Ricardi per cartam suam tenendum ita libere sicut Dom. Ricardus Rex illud habuit quando fuit in manu sua, et cum balliuus suus cepisset predictum Jordanum cum duabus bidentibus furatis per sectam Agnetis et Margerie de Ludesduna idem Johannes misit ibi balliuos suos scil. Robertum de Hales clericum suum, Johannem de Chaunterel, Galfridum Screppe, et Symonem de Moreslegha simul cum aliis, et fregerunt prisonam in qua idem Jordanus fuit, et ipsum inde abduxerunt usque Strodes, et ibi eum suspendi fecerunt contra libertatem domini sui, unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam iiij^{xx}. marc., et profert cartam Regis Ricardi que testatur quod ipse dedit Jollano de Neouilla patri predicti Jollani manerium illud cum omnibus pert. suis et cum omnibus libertatibus suis ita integre sicut ille manerium illud tenuit in manu sua.

Kent. [119 b.]

Et Johannes uenit et defendit uim et iniuriam et dampnum et totum, et dicit quod predictus Jordanus non fuit captus infra libertatem ipsius Jollani, quia reuera quando Rex Ricardus dedit manerium illud predicto Jollano

[1] A. m. 26 d. Damaged by fire. See Haxted's *Kent*, vol. 1, pp. 474, 507.
[2] *Shornes*, A. The manor is Shorne and the hundred Shamel or Shamwell.
[3] *Shornes*, A.

auo, retinuit in manu sua lx. solidatas et xj. denaratas redditus quem redditum postea[1] Rogero Chauel, in quo tenemento quod remansit eidem Rogero fuit idem Jordanus captus ad querelam predictarum Agnetis et Margerie et ad earum sectam traditus fuit borgesaldro[2] ipsius Jordani et secute fuerunt uersus eum donec per sectam earum factum fuit de eo iudicium[3] quod ubi predictus Jordanus captus fuit idem Jollanus nichil habet nec in seruicio, nec in dominico.

Et Jollanus per attornatum suum uenit et dicit quod bidentes ille inuente fuerunt in quodam campo Johannis de Cobbeham qui tenet de predicto manerio et de feodo ipsius Jollani, et ibi uenerunt uicini et le borgelaldre[4] et arestauerunt et predictas feminas et Jordanum et predictas bidentes et propter tempus pluuiosum aducti fuerunt usque ad domum cuiusdam Ade del Broc per uicinos et le borgesaldre, et in crastino uenerunt seruientes Dom. Regis, et inposuerunt ipsi Jordano quod deuenit probator[5], et abduxerunt eum, et cum uenissent in uilla de Shornes uenit quidam Stephanus seruiens ipsius Jollani et dixit quod[6] fuit probator, et quod iudicium pertinuit ad dominum suum racione libertatis sue, et ibi cepit ipsum Jordanum et adduxit in grangiam domini sui et detinuit in cyppo[7], donec omnes predicti uenerunt et per uim ipsum abduxerunt secundum quod predictum est.

Post uenit idem Johannes et dicit quod Jollanus non habet libertatem de infangenethef, nec de utfangenethef nec iudicium de aliquo fecerunt nisi tempore quo Henricus de Cobbeham fuit balliuus hundredi de Shamele et custos manerii de Shornes et post gwerram.

[8]Et Jollanus per attornatum suum dicit quod fuit in seisina, et antecessores sui fuerunt in seisina, de eadem libertate quod potuerunt iudicium facere de talibus, et

[1] Supply *dedit*, A.

[2] The *elder* of the *borh*, borsholder, headborough, the head of the frankpledge.

[3] Supply *et dicit*, A.

[4] Corr. *borgesaldre*.

[5] They charged Jordan with having become an approver (?). If he became an approver he would be the King's prisoner. Br. f. 122 b.

[6] Supply *non*, A. Obviously this word is wanted.

[7] The stocks.

[8] The latter part of this case is hardly to be read in A.

nominat plures de quibus iudicium factum fuit. Postea ad diem illum uenit Magister Militum Templi in Anglia, et warentizat bene quod latro ille non fuit captus in aliqua terra uel libertate ipsius Jollani, et dicit quod hundredum de Shamele semper fuit in tali libertate de infangenethef et utfangenethef de omnibus latronibus captis infra lx. solidatas et xj. denariatas terre quas Dom. Rex retinuit in manu sua quando dedit residuum Jollano de Neouilla, et preterea dicit de residuo quod predictus Jollanus nec antecessores sui unquam fuerunt in seisina de infangenethef et utfangenethef aliquo tempore quo Rex Henricus dedit manerium de Shornes antecessoribus ipsius Jollani quod fuit membrum de Shamele,[1] idem Rex dedit hundredum de Schamele quod habuit in manu sua cum omnibus libertatibus suis Magistro Militum Templi et Fratribus Milicie, et ita quod semper fecerunt postea illi de Shorne sectam ad hundredum de Schamele omni tempore preterquam in tempore quo Henricus de Cobbeham fuit custos ipsius hundredi per predictum Magistrum et senescal'[2] ipsius Jollani, et ita quod semper adduxerunt ibi latrones et ibi habuerunt iudicium suum, et inde ponit se super patriam. Dies datus est etc., et tunc habeat Johannes Magistrum Templi warantum suum.

822. [3]Johannes Gubant petit uersus Johannem filium Willelmi undecem acr. terre cum pert. in Wainflet et Freskeneye ut ius suum, et in quas non habet ingressum nisi per quandam Edelinam que fuit uxor Cristiani de Wainflet, que terram illam tenuit de heredibus Willelmi filii Cristiani de cuius dono idem Johannes Gubant tenuit duas partes ipsius hereditatis et seruicium predictarum xj. acr. terre, et que eidem Johanni Gubant reuerti deberent post mortem predicte Edeline racione predicti doni etc.[4] Linc.

823. [5]Robertus de Grenduna summonitus fuit ad respondendum Abbati de Osen'[6] quare distrinxit eum ad faciend' ei Staford.

[1] Supply *et*, A.
[2] Probably *senescallus*.
[3] A. m. 27.
[4] See Br. f. 323. In A there is more of this case but the 'scoring' stops at this point. The collector merely wanted the writ, an elaborate example of a writ of entry.
[5] A. m. 29.
[6] Osney, Oxford.

seruicia et consuetudines que ei facere non[1] debet nec solet etc. Et Robertus uenit etc. |

[120.] Et Abbas uenit per attornatum suum et dicit quod nullum tenementum tenet de eodem Roberto. Et continetur in pone[2] quod idem Abbas perquisiuit quod idem Abbas tenet de eodem Roberto liberum tenementum in Stanhal'. Et[3] Robertus petit iudicium de hoc quod attornatus Abbatis cognoscit quod idem Abbas nullum tenementum tenet de eo et continetur in breui quod tenet etc. cum ipse sit sibi contrarius. Post uenit Abbas et petit[4] licenciam recedendi de breui suo, et habet, et ideo inde sine die.

824. Berck. [5]Preceptum fuit constabulario de Wyndesores quod recordari faceret in curia Dom. Regis de Wyndesores[6] loquelam que fuit in eadem curia inter Editam de Wachefordia querentem et Willelmum Netebeht[7] de tribus porcis ipsius Edithe sibi addiratis[8], et similiter quod recordari faceret in eadem curia loquela que fuit in eadem curia inter Ricardum de Hock filium predicte Edithe querentem et predictum Willelmum de eisdem porcis furatis, et unde duellum uadiatum fuit in eadem curia ut dicitur et unde predicta Editha questa fuit falsum factum sibi fuisse iudicium in eadem curia de eisdem loquelis, et quod recordum haberet coram iusticiariis sub sigillo suo et per quatuor legales homines qui recordo illi interfuerunt. Preceptum fuit eciam eidem constabulario quod uenire faceret coram eisdem iusticiariis predictum Ricardum ad sequendum appellum suum et similiter predictum Willelmum cum porcis ad respondendum inde predicto Ricardo, et quod porcos secum adduceret. Preceptum fuit eciam quod uenire faceret xij. de legalibus hominibus de uilla de Wyndesores ad certificand' iustic' etc. Et omnes uenire fecit coram iusticiariis secundum quod preceptum fuit ei etc. Et Gilebertus de Tegula, Gilebertus de Grangia,

[1] *non* repeated.

[2] The writ of *Pone* for removing the case from the county court.

[3] In A this phrase has perished.

[4] *petit* by annotator; in A.

[5] A. m. 30.

[6] The Court which the king has as lord of the manor.

[7] *Netebech*, A.

[8] Goods are *adirata* when they are lost or not forthcoming. Ducange, s. v. *adirare*. See as to the whole of this case Holmes, *Common Law*, pp. 164—169.

Robertus de Gauges et Henricus de la More quatuor legales homines ueniunt cum recordo quod tale est. Quod die Lune proxima post festum S. Martini optulit se Editha de Wackefordia in curia de Wyndesores uersus predictum Willelmum Nutach, et dixit quod idem Willelmus in pace dei et Dom. Regis et balliuorum iniuste detinuit ei tres porcos qui ei fuerunt addirati, et inde producit sectam quod porci sui fuerunt et ei porcellati[1] et postea addirati. Et Willelmus presens fuit et defendit iniustam detentionem contra predictam Editham et sectam suam, et dicit quod porci illi cum aliis porcis ei traditi fuerunt ad custodiendum in pessona, et defendit contra ipsam quod porci numquam fuerunt ipsius Edithe nec ei porcellati nec addirati ut ipsa dicebat et hoc optulit probare per consideracionem curie uersus eam. Et ipsa Editha exiens[2] et peciit consilium, et reuera dixit quod in pace Dom. Regis et balliuorum ut latro nequiter predictos tres porcos quorum unum tenuit in manu sua[3] furatus fuit idem Willelmus, et parata fuit hoc disracionare uersus eum, sicut femina uersus latronem, quod legale catallum suum nequiter ei contradixit. Cui dictum fuit a predicta curia quod cum ipsa per corpus suum hoc non posset probare, quod sibi aliter prouideret, et ita quod ipsa postea produxit Ricardum filium suum[4] dicens quod ex quo non potuit disracionare dictum suum per corpus suum, quod idem Ricardus illam faceret disracionacionem, et ita quod idem Ricardus dedit uadium ad disracionandum una hora diei per corpus suum uersus predictum Willelmum[5] quod ipse sicut latro et nequiter furatus fuit porcos illos, et ita quod idem Willelmus defendit latrocinium secundum quod ei inpositum fuit, et dedit uadium contra defendendi per corpus, et sic per consideracionem curie uadiatum fuit duellum inter eos etc. Et super hoc ueniunt Editha, Ricardus et Willelmus et cognoscunt recordum istud. Et quia curia cognoscit quod duellum uadiatum fuit de predicto

[1] See Br. f. 151.
[2] Sic, A; corr. *exiit*.
[3] Observe this archaic procedure. The claimant lays her hand on one of the pigs.
[4] *suum* interl. by annotator; in A.
[5] *Willelmum* interl. by annotator; in A.

Ricardo de alterius catallis quam de suis, et desicut nichil addictum[1] fuit in appello quod de custodia ipsius Ricardi furati fuerunt[2] nec aliquid sua[3] interfuit de duello uadiando, et quia consideratum fuit quod ipsa Editha per sectam et per patriam non potuit catalla sua disracionare, [4]et preterea quia idem Willelmus nullum nominauit qui porcos illos ei tradidit[4], Consideratum est quod curia falsum fecit iudicium et quod duellum deuadietur, et curia in misericordia. Et duodecim de Wyndessores et quatuor uillate propinquiores et de uisneto dicunt super sacramentum suum quod porci illi fuerunt ipsius Edithe et ei porcellati, et quod ipsa eos misit ad pessonam, et quod nomine suo recepti fuerunt a forestariis et per taylliam et quod per forestarium adgestati et nomine suo, et quod ipsa dedit pannagium pro porcis illis[5]. Et preterea xij. de willa de Wyndesores dicunt quod constabularii et forestarii presentes fuerunt quando porci fuerunt arestati et nullus ipsorum porcos illos aduocauit, et ideo reddantur predicte Edithe. Et Willelmus de Nutebet[6] suspendatur[7]. |

[120 b.]
825.
Midd.
[8]Assisa uenit recognitura si Andreas Bokerel iniuste et sine iudicio disseisiuit Rogerum filium Jordani de Purtepol de libero tenemento suo in Kentissetona post primam coronacionem Regis etc. et unde queritur quod disseisiuit eum de dim. acr. terre etc.

Et Andreas uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia reuera quidam Symon Bruning tenuit terram illam ut ius et hereditatem suam et illam dimisit cuidam Roberto[9] filio Jordani Molendinarii ad terciam garbam[10], set ipse Symon obiit inde seisitus, et post mortem ipsius Symonis habuit quidam Martinus Brun frater ipsius Symonis custodiam puerorum ipsius Symonis simul cum terra illa, et ipse

[1] *adiectum*, A.

[2] Br. f. 151. He was not possessor and could bring no appeal.

[3] Sic, A.

[4]—[4] Postscript in A.

[5] The foresters received the pigs to agist in the forest where there was mast (*pessona*) and gave a tally for them. Edith was to pay pannage for this.

[6] *Nutebec*, A.

[7] The appellor being a woman, William is tried by jury although he has not put himself upon his country. Br. 142 b.

[8] A. m. 30.

[9] Brother of Roger the plaintiff.

[10] A third of the produce was to be paid to the lessor.

terram illam simul cum pueris illis tradidit et comisit predicto Andree ut ipse inde predictos pueros sustentaret, et unde dicit quod ipse non disseisiuit eum iniuste, et dicit quod si idem Symon aliquod donum inde fecit, hoc fuit in egritudine sua et quando memoriam amisit, et quod si donum aliquod inde fieret quod idem Rogerus nunquam inde seisinam habuit.

Et Rogerus dicit quod predictus Andreas ipsum inde iniuste disseisiuit ut predictum est, quia predictus Symon dedit ei terram illam per cartam suam, et ipse fuit inde in seisina et per donum illud donec idem Andreas eum disseisiuit, et dicit quod idem Symon fuit sane mentis quando donum illud fecit, et inde ponit se super assisam. Et Andreas similiter.

Jur' dicunt[1] quorum maior pars est de testibus nominatis in carta quam idem Rogerus profert de feoffamento, dicunt super sacramentum suum quod ad Pentecosten anno proximo preterito uenit idem Rogerus et conuocare fecit uicinos ad domum Roberti fratris sui qui terram illam habuit excolendam ad terciam garbam, et ibi portare fecit predictum Symonem qui multum grauatus fuit infirmitate, et ibi legi cartam de feoffamento, et idem Symon quesitus si cartam et donum concederet, dixit quod sic, et dixit quod libere et benigne concederet quicquid uellent, set dicunt reuera quod idem Rogerus numquam habuit inde seisinam in uita ipsius Symonis quia idem Symon obiit inde seisitus, et hoc bene patuit[2], quia in autumpno sequente scil. autumpno proximo preterito idem Symon et Robertus frater ipsius Rogeri partiri fecerunt inter se bladum de autumpno sine parte aliqua quam idem Rogerus inde haberet, et unde dicunt quod idem Rogerus nullam habuit seisinam quamuis ei inde carta fieret aliquando. Et ideo consideratum est quod Andreas inde quietus, et Rogerus nichil capit per assisam istam, et sit in misericordia pro falso clamore.

[1] Omit *dicunt*. A has *Jur' quorum maior pars*. In A much of this case has perished.

[2] See Br. f. 42.

DE TERMINO S. HYLLARY ANNO REGNI HENRICI FILII REGIS JOHANNIS XVIIJ.

826. Deuon. Johanna que fuit uxor Hugonis le Moingne petit uersus Rogerum le Moingne terciam partem feodi j. militis cum pert. in Estanostige, et terciam partem quarte partis j. militis cum pert. in Westanostige ut dotem suam etc.

Et Rogerus uenit et dicit quod non debet dotem habere, quia habet dotem, scil. feodum dimidii militis cum pert. in Fotesduna.

Et Johanna per attornatum suum uenit et dicit quod non tenet terram illam nomine dotis in Fotesduna, set tenet terram illam ut illam unde fuit feoffata per unum quarterium anni antequam idem Hugo eam desponsasset et de predicto Hugone. Postea uenit ipsa Johanna per attornatum suum et tenet se contentam de tercia parte omnium terrarum et tenementorum que ipsa tenet et unde dicit quod feoffata fuit et de tercia parte terrarum et tenementorum que ipse Rogerus tenet et reddit eidem Rogero duas partes de terra quam ipsa[1] tenet ita quod inde habeat postea tale recuperare quale habere debet. Et ideo Rogerus habeat seisinam de illis duabus partibus, et ipsa seisinam suam de predictis terciis partibus per totum secundum quod predictum est.

827. Oxon. Jurata uenit recognitura si homines de Crawemerse[2] semper solent et debent facere panem et ceruisiam et uendere panem et ceruisiam in Crawemerse. Et unde burgenses de Wallingefordia dicunt quod non debent nec
[121.] solent panem | et ceruisiam ibi uendere, et hoc patet quia tempore Regis J. prohibitum fuit predictis hominibus de Crawemerse quod nec panem nec ceruisiam ibidem uenderent, ita quod idem Dom. J. Rex misit ibidem quatuor iusticiarios suos ad prohibicionem illam faciendam, et ipsi fecerunt furnos frangi, et plumbos arraciari et deferri aput Wallingefordiam et prosterni fecerunt twimberellum.

[1] *ipse* altered into *ipsa*.
[2] Crowmarsh, close to Wallingford but on the Oxfordshire bank of the Thames.

Juratores dicunt super sacramentum suum quod uiderunt quod predicti homines de Crawemerse tempore Regis J. et tempore Regis qui nunc est semper uendiderunt panem et ceruisiam transeuntibus, et audiuerunt quod ita fecerunt tempore Regis Ricardi et antea, set[1] quo waranto, nec quo iure. Et aliquando uiderunt quod castellani de Wallingefordia dum Hubertus de Burgo fuit camerarius[2] arraciari fecerunt plumbos in Crawmerse et deferri aput Wallingefordiam, set nunquam sciuerunt quod iusticiarii ibi missi essent ad aliquam inquisicionem faciendam. Postea Comitissa Oxonie que sequitur inquisicionem illam quesita si aliquod habeat instrumentum cartam uel scriptum uel aliud per quod ostendere possit quod mercatum ibi habere debeat et panem uendere et ceruisiam, dicit per attornatos suos quod non, nisi quod solent uendere. Et quia nichil scire poterit utrum uendere debeant panem et ceruisiam, uel non, et quia ipsi nichil ostendunt quod uendere debeant, Consideratum est quod non uendant panem nec ceruisiam sine uoluntate et consensu Dom. Regis sicut mercatores.

828. Jurata uenit recognitura de consensu parcium si Hugo Senzauer et Eua uxor eius fuerunt in seisina de xxx. acr. terre cum pert. in Bathecumbe quas ipsi clamant uersus Magistrum Ricardum de la Cnolle ut de racionabili dote ipsius Eue et illam dimiserunt cuidam Fabiano Capellano ad terminum qui preteriit uel non etc. Sumerset.

Juratores dicunt quod Willelmus pater Fabiani terram illam habuit[3] in dominico suo et seruicium attornatum fuit predictis Hugoni et Emme[4] in dotem, et mortuo illo Willelmo, uenerunt ipsi Hugo et Emma et ceperunt terram illam in manum suam, et postea uenit Fabianus et finem fecit[5] cum eis ita quod haberet seisinam de eadem terra qualem Willelmus pater suus habuit, set dicunt quod non habuit eam nisi ad uitam suam, et ipse postmodum eam uendidit eidem Magistro Ricardo. Et Hugo et Eua quesiti si unquam ante tempus Willelmi patris Fabiani habuerunt inde seisinam

[1] Supply *nesciunt*.
[2] Hubert was chamberlain early in John's reign.
[3] *habuit* interl. by annotator.
[4] She is sometimes Eva sometimes Emma.
[5] *fecit* interl. by annotator.

dicunt quod non. Et quia predictus Willelmus obiit seisitus de eadem terra ut de feodo, et idem Fabianus intrauit in seisinam quam pater suus habuit, et idem Ricardus habuit seisinam per uendicionem ipsius Fabiani, et quia ipsi Hugo et Emma numquam seisinam inde habuerunt nisi de seruicio ut iuratores dicunt, Consideratum est quod Hugo et Emma nichil inde clamare poterunt in terra illa sine waranto ipsius Emme de dote sua, et ideo Magister Ricardus[1] inde sine die, et Hugo in misericordia.

829. Bedd. Preceptum fuit uicecomiti quod diligenter inquireret qui fuerunt recognitores assise noue disseisine que nuper capta fuit apud Beddefordiam coram Henrico de Braybroc et sociis suis[2] constitutis inter Radulfum de Tyuilla querentem et Henricum de Naffordia et Matillidem uxorem suam de tenemento in Aspele et eos uenire faceret coram iusticiariis Westm' etc. ad certificandum ipsos de sacramento quod inde fecerunt, et unde ipsi Henricus et Matillis questi fuerunt quod predictus Henricus de Braybroc et socii sui iniuste et contra consid'[3] regni ceperunt assisam illam, eo quod predictus Henricus et Matillis tunc dixerunt quod recuperauerunt tenementum illud in curia Dom. Regis aput Westmonasterium coram iusticiariis per iudicium eiusdem curie, et inde uocat[4] ad warantum rotulos ipsorum iusticiariorum et ipsi ob hoc non omiserunt quin caperent assisam illam. Et preceptum fuit quod uenire faceret predictum Radulfum.

Et iuratores ueniunt et dicunt quod predictus Henricus et Matillis iniuste et sine iudicio et post terminum disseisiuerunt ipsum Radulfum de dim. caruc. terre, et ita prius dixerunt coram Henrico de Braybroc et sociis suis. Et Henricus quesitus de qua [terra[5]] questus fuit, dicit [quod] istam [dim.] caruc. terre tenuit Hugo Graundun' ita quod ipsum inplacitauit in curia Dom. Regis, et posita fuit loquela in respectum, quia ipse Hugo fuit in seruicio Dom. Regis, et interim uenit idem Radulfus et inplacitauit ipsum Hugonem de eadem terra que fuit pars illius terre quam Henricus

[1] *Ricardus* interl. by annotator.
[2] Supply *iusticiariis* (?).
[3] Corr. *consuetudinem* (?).
[4] Corr. *uocauerunt*.
[5] Words in [] interl. by annotator.

peciit et recuperauit eam | uersus eundem Hugonem per defaltam, et quando loquela resummonita fuit inter ipsum Henricum et Hugonem, et[1] Henricus per consideracionem curie recuperauit seisinam suam per[2] predictum Hugonem et habuit breue ad uicecomitem de seisina sua de terra quam[3] peciit uersus Hugonem cum pert. ita quod[4] breue illud fecit ei uicecomes seisinam inde de terra quam peciit uersus Hugonem, et inde uocat ad warantum et audiri non potuit. Postea compertum est per recordum[5] curie quod predictus Radulfus prius incepit placitum suum quam predictus Henricus, et ideo consideratum est quod iuratores bene iurauerunt, et quod stet assisa. [121 b.]

830. Josceus de Cornhulla petit uersus Rogerum de Daunteseia xxiiij. lib. et xij. sol. et iij. den. quos ei debet et iniuste detinet ut dicit, et quos acomodauit in denariis, et unde ostendit scriptum et taylliam etc. Wilton.

Et Rogerus per attornatum suum uenit et cognoscit quod debuit ei xix. lib. et xij. sol. et vij. den., et inde soluit eidem Josceo liij. sol., et de residuo dicit quod Matillis que fuit uxor sua denarios illos mutuauit et petit iudicium si debeat respondere pro ea et de debito suo. Et postea computauerunt inter se et conuinctum est quod Rogerus debet ei xvij. lib. unde reddet medietatem aput Nouum Templum[6] ad mediam Quadragesimam, et aliam medietatem a die Pasche etc., et nisi reddiderit, concedit quod distringatur. Et cum Matillis que fuit uxor ipsius Rogeri iam soluta sit ab eodem Rogero uiro suo et sui iuris[7] perquirat Josceus uersus eam de debito in quo ipsa ei tenetur etc.

831. Radulfus[8] Bernage petit uersus Benedictum de Bere quem Robertus filius Fromundi uocat ad warantum et qui warentizat j. hidam terre cum pert. in Uttefordia ut ius suum, unde quidam Radulfus auus suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Henrici Regis aui Dorset.

[1] Om. *et* (?).
[2] Corr. *uersus*.
[3] *quam* repeated.
[4] Supply *per*.
[5] Originally *in recordo*.
[6] The Temple of to-day; the Old Temple stood further to the north.
[7] A once famous divorce case. Mat. Par. vol. 3, p. 210. Seemingly after divorce a woman can be sued for a debt contracted during coverture.
[8] *Radulfus* repeated.

Dom. Regis capit[1] inde expleta ad ualenciam v. sol., et de predicto Radulfo descendit ius terre illius cuidam Johanni ut filio et heredi et de predicto Johanne isti Radulfo qui nunc[2] petit ut filio et heredi, et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Benedictus uenit et dicit quod non debet ei respondere quia alias coram iusticiariis itinerantibus aput Wiltoniam in com. Wiltes. factus fuit finis inter predictum Robertum et predictum Benedictum de eadem terra unde placitum fuit inter eos de warancia carte ubi idem Radulfus nullum clamium apposuit nec aliquis pro eo. Postea testatum est per Dom. Robertum de Lexingtona[3] quod apud Dorcestriam ubi cyrographum liberatum fuit apposuit idem Radulfus clamium suum[4]. Et ideo Benedictus dicat aliud. Et Benedictus uenit et defendit ius suum nunc et alias et seisinam ipsius Radulfi aui sui et ponit se in magnam assisam Dom. Regis, et petit recognicionem fieri uter eorum maius ius habeat in terra illa, et offert Dom. Regi j. marcam pro habenda mencione de seisina predicti Radulfi tempore Regis H. aui[5]. Et recipitur. Et Benedictus ponit loco etc.

832. Oxon. Galfridus filius Johannis filius Hugonis petit uersus Priorem de S. Fredeswyda[6] xiiij. cartas quas ei iniuste detinet ut dicit [7]quod Johannes filius Hugonis quando profectus fuit in terram sanctam illas ibi tradidit custodiendas et inde producit sectam sufficientem et quod tradite fuerunt antecessoris[8] Prioris qui nunc est scil. cuidam Symoni Priori.

Et Prior per attornatum suum uenit et defendit contra ipsum et sectam suam quod nulla carta ei tradita fuit, set nescit in ueritate si aliqua carta tradita esset predecessori suo, et petit diem quod possit inquirere, et habet. Datus est dies etc. et Galfridus ponit loco etc.

833. Essex. Nota de Gileberto de Renham. In dominico Dom. Regis de Hauering'. Assisa mortis antecessoris[9].

Assisa uenit recognitura si Johannes filius Petri auunculus Dionisie filie Willelmi et Agnetis sororis eius uxoris Ade le Moingne fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de l. acr.

1 Corr. *capiendo*.
2 *qui nunc* repeated.
3 A judge who went the Dorset eyre in 1231.
4 Ralph put in his claim when the chirograph was delivered to the parties. See Br. f. 436.
5 See Co. Lit. 293 a.
6 Oxford.
7 Supply *et dicit*.
8 Corr. *antecessori*.
9 See next case.

terre cum pert. in Benham et Auilers die etc. et si etc. unde Gilebertus filius Petri xxxviij. acr. inde tenet, et Johannes filius Baldewyni et Auicia uxor eius viij. acr. et Symon filius Petri iiij. acr. inde tenent.

Et Johannes et Auicia ueniunt et dicunt quod tenent illam terram quam ipsi tenent in dotem ipsius Auicie de dono | Petri primi uiri sui et ipsum uocant ad warantum [122.] quem curia Dom. Regis habebit pro herede[1].

Et Symon uenit et uocat inde ad warantum predictum Gilebertum et ipse presens est et ei warentizat et respondet de toto sicut inferius.

Et Gilebertus uenit et cognoscit quod predictus Johannes obiit seisitus de terra quam tenet ut de feodo et post terminum et dicit quod ipse est frater ipsius Johannis et postnatus et ex parte patris, et cognoscit quod predicte Dionisia et Agnes sunt filie Willelmi fratris ipsius Johannis antenati, et qui fuit frater ipsius Johannis ex parte patris et ex parte matris, et petit iudicium utrum ipse sit propinquior heres ipsius Jòhannis, an ipse Dyonisia et Agnes. Et quia Gilebertus cognoscit quod predictus Johannes obiit inde seisitus, et post terminum, et conuinctum est quod predicte Dyonisia et Agnes sunt propinquiores heredes quam predictus Gilebertus, eo quod idem Gilebertus est frater ipsius Johannis postnatus et ipse sunt filie Willelmi fratris antenati et de uno patre eademque matre, et idem Gilebertus non est nisi de eodem patre, et ideo consideratum est quod ipse rec' seisinam suam, et Gilebertus in misericordia. Nota Wynescot'.

834. Preceptum fuit uicecomiti quod preciperet balliuis manerii Dom. Regis de Haueringes quod recordari facerent in curia Dom. Regis de Haueringes loquelam que fuit in eadem curia per breue Dom. Regis inter Adam Walensem et Agnetem uxorem eius et Dyonisiam sororem ipsius Agnetis petentes et Gilebertus de Renham[3] tenentem de j. uirg. terre et uno Essex. Paruum breue *secundum* consuetudinem manerii[2].

[1] The doweress and her husband vouch whichever of the parties shall be held the true heir.

[2] Havering-atte-Bower is ancient demesne; so the only writ which runs there is the little writ of right.

[3] The parties are the same as in the last case. Gilbert of Renham is Gilbert Fitz Peter; Adam Walensis and Adam le Moingne seem one person.

molendino et vj. acr. prati et dim. marc. redditus cum pert. in Haueringes, unde predicte Agnes et Dyonisia queste fuerunt falsum sibi factum fuisse iudicium in eadem curia etc., et quod diligenter inquirerent qui fuerunt illi de maneriis Dom. Regis de Writele, Neuport, et Hatfeuld[1] qui interfuerunt predicto iudicio faciendo simul cum hominibus Dom. Regis de Haueringes, et illos uenire faceret aput Aueringe ad diem quem predicti homines et balliui de Haueringe predicti[2] loquelam recordari facerent, ita quod tam predicti balliui et homines de Haueringe quam predicti homines de predictis maneriis [[3]recordum illud haberent coram iusticiariis aput Westmonasterium per iiij. legales homines de manerio de Aueringes et sex de maneriis] de Writele, de Neuport, et de Hatfeuldia ex illis qui recordo illi interfuerunt. Qui omnes ueniunt et recordantur quod postquam predicti Ada et alii pecierant terram illam et molendinum et pratum per breue de recto in curia de Haueringe de seisina Johannis de Haueringe auunculi ipsarum qui fuit frater Willelmi patris ipsarum Agnetis et Dyonisie et[4] Gilebertus defendit ius earum et cognouit seisinam eiusdem Johannis sicut illam quam idem Johannes adquisiuit de quodam Bartholomeo, sed dixit quod maius ius habuit in terra illa sicut frater ipsius Johannis postnatus quam predicte Dyonisia et Agnes que fuerunt cognate Johannis de Renham et filie Willelmi fratris ipsius Johannis antenati, et ideo secundum considerationem cur'[5] manerii considerauerunt, quod idem Gilebertus maius ius habuit in terra illa molendino et prato quam Ada Agnes et Dyonisia. Et illi de curia qui ueniunt cum recordo quesiti si unquam tale factum fuit iudicium in prefata curia, et quod ostendant exemplum, et nichil inde ostendere possunt, nec exemplum nec aliud. Et quia recognitum est hinc inde quod predictus Gilebertus est frater ipsius Johannis postnatus et de altera matre et predictus Willelmus pater ipsarum Dyonisie et Agnetis fuit frater antenatus ipsius Johannis de eodem patre

De Magistro G. de Renham.

Nota.

[1] Writtle, Newport and Hatfield, all in Essex.
[2] Corr. *predictam* (?).
[3] Words in [] added in margin.
[4] Om. *et*.
[5] Corr. *secundum consuetudinem* (?).

eademque matre et quia terra illa et molendinum fuit perquisitum ipsius Johannis, Consideratum est quod illi de predictis maneriis falsum fecerunt iudicium, et ideo omnes de manerio in misericordia preter Willelmum Dun et Wydonem de Haueringes et Adam Clericum qui noluerunt consentire iudicio. Et predicte Dyonisia et Agnes recuperant seisinam suam sicut propinquiores heredes [ipsius Johannis de Renham[1]].

835. Idem Abbas queritur quod Unfridus de Grauele, et Willelmus de Norwyc de Acle, Nicholaus le Cuillur, et omnes alii nominati in breui sicut patet in recordo de term. S. Trin. in crastino S. Joh. ui et armis et contra pacem Dom. Regis piscati fuerunt in piscaria ipsius Abbatis inter pontem de Webrugge[2] et pontem de Frogeham, ubi piscari non debent nec solent, et asportauerunt palos palatii ipsius Abbatis, et unde dicit quod ecclesia sua fuit inde seisita a conquestu Anglie et sicut de piscaria que semper fuit separabile[3] ipsius ecclesie sue, et unde deterioratus est etc. Norf.

Et Unfridus et omnes alii ad alium diem uenerunt et dixerunt quod piscati fuerunt in piscaria illa per R. Comitem le Bigod | et ipsum inde uocauerunt ad warantum. Et ipse nunc uenit et ei[4] warentizat sicut illos qui sunt homines et uillani sui et qui per eum piscati sunt. [122 b.]

Et Rogerus Comes uenit et defendit uim et iniuriam etc., et dicit quod piscaria illa non est separabile ipsius Abbatis, set dicit quod terra sua abutat[5] super aquam et piscariam illam, et quod ipse piscari debet in eadem piscaria cum ipso Abbate, et dicit quod antecessores sui ibi piscari solent et debent et piscati sunt scil. tempore Henrici Regis aui, et

[1] Added by the annotator. See above, Case 44. Also Nichols, Britton, vol. 2, p. 317 and Maine, *Ancient Law*, p. 151. The rule of common law which excluded the consanguineous brother is more modern than Bracton. The court of the manor here prefers a half-brother on the father's side to a niece of the whole blood; and the half-brother urges his claim in the King's Court also. But 'at common law' he would have had no claim even had there been no other kinsfolk.

[2] Seemingly Weybridge, parish of Acle, Norfolk. There was here a small priory said to be founded by the Bigods. Monast. vol. 6, p. 594; Blomefield, *Hist. of Norfolk*, vol. 11, p. 92.

[3] It was the several of the church, i.e. the church's own property subject to no rights of common.

[4] Corr. *eos* (?).

[5] His land abuts on the water.

tempore Regis Ricardi, et tempore Regis Johannis, scil. Comes Hugo auus suus et Comes Rogerus pater suus et ipse, et quod ipse ita piscari debet et cum ipso Abbate inter predictas diuisas, ponit se super patriam. Dicit eciam quod omnes antecessores sui obierunt inde seisitus[1].

Et Abbas uenit et defendit seisinam ipsius Rogeri et bene dicit quod nec ipse[2] nec antecessores sui ibi piscari debent nec solent, nec ipse Comes aliquam inde seisinam habuit, nisi per predictam uim quam ipse fecit et unde ipse Abbas nunc queritur.

Postea uenit Abbas et dicit quod predecessor suus Abbas Reginaldus fuit seisitus de eadem piscaria tempore Regis aui et tempore Regis Ricardi et Regis Johannis, sicut de piscaria illa que fuit separabile suum sine communa uel piscacione quam idem Comes uel aliquis antecessorum tuorum[3] ibi haberet.

Et Comes hoc totum defendit et ponit se in magnam assisam Dom. Regis, et petit recognitur'[4] fieri, utrum ipse maius ius habeat piscandi in piscaria illa simul cum dicto Abbate, an idem Abbas tenendi piscariam illam separatim sine communa quam idem Comes habere debeat infra diuisas predictas, et si predictus Abbas Reginaldus uel alius Abbas unquam temporibus predictorum Regum piscariam illam tenuit et habuit separatim sine communa quam antecessores ipsius Comitis habuerunt et interim remaneat Comes in seisina de communa[5].

836. Cecilia de Stradeset'[6] Priorem Hospitalis Jerosolime in

Norf. Anglia quem Bernardus Mader et Ayl*ui*a mater eius uocat ad warantum et qui eis warentizat viij. acr. terre cum pert. in Wigehale ut ius suum et in quas non habet ingressum nisi per Alanum quondam uirum suum de quo iam per iudicium ecclesie separata est.

Et Prior per attornatum suum uenit et uocat inde ad warantum Robertum filium Ricardi per cartam suum[7] quam

[1] Corr. *seisiti*.
[2] *nec ipse* repeated.
[3] Corr. *suorum*.
[4] Corr. *recognicionem*.
[5] This grand assize in an action of trespass is noticeable; but the plaintiff seems to have been driven to plead an ancient seisin.
[6] Supply *petit uersus*.
[7] Sic.

profert, et que testatur quod concessit et dedit et confirmauit deo et ecclesie S. Marie de Kerebroc[1] et fratribus hospitalis homagium Burnardi Mader et *seruicium*[2] quod ei debuit cum tenemento[3] tócius tenementi quod de eo tenuit in Wygenhale quod uocatur Snellingesdale et quod iacet inter terras[4] diuisas.

Et Robertus uenit et dicit quod uidetur ei quod non debet warentizare terram illam in dominico desicut ipse nichil habuit nisi homagium, et dicit quod nunquam habuit aliquid inde in dominico, quia Lena mater ipsius illam dedit in maritagium cum ipsa Cecilia predicto Alano, et non uult ei warentizare nisi curia considerauerit.

Et quia Prior non potest aliquid ostendere quod idem Robertus esset in seisina uel quod aliquid habeat de dono ipsius Roberti nisi homagium, Consideratum est quod Cecilia recuperat seisinam suam uersus Priorem, et Robertus quietus de warantia et Prior in misericordia et faciat escambium Bernardo et Ayll*uie*[5].

837. Robertus de Haufordia summonitus ad warantizandum Galfrido filio Eustachii unam hidam terre cum pert. in Newentona quam tenet et de eo tenere clamat, et unde cartam suam etc., et unde queritur quod pro defectu suo et warancie sue uexatur in curia de Bocland', et unde queritur quod ipse Robertus eum uexat in curia sua contra cartam suam, et unde deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xl. sol., et unde queritur quod distringitur ad sectas faciendas ad predictam curiam contra tenorem carte sue desicut nichil debet, nec sectam, nec aliud seruicium ad predictam curiam. Berk.

Et Robertus uenit et cognoscit cartam suam et defendit dampnum et totum et bene defendit | quod defectu suo non [123.] distringitur quia non debet eum aquietare et eo quod ipse

[1] Great Carbrook in Norfolk where there was a preceptory.

[2] The word looks like *lenn* or *lerm*; *seruicium* is conjectural.

[3] Sic.

[4] Corr. *certas* (?).

[5] Bracton, f. 27, cites from Hilary term in some unspecified year a case between Cecilia of Stradesete and the Prior of the Hospitallers. It seems to be the present case. Robert need not warrant the Prior because when the gift was made *nihil habuit in dominico, nisi nudum dominium scilicet homagium et seruitium.* This seems to be Fitz. *Voucher*, 281.

Robertus nullam sectam ibi debet et dicit quod tenet aliud feodum in Haufordia de quo sectam debet in curia de Bocland'.

Et Galfridus uenit et dicit quod tenet utrumque feodum et de Neutona et de Haufordia de predicto Roberto et non de alio et unde dicit quod de toto debet aquietare eum et quod pro defectu ipsius de utroque distringitur, et petit iudicium si debeat de uno tenemento sequi ad duas curias, et super hoc profert cyrographum factum in curia Dom. Regis et quod testatur quod cepit homagium suum de predicta hyda terre et quod debet eum aquietare uersus omnes et uersus capitales dominos per seruicium in cyrographo nominatum. Et ideo consideratum est quod aquietabit eum et Robertus in misericordia et quod reddat xl. sol., et preceptum uicecomiti quod distringat Robertum quod de cetero aquietet eum uersus predictam curiam de Bocland', et quod de terris et catallis ipsius Roberti faciat xl. sol. et reddat Galfrido.

838. Bed. Hugo filius Ricardi fuit summonitus ad respondendum Andree de la Legha quare non aquietat ipsum de seruicio quod Johannes de Grey et Agnes uxor sua ab eo exigunt de libero tenemento suo quod[1] de predicto Hugone de Legha[2] et unde idem Hugo qui medius est inter eos aquietare debet eum etc., et unde queritur quod predictus Johannes et Agnes eum distringunt per seruicium[3] unde idem Hugo qui medius est eum aquietare debet per cartam suam quam habet et quam profert etc.

Et Hugo uenit et dicit quod non debet ei warentizare, nec eum defendere per cartam illam, quia carta illa facta fuit in gwerra et per districcionem et unde ipse eum inplacitauit statim post et ad huc inplacitat per breue de recto, et petit terram illam et tenementum illud in dominico, et ipse nichil petit in seruicio. Et ideo dictum est Andree quod decetero

Nota quod dominus de quo tenementum tenetur potest wayuiare feodum suum, et ideo tenens cum eum inplacitat teneat de domino superiore[4].

[1] Supply *tenet*.

[2] Hugh Fitz Richard; for *de Legha* read *in Legha*.

[3] Corr. *pro seruicio*.

[4] *A* claims land in demesne against *B* who asserts that he is *A*'s tenant; *A* thereby waives any seignory over *B* if any he has. The phrase *cum eum inplacitat* etc. means *cum dominus inplacitat tenentem, tenens teneat de domino superiore*. This is Fitz. *Meme*, 77.

sit intendens ipsis Johanni et Agneti de seruicio quod ad terram et tenementum illud pertinet, et cum uenerit ad responsum ad breue de recto faciat ad melius quod poterit, quia Hugo wauiat seruicium illud, et salua eidem Andree carta sua si bona sit. Et mandatum est Johanni quod capiat homagium ipsius Andree et ad[1] seruicium quod ad terram illam pertinet, saluo iure cuiuslibet inposterum etc.

839. Willelmus de S. Jermano, Rogerus filius Ade de Kaylly et plures alii attachiati fuerunt ad respondendum Magistro Rogero de Cantilupo custodi terre et heredis Willelmi de Francheuilla de placito quare ui et armis uenerunt in liberam piscariam ipsius heredis in Keburgo de[2] Bukeham et in ea piscati sunt contra iusticiam, desicut illi nullam communam habuerunt in piscaria illa die quo predictus Willelmus pater ipsius heredis obiit ut dicitur, et unde queritur quod per hoc deterioratus est etc., et unde dicit quod ipsi nullam communam habere debent piscandi a molendino quod uocatur Pipermelne antecedendo[3] usque ad molendinum ipsius Ade et descendo[4] usque ad Langefordiam, et unde dicit quod predictus Willelmus pater predicti heredis fuit seisitus anno et die quo fuit uiuus et mortuus sine communa quam predicti homines ibi habere debeant. Norf.

Et Ada de Kaylly uenit et dicit quod omnes predicti homines sui sunt et eis warentizat et aduocat predictam piscariam, et defendit uim et iniuriam, et dicit primo quod nihil clamat in piscaria illa inter predictum molendinum quod uocatur Pipermelne descendendo usque ad Langefordiam, nec ibi piscatus est nec ui nec alio modo, et bene dicit quod piscari debet ipse et heredes sui in piscaria illa inter predictum molendinum de Pipermelne ascendendo usque ad molendinum ipsius Ade, et ipse et antecessores sui semper ibi piscati sunt et quod ipse fuit inde in seisina anno et die quo idem Willelmus fuit uiuus et mortuus et quod communam habere debent et piscari simul cum ipso herede, et inde ponit se super patriam.

[1] Om. *ad* (?).

[2] Corr. *et*. Ickborough and Buckenham are near Langford, Norfolk. Common of piscary is noticed by Bracton, f. 233 b.

[3] Corr. *ascendendo*.

[4] Corr. *descendendo*.

Et Magister Rogerus pro predicto herede dicit quod nullam communam ibi habere debent nec fuit idem Ada in seisina de eadem piscaria anno et die quo idem Willelmus fuit uiuus et mortuus secundum quod predictum est, et dicit quod infra molendinum de Pipermelne et Langefordiam, unde ipse cognoscit quod nullam communam habere debet, piscatus est ille per uim secundum quod predictum est et inde ponit se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram[1] et custodibus placitorum corone conuenire faciat xij. de uisneto, et per eorum sacramentum etc. si predictus Ada fuit in seisina de eadem piscaria simul cum predicto Willelmo inter predictum molendinum de Pipermelne ascendendo usque ad molendinum ipsius Ade, et si idem Ada piscatus
[123 b.] sit ui et | armis inter molendinum predictum de Pipermelne descendendo usque ad Langefordiam, uel non, et inquisicionem mittat ad diem etc. per litteras et per duos etc.

840. Glouc. Willelmus Huse de Wellefordia summonitus fuit ad ostendendum quo waranto se tenet in una uirg. terre cum pert. in Sturtona et in duabus partibus j. uirg. terre cum pert. in Dorsingtona etc.

Et Radulfus le Frankelayn eodem modo summonitus ad ostendendum quo waranto se tenet in duabus partibus j. uirg. terre cum pert. in Dorsingtona quas predicti Willelmus et Radulfus habuerunt in ballio Dom. Regis dum predicte terre fuerunt in manu sua occasione fuge et utlagarie Johannis de Dorsingtona pro morte Walteri filii Fulconis unde rectatus fuit, desicut Dom. Rex perdonauit ei[2] et utlagariam.

Et Willelmus uenit et dicit quod tenet terram illam in custodia cum pueris Margerie uxoris sue, et que inde obiit seisita sicut de illa que fuit eschaeta puerorum suorum occasione felonie quam idem Johannes fecit, et unde utlagatus fuit, et postquam terra illa exstiterit in manu Dom. Regis et per unum annum et unum diem, et petit iudicium si debeat ei respondere uel pueri illi qui sunt infra etatem debeant perdere occasione inlagacionis quam Dom. Rex ei fecit, desicut Dom. Rex nichil ei concedit nisi quod suum est et ad ipsum pertinet.

[1] Supply *eo*. [2] Supply *fugam* (?).

Et Radulfus uenit et dicit quod idem Johannes de eo tenuit, et ipse finem fecit post annum et diem Dom. Regis de terra illa habenda, et petit similiter iudicium sicut et Willelmus si Dom. Rex possit plus perdonare quam ad ipsum pertineat[1].

841. Assisa uenit recognitura utrum uiginti acre terre et tres rode prati et unum mesuagium cum pert. in Wyllinghale sint libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Willinghale unde Magister Willelmus est persona, an laycum feodum Emme de Crustwyc que uenit et dicit quod ecclesia illa nichil habere potest in dominico nec unquam fuit inde in seisina, nisi de seruicio vj. sol., et inde ponit se super patriam. Essex.

Et Magister Willelmus dicit quod ecclesia sua fuit inde in seisina nomine ecclesie sue et in dominico, et quidam Willelmus de Augo predecessor suus fuit inde in seisina nomine ecclesie sue et in dominico et inde ponit se super patriam.

Nota quod primo datur redditus ecclesie de quadam terra et postea datur ecclesie terra ecclesie[2].

Juratores dicunt quod quidam Godefridus fuit persona de eadem ecclesia que aliquando fuit lignea, et ita quod idem Godefridus fecit eam fieri lapideam, et quando facta fuit lapidea uenit quidam Godefridus de Rupella et dedit primo eidem ecclesie redditum prouenientem de eadem terra, scil. v. sol., et postea dedit eidem ecclesie totam terram illam et pratum et mesuagium cum pert. in dominico, et predicto Godefrido nomine ecclesie sue sicut in dotem ecclesie predicte, et idem Godefridus obiit ita seisitus nomine ecclesie sue, et post eum fuit quidam Willelmus Folenfant persona eiusdem ecclesie, qui processu temporis fuit leprosus effectus, et propter inpotenciam suam uenit quidam Alexander pater istius Emme, et qui fuit seruiens ipsius Willelmi et tenuit terram illam *pratum* et mesuagium de eodem Willelmo et reddidit inde sex sol. et mortuo eodem Willelmo fuit quidam Willelmus Do inde persona et concessit eidem Alexandro terram illam et pratum et mesuagium per seruicium predictum. Et quia predictus Alexander nichil iuris habuit nisi per

[1] Br. f. 132 b. After a lawful outlawry a royal pardon will not restore the escheated lands. The king cannot give what is another's. Observe an escheat for felony in the county of Gloucester. See the apocryphal statute Prerogativa Regis cap. 16.

[2] One *ecclesie* is superfluous.

predictas personas secundum quod predictum est, consideratum est quod Magister Willelmus recuperauit seisinam suam nomine ecclesie sue, et Emma in misericordia. pauper est.

842. Berck. Abbas de Radinges summonitus fuit ad respondendum Roberto Archidiacono quare cepit aueria sua et iniuste detinet contra uadium et plegium etc. et unde queritur quod balliui ipsius Abbatis uenerunt ad terram ipsius Roberti de Aldemannestona[1] et ibi ceperunt lij. animalia tam boues quam uaccas et fugauerunt aput Radinges desicut nullum tenementum de eo tenet nec seruicium ei debet.

Et Abbas uenit et defendit uim et iniuriam et iniustam captionem et detentionem contra uadium et plegium, et dicit quod reuera terra illa ipsius Roberti de Aldemannestona est infra hundredum et libertatem suam quam habet per cartam Dom. Regis, et idem Robertus sectam debet ad curiam suam, scil. debet uenire uel balliuum suum mittere ad magnum hundredum ipsius Abbatis et ibi presentare debet placita corone et attachiamenta et ibi audire statuta [124.] et assisias | panis et ceruisie et alia que statuta sunt ad pacem Dom. Regis, et statuta illa et assisias illas assequi debet et tenere in predicto manerio suo, et quia sectam illam facere noluit distrinxit eum per consideracionem curie sue ad sectam illam faciendam, et sepius optulit ei aueria sua per uadium et plegium, et ipse Robertus ea recipere noluit. Dicit eciam quod Rex Johannes quando dedit hundredum Abbacie de Radinges[2] fuit in seisina de predicta secta et ipse postea, et ita quod plura attachiamenta facta sunt in curia sua de placitis corone, et inde producit sectam sufficientem.

Et Robertus uenit et dicit quod nullam[3] ei debet ad curiam suam, quia inde quietus per cartam Dom. H. Regis senis quam profert et que hoc testatur, et eciam per cartam Henrici Regis aui et que testatur quod aquietat eum de schiris et hundredis et murdris et danegildis, nec Abbas unquam seisinam habuit nisi in hoc quod tempore quo quidam Robertus Clericus fuit uicecomes et Rogerus de Cuserigge

[1] Aldermaston between Reading and Newbury.

[2] Rot. Cart. p. 175. 23 Feb. 1208.

[3] Supply *sectam*.

fuit coronator contigit quod[1] infortunium de quodam homine qui cecidit de quadam arbore, et cum ipsi uicecomes et coronator et alia[2] conuenissent ad attachiamenta facienda ad predictum manerium, uenit idem Abbas cum gente magna et amouit ipsos et per uim in curia sua fecit attachiamenta[3]. Dicit eciam quod ipse nec uenire debet, nec alium pro se mittere nomine secte secundum quod predictum est, set semper fuit quietus per carta[4] secundum quod predictum, et inde ponit se super patriam si Dom. Rex hoc concesserit.

Et Abbas similiter ponit se super patriam quod Dom. J. Rex quando dedit hundredum illud Abbacie de Radinges fuit in seisina et ipse postea, et quod idem Robertus nullam habuit quietantiam per cartas illas. Et Abbas ponit loco etc.

843. Johannes[5] *Produmme* summonitus fuit ad respondendum Galfrido de Cruce quare ui et contra iusticiam utitur quadam uia et eam tenet ultra terram suam de Waletona, quam in ea habere non debet ut dicitur etc., et unde queritur quod per usum illum deterioratus est et dampnum habet ad ualenciam xl. sol. Surr.

Et Jord' uenit et defendit uim et iniuriam, et dicit quod omnes antecessores sui a conquestu Anglie semper hucusque et usque in hodiernum diem usi sunt uia illa et dicit quod Ricardus pater suus fuit inde in seisina et usus fuit uia illa tempore Regis J., et ipse postmodum semper fuit in seisina, sicut de illa que pertinet ad tenementum quod ipse tenet in eadem uilla, et quod tale sit ius suum et quod ita usus est et ipse et pater suus ponit se super patriam.

Et Galfridus uenit et dicit quod nullam ibi uiam habere debet, nec pater suus fuit inde in seisina aliquo tempore nisi de permissione et uoluntate Reginaldi de Cruce patris sui et quando terra illa iacet inculta, et dicit quod antiquitus redacta fuit terra illa in culturam et factum fuit ibi quoddam assartum per antecessores ipsius Galfridi, ubi nullus antecessor ipsius Jordani uiam habuit nec habere debuit, nec

[1] Om. *quod.*
[2] Corr. *alii.*
[3] When a sudden death happens the witnesses ought to be attached. The Abbot insisted that the attachment should be made in his court.
[4] Corr. *cartas.*
[5] Corr. *Jordanus.*

ipse uiam ibi habere debet, nec extra quoddam fossatum, set est ibi quedam semita que uocatur la Cherechwya, per quam incedere potest ultra terram suam, et non per predictam uiam. Et quod Ricardus pater ipsius Jordani nec alii antecessores sui usi sunt uia illa nec seisinam habuerunt nisi de permissione Reginaldi patris sui ponit se super patriam. Et preceptum est uicecomiti quod uenire faciat coram iusticiariis aput Westmonasterium a die S. Trin. in j. mensem xij. qui electi sint de consensu parcium quorum nomina inferius liberos legales per quos etc. ad recognoscendum super sacramentum suum si predictus Ricardus pater ipsius Jordani usus fuit uia illa tempore Johannis Regis, et si idem Jordanus postmodum, sicut illa quam antecessores ipsorum usi sunt a conquestu Anglie, ut pertinente ad tenementum ipsius Jordani in eadem uilla, sicut idem Jordanus dicit, uel si idem Ricardus usus fuit uia illa tempore eiusdem Regis de gracia et permissione et uoluntate[1] Reginaldi de Cruce patris ipsius Galfridi et non ut pertinente ad tenementum ipsius Jordani, ut idem Galfridus dicit, uel non, et interim uiam illam uideant, et se ita interim certificent quod iusticiarios certificare possint ad predictum diem. Nomina xij. in quos consenciunt, Ada de Wyndeham, et alii.

DE TERMINO PASCHE ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS XVIII°.

844. Norf. Hugelina et Matillis filie Willelmi de Denemede per attornatum ipsius Matillidis petunt uersus Herueum de [124 b.] Stanho duas | caruc. terre cum pert. in Anemere ut ius suum etc.

Et Herueus non uenit sed essoniauit se de malo lecti ita quod adiudicatus fuit ei languor et habuit diem aput Thurrim Londoniensem. Et super hoc uenit Richerus de Dockinge et dicit quod missus est ab eodem Herueo sicut responsalis suus, et petit uisum, et habet. Dies datus est

[1] See Br. f. 52 b.

etc. Et preceptum est uicecomiti quod mittat ad ipsum Herueum iiij. milites ad audiendum si ratam habuit responsionem quam idem Richerus fecit pro eo et illos habeat aput Westmonasterium ad predictum terminum ad testificandum, et si ipsum ponere uoluerit loco suo uel alium et quem[1].

845. Oliuerus de Auencurt petit[2] Robertum Marescallum et Leticiam uxorem eius custodiam Johannis filii et heredis Ade de la Stoke cuius custodia ad ipsum pertinet, eo quod idem Ada de eo tenuit per seruicium militare. Et Robertus et Leticia uocauerunt inde ad warantum Radulfum filium et heredem Galfridi de Querendona, qui est infra etatem et in custodia Margerie matris sue, que uenit et respondet pro eo, et dicit quod predictus Ada die quo fuit uiuus et mortuus ullam[3] terram non tenuit de ipso Oliuero in Wuburnia nec alibi, nec in dominico, nec in seruicio. Buck.

Et Oliuerus dicit quod idem Ada tenuit de eo aliquando sextam partem feodi unius militis in Wuburnia per seruicium militare, et ipse postea id quod habuit in dominico tradidit quatuor hominibus per certum seruicium, scil. Waltero de la Lude et fratribus suis, ita quod anno et die quo idem Ada fuit uiuus et mortuus fecerunt ipsi quatuor Walterus et alii seruicium suum predicto Ade, et idem Ada predicto Oliuero, et inde ponit se super patriam.

Et Margeria dicit quod bene potest esse quod predictus Ada aliquando tenuit de ipso Oliuero, sed reuera per decem annos ante mortem suam, quia tenementum illud fuit ei onerosum, uenit ad ipsum Oliuerum et reddidit ei et quietum clamauit totum tenementum quod habuit in Wuburnia, excepto uno molendino quod tenuit in soccagium et quod postmodum dedit Abbacie de Messendene etc., et ita quod anno et die quo fuit uiuus et mortuus nullum tenuit tenementum de ipso Oliuero per seruicium militare. Et inde ponit se super patriam et Oliuerus similiter. Et ideo preceptum uicecomiti quod coram eo et coram custodibus placitorum corone uenire faciat xij. de uisneto de Wuburnia per quos rei ueritas etc. ad recognoscendum super sacramentum suum si

[1] Br. f. 861 b. [2] Supply *uersus*. [3] Or *nullam*.

predictus Ada anno et die quo fuit uiuus et mortuus tenuit aliquod tenementum uel feodum de ipso Oliuero, uel si per decem annos ante mortem suam feodum quod tenuit in eadem uilla reddidit ipsi Oliuero etc., et inquisicionem uenire faciat in Oct. S. Mich. per litteras et per duos etc. Et sciendum quod Margeria cognoscit quod idem Ada tenuit tenementum suum in Almodesham in soccagio etc.

846. Suff. Johannes le Cham et Katerina uxor eius petunt uersus Julianam filiam Normann' medietatem j. hyde terre cum pert. in Burn', et uersus Johannem Gulaffre viij. acr. cum pert. in eadem uilla ut ius suum et unde quedam Roysia filia Radulfi de Norm' et mater predicte Katerine fuit seisita in dominico suo ut de feodo et iure tempore Regis J. capiendo expleta etc. et de predicta Katerina descendit isti Radulfo[1].

Et Juliana uenit et dicit quod predictus Johannes Gulaffre petit uersus eam eandem medietatem illius hyde terre in curia Dom. Regis aput Westmonasterium, et unde ipsa posuit se in magnam assisam Dom. Regis, sicut patet in rotulo a die S. Joh. in xv. dies, et petit iudicium si debeat utrique respondere. Et quia idem Johannes prius inpetrauit breue suum quam ipsi Johannes et Katerina et illud prius est usu et tempore, ideo inde sine die donec sciatur cui terra illa remanebit, et donec loquela terminetur inter eosdem Johannem Gulaffre et Julianam.

Et Johannes[2] uenit et dicit quod nichil tenet de terra illa, sed quidam Symon filius Johannis qui est infra etatem illam tenet ut de dono ipsius Johannis Gulaffre sicut illam de qua eum feoffauit antequam breue esset inpetratum, et semper fuit in seisina a festo S. Mich. anno R. xvij°. et incipiente xviij°. usque ad hunc diem et expleta inde capit ita quod idem Johannes[3] nullam seisinam habuit nec expleta recepit. Et Johannes et Katerina[4] dicunt quod ipse[5] fuit inde in seisina quando breue fuit inpetratum et postea.

Post uenit Johannes et ponit se in magnam assisam Dom.

[1] Sic.
[2] The tenant John Gulaffre.
[3] The tenant.
[4] The demandants.
[5] The tenant.

Regis, et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat in terra illa an predicti Johannes et Katerina. | [125.]

847. Decanus de Beingtona attachiatus fuit ad respondendum Petro de Malo Lacu de placito quare traxit eum in placitum in curia cristianitatis de catallis que non[1] de testamento uel matrimonio contra prohibicionem, et unde idem Petrus per attornatum suum queritur quod idem Decanus peciit ab eo in curia cristianitatis sexaginta marcas argenti de pladis[2] et aliis que non de testamento uel matrimonio et unde dampnum habet ad walenciam xx. marc. et inde producit sectam. Ebor.

Et Decanus uenit et defendit contra ipsum et sectam suam quod nunquam post prohibicionem secutus fuit placitum illud, quia reuera bene potest esse quod habuit prohibicionem et breue Dom. Regis, nec illud non ostendit, nec eo usus est, sed submisit iurisdiccioni Episcopi et propter libertatem Episcopi[3]. Idem[4] quod reuera quidam Johannes le Poher tradidit ei quandam terram ad terminum et infra terminum illum obiit predictus Johannes et legauit eidem Decano blada que fuerunt seminata in eadem et alia que ibi fuerunt. Dicit eciam quod idem Johannes ei dimisit terram illam de uoluntate ipsius Petri[5] et eciam de uoluntate ipsius Petri concessit omnia catalla in terra illa et eciam ante egritudinem et in testamento suo.

Et Petrus per attornatum suum non dedicit quin de uoluntate ipsius Petri terra dimissa esset eidem Decano, et eciam catalla ita relicta, secundum[6] predictum est, et hoc satis concedit. Et ideo consideratum est quod Decanus inde sine die, et sequatur placitum suum in curia cristianitatis, et habeat breue Priori Dunholmensi et coniudicibus suis quod non obstante prohibicione procedat, et Petrus in misericordia.

848. Wymerus de Thoringtona petit uersus Hugonem de Ver Comitem Oxonie, quem Robertus de Hastinges uocauit ad warantum, et qui ei warantizauit, feodum unius militis Cantebr.

[1] Supply *sunt*.

[2] Corr. *bladis*.

[3] The bishop of Durham has palatine rights; perhaps reference is made to these.

[4] Perhaps it should run *Idem Decanus dicit quod reuera*.

[5] John may have been Peter's tenant.

[6] Supply *quod*.

cum pert. in Lonwath' ut ius suum, unde quidam Rogerus antecessor suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui etc., et de predicto Rogero descendit ius terre illius cuidam Radulfo ut filio et heredi, et de Radulfo cuidam Rogero ut filio et heredi, et de predicto Rogero isti Warnero[1] ut filio et heredi etc., et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Hugo uenit et defendit ius suum ubi et quando etc. et dicit quod si alius inplacitaret eum de eadem terra ipse Wymerus deberet terram illam warantizare, et profert cartam Rogeri filii Wymeri de cuius seisina ipse Wymerus petit terram illam et que testatur quod idem Rogerus dedit Albrico de Ver et heredibus suis manerium de Lanewell' in omnibus rebus sicut illud habebat in terra, bosco, plano et omnibus rebus, sine aliqua retinatione[2] ei et heredibus suis de ipso Rogero et heredibus.

Et Wymerus uenit et defendit cartam et sigillum et totum, uel per corpus cuiusdam liberi hominis sui, uel per collacionem signorum, uel alio modo secundum quod curia considerauerit, et petit sibi allocari quod nunquam fecit ei seruicium duorum militum nec antecessoribus suis secundum quod in carta continetur quam *Hugo*[3] profert.

Et Comes uenit et profert cartam Regis Henrici senis per quam confirmat ei donum quod Rogerus filius Wymeri ei fecit.

Post uenit Wymerus et cognoscit quod Rogerus filius Wymeri de cuius seisina petit terram illam, dimisit illam ad terminum Comiti Arbrico de Ver quando idem Rogerus transfretauit in Hiberniam, et donec terra se ipsam aquietaret[4] et tempore Henrici Regis aui. Et postea quia non potest dedicere cartam ipsius Rogeri, nec confirmacionem Regis, respondit Wymerus quod si faceret ei seruicium, consilium haberet dimittendi ei terram illam in dominico.

Et ideo quia Wymerus postea non dedicit cartam nec feoffamentum consideratum est quod Comes non respondeat

[1] Called *Wymerus* above and below.
[2] Supply *tenendum*.
[3] More like *ling'*.
[4] Until the land should become quiet; until time of peace (?).

de tenemento in dominico, nisi dedicere uoluerit quod de eo tenere non debeat, et quod ei seruicium facere non debeat feodi j. militis secundum quod in carta continetur. Et Comes petit diem ad certificandum se utrum seruicium facere debeat, uel quod warantum inuenire possit, a die S. Trin. in xv. dies. Et Comes amouit Robertum le Butiller quem posuit loco suo etc.

849. Prior de Hauerhalm summonitus fuit ad respondendum Abbati de Kirkestal quare non aquietat eum uersus Margeriam de Ripariis de seruiciis et consuetudinibus quas eadem Margeria ab eo exigit de tenemento quod tenet de eodem Priore in Horfordia et Kikel' et unde idem Prior qui medius est eum aquietare debet, et unde idem Abbas queritur quod cum idem Prior medius sit inter eos et eum aquietare debeat uersus eandem Margeriam de omnibus, eadem Margeria distringit eum ad faciendum ei homagia | et seruicia et ad faciend' sectas ad curiam suam, unde deterioratus est pro defectu ipsius Prioris. Ebor. [125 b.]

Et Prior uenit et cognoscit quod idem Abbas de eo tenet, et quod ipse Abbas districtus est pro homagio et releuio et pro sectis quas Robertus de Eueringeham et Isabella uxor eius de quo idem Prior tenet eum aquietare debent per cartam Ade filii Petri antecessoris ipsius Ysabelle quam idem Prior profert et que testatur etc. Et ideo consideratum est quod idem Prior de cetero aquietet ipsum Abbatem uersus predictam Margeriam et nisi eum aquietauerit, bene licet eidem Abbati defendere uersus predictam Margeriam per quatuor lib. quas eidem Priori debet per annum[1].

Et Robertus de Eueringham et Isabella uxor eius summoniti quod sint a die etc. ad respondendum eidem Priori quare eum non aquietant uersus eandem Margeriam secundum quod eum aquietare debent, desicut idem Prior eis fecit quicquid eis facere debet. Et Prior ponit loco etc.

[1] If the Abbot has to pay Margery he may deduct the payment from the rent due to the Prior (?). This case is Fitz. *Mesne*, 78. The tenants stand four deep. In Monast. vol. 6, p. 949 are preserved old English translations of the grant by Adam Fitz Peter to Haverholm, and the grant by Haverholm to Kirkstall.

850. Glouc. [1] Jurata de consensu parcium uenit recognitura si Thomas de Berlan[2] anno et die quo Willelmus filius Elye obiit fuit in seisina de seruicio ipsius Willelmi, uel si Willelmus Camerarius fuit in seisina de custodia ipsius Willelmi dum fuit infra etatem ut idem Thomas dicit, uel si Abbas de Kingeswude tunc fuit inde in seisina, sicut ipse dicit.

Juratores dicunt quod Willelmus filius Elye aliquando tenuit tenementum suum de predicto Willelmo Camerario et ipse quicquid iuris ipse habuit dedit Abbati de Kingeswude, et ita quod anno et die quo idem Willelmus filius Elye obiit fuit idem Abbas in seisina de seruicio ipsius Willelmi filii Elye, et per v. annos ante mortem ipsius Willelmi filii Elie. Et super hoc ostendit idem Abbas per attornatum suum quod idem Thomas post placitum inter eos motum maritauit ipse heredem predicti Willelmi, et ideo summoneatur Thomas quod sit a die etc., si Abbas fecerit[3] securum de prosequendo ad respondendum eidem Abbati quare infra placitum motum maritauit predictum heredem.

Et sciendum quod Thomas non uenit[4] se essoniauit de malo ueniendi, et essonium non fuit ei allocatum[5] quia fecerat iam pridem attornatos scil. Robertum le Bel et quendam alium, et qui Robertus uisus fuit in curia, et ideo capta fuit iurata per defaltam etc. Et consideratum est quod Abbas recuperauit seisinam suam, et Thomas in misericordia.

851. Suff. Johannes del Frid petit uersus Alexandrum de Wridewella feodum dimidii militis cum pert. in Parua Welnetham ut ius suum et unde quedam Beatricia fuit seisita in dominico suo ut de feodo et iure tempore Henrici Regis aui capiendo inde expleta etc., et de predicta Beatricia descendit ius terre illius ipsi Johanni ut filio et heredi etc., et hoc offert etc.

Et Alexander uenit et defendit ius suum, et dicit[6] non debet ei respondere, quia reuera aliquando in curia Abbatis S. Eadmundi inplacitauit pater suus Alexander quendam Robertum patrem ipsius Beatricie ita quod duellum arma-

[1] For earlier proceedings see below MS. f. 127 b.
[2] The name should be Berkeley.
[3] Supply *uicecomitem.*
[4] Supply *sed.*
[5] Br. f. 342.
[6] Supply *quod.*

tum uadiatum et percussum fuit inter eos in eadem curia, et ita quod Alexander pater suus recuperauit seisinam suam de eodem feodo per finem duelli, et unde dicit quod nichil descendere potest Beatricie nec eidem Johanni.

Et Johannes uenit et bene concedit quod predictus Alexander ita recuperauit seisinam suam per finem duelli, sed postquam illam recuperauit, uenit idem Robertus et emit terram illam de predicto Alexandro pro xliiij. marc. et fuit inde in seisina per xx. annos, et postea illam dedit idem Robertus Beatricie filie sue ad se maritand' et ipsa fuit in seisina per longum tempus, donec idem Alexander pater ipsius Alexandri illam recuperauit uersus eandem Beatriciam in curia Abbatis S. Eadmundi per defaltam, et ita petit de seisina predicte Beatricie[1]. Perquisitus quo tempore percussum fuit duellum, dicit quod tempore Henrici Regis aui. Et quesitus quo tempore idem Robertus emit terram illam post duellum, dicit quod tempore ipsius Regis. Quesitus eciam quo tempore data fuit Beatricie, et quo tempore ipsa illam amisit, dicit quod tempore eiusdem Regis.

Postea uenit et dedicit quod predictus Alexander non uendidit eam predicto Roberto, set quedam Matil' de Sapertona, et quia ita uarius est in dicto suo, nec aliquid ostendit cartam nec aliud quod terra illa data esset uel uendita ipsi Roberto, et quia Alexander dicit quod Alexander pater suus nunquam exiuit a seisina set obiit seisitus, et ipse semper post eum fuit in seisina continue, nec idem Johannes | aliquid ostendit in contrarium, Consideratum est [126.] quod Alexander inde sine die, et Johannes in misericordia. finem fecit per unam marcam, pl' etc.

852. Cristiana que fuit uxor Radulfi de S. Eadmundo petit Warr. uersus Margeriam Pudding terciam partem dim. uirg. terre cum pert. in Thishou, ut dotem suam etc. et unde uocat ad warantum Magistrum Militum Templi in Anglia, et qui uenit et uocat ad warantum inde Oliuam et Sabrinam sorores et heredes predicti Radulfi etc.

Et Oliua uenit et dicit quod hereditas ipsius Radulfi partita fuit[2] sororem suam, et quod ipsa habuit medietatem,

[1] No stop in MS. [2] Supply *inter ipsam et.*

set nichil habet nec habuit quando uocata fuit ad warantum, quia illam prius uendidit et reddidit capitali domino. Et Magister dicit quod habet in excambium ad uitam, scil. duas uirg. terre in Wuttona, et ipsa dicit quod nichil habet nisi ad uoluntatem capitalis domini. Et ideo preceptum est uicecomiti quod si ipsa aliquam terram habeat de hereditate ipsius Radulfi, uel in escambium pro terra que fuit ipsius Radulfi, et quam habuit ad partem suam, quod habere faciat Cristiane ad ualenciam terre quam petit in dotem, et Magister Militum Templi teneat in pace, si autem nichil habeat de eadem terra, nec escambium, tunc recuperet Cristiana uersus Magistrum seisinam suam de terra quam petit [1].

853. Sum. Robertus de Briwes per attornatum suum petit uersus Priorem de Bermundeseia aduocacionem ecclesie de Staples ut ius suum, et unde quidam Robertus auus suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore Regis Ricardi, ita quod presentauit quendam Willelmum de Charentin, qui ad presentacionem suam fuit admissus capiendo inde expleta ad ualenciam dim. marce ut in decimis et oblacionibus et aliis obuentionibus etc., et de predicto Roberto descendit ius aduocacionis illius Johanni filio suo ut filio et heredi, et de predicto Johanne isti Roberto ut filio et heredi, et hoc offert etc.

Et Prior uenit et defendit ius suum et dicit quod nichil [2] iuris clamare potest in eadem aduocacione quia reuera tempore H. Regis aui Dom. Regis finis factus fuit in curia ipsius Dom. Regis inter monachos ecclesie S. Saluatoris de Bermundeseia et predictum Robertum de Briwes de cuius seisina petit aduocacionem illam de aduocacione predicte ecclesie, et unde profert cyrographum quod testatur quod idem Robertus de Briwes concessit inperpetuum pro se et heredibus suis predictis monachis ius aduocacionis de predicta ecclesia de Staple, ita quod quosciens eam uacare contingeret de cetero ad presentationem predictorum monachorum de Bermundeseia Dom. Batoniensis Episcopus personam idoneam reciperet et institueret absque contradiccione et

[1] This is Fitz. *Recouere en value*, 26. The case is given at length in the Abridgement. See Br. f. 300.

[2] *quod nichil* repeated.

calumpnia ipsius Roberti et heredum suorum, et idem Robertus war' cartam suam coram iusticiariis illis eisdem monachis cum omnibus pert. suis etc. Profert eciam quoddam cyrographum factum in curia Dom. H. Regis, qui nunc est, inter Ricardum de Estre petentem et Hugonem Priorem de Bermundeseia deforciantem de aduocacione capelle de Bikehulle, que pertinens est ut dicit ad dictam ecclesiam, et quod testatur quod idem Ricardus remisit et quietum clamauit de se et heredibus suis ipsi Priori et successoribus suis inperpetuum totum ius et clamium quod habuit in aduocacione predicte capelle etc., et dicit quod Johannes de Briwes pater ipsius Roberti qui presens fuit quando finis factus fuit et eciam iusticiarius[1] fuit in cyrographo nominatus, et non apposuit clamium suum, et petit iudicium[2] clamium non apposuit. Dicit eciam quod quidam Willelmus de Moretoign tenuit in dominico suo ut de feodo et iure manerium de Staples cum aduocacione ecclesie et cum omnibus aliis pert. suis, et ipse[3] manerium illud fuit in manu sua dedit aduocationem illius ecclesie monachis de Bermundeseia, et postquam manerium illud datum fuit predicto Roberto auo uenit idem Robertus et confirmauit eisdem monachis donum illud per cartam suam quam profert et que testatur quod idem Robertus pro salute sua et antecessorum et successorum suorum presenti carta sua confirmauit monasterio S. Saluatoris de Bermundeseia[4] ibidem deo seruientibus ecclesiam de Staple et[5] omnibus et singulis ad eam pertinentibus quam uir illustris Willelmus Morton' Comes per cartam suam eisdem concessit et confirmauit, et dedit et confirmauit ei unam uirg. terre quam Robertus presbiter de Chedena[6] tenuit liberam et quietam de omni seculari seruicio, excepto murdro etc. Profert eciam cartam cyrographatam Roberti de Briwes et Johannis filii sui que testatur[7] eos dedisse in puram et perpetuam elemosinam concessisse ecclesie B. Petri et Pauli

[1] He seems to have acted as justice about 1209. See Foss.
[2] Supply *desicut.*
[3] Supply *quando.*
[4] Supply *et monachis.*
[5] Corr. *cum.*
[6] The places are Staple Fitzpaine, Bickenhall and Cheddon Fitzpaine.
[7] What follows is obscure; perhaps words have been lost.

super altare prefate ecclesie de Husdena, clericus qui per monachos de Bermundeseia fuit institutus aquietabit predictam ecclesiam uersus Episcopum Bathoniensem, set sigillum Roberti non est appositum huic carte. |

[126 b.] Et Robertus dicit quod carte ille nec cyrographa ei nocere non debent, quia post finem illum et post confectionem cartarum presentauit predictus Robertus auus ad eandem ecclesiam quendam Willelmum predictum, et petit seisinam suam, et quod ita fuit seisitus offert disracionare.

Et Prior quesitus utrum dedit ei predictam aduocacionem, uel Willelmus de Moretoign uel Robertus de Briwes, dicit quod predictus Robertus, et deaduocat predictum Willelmum, et tenet se ad cyr', et ad duas cartas, quarum una est de Roberto auo, et altera de Johanne filio ipsius Roberti aui, et si carte uel cyr' non sufficiunt dicit[1] aliud etc.[2]

854. Assisa uenit recognitura si Elianora Comitissa Penbrochii[3]
Bed. iniuste disseisiuit Ricardum del Ho de communa pasture sue in Lutona, que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla, post primam etc.

Eadem assisa et per eosdem uenit recognitura si eadem Comitissa iniuste etc. disseisiuit Thomam de Mare de communa pasture sue in Lutona, que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla, post primam etc.

Eadem assisa et per eosdem uenit recognitura si eadem Comitissa iniuste etc. disseisiuit[4] de Asserugge de communa pasture sue in Lutona, que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla, post primam etc.

Et Comitissa per attornatum suum uenit et bene concedit assisam, sed dicit quod ipsa neminem disseisiuit, quia ipsa nullam aliam seisinam habet quam Willelmus Comes Marescallus quondam uir suus habuit nec aliam quam Falcasius[5] habuit ante predictum Willelmum Comitem uirum suum.

Et iuratores dicunt super sacramentum suum quod predicta Comitissa nullam eis fecit disseisinam, quia ipsa

[1] Corr. *dicet*.
[2] The action was compromised. See Ann. Bermund. p. 458.
[3] The king's sister; afterwards wife of Simon de Montfort.
[4] Supply *Reginaldum*.
[5] Fawkes of Breaute.

nullam aliam[1] inde habet quam habuit W. Comes uir suus et Falcasius qui quendam boscum assartari fecerunt, et posuerunt in defenso. Et ideo consideratum est quod Comitissa inde sine die, et Ricardus, Reginaldus, Thomas in misericordia.

855. Walterus filius Symonis petit uersus Thomam Comitem Warewyc duas caruc. terre cum pert. in Bradeham ut ius suum, unde quedam Matillis de Boun antecessor ipsius Symonis fuit seisita in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui etc. capiendo inde expleta ad ualenciam dim. marce, et de predicta Matillide descendit ius terre illius cuidam Symoni ut filio et heredi, et de predicto Symone isti Waltero qui nunc petit ut filio et heredi, et quod tale sit ius suum offert etc. Buck.

Et Comes uenit et quia Matillis que fuit uxor Henrici de Oylly habet terciam partem in dotem et post placitum motum ideo ipse respondet de duabus partibus, et dicit quod non debet ei inde respondere, et dicit quod terra illa data fuit in maritagium predicte Matillidi et cuidam Roberto de Oylly et heredibus ipsorum Roberti et Matillidis, et ipsi simul habuerunt quemdam filium Henricum de Oylly nomine, qui nuper obiit, et cui terra illa descendit de predicta Matillide, et qui tenuit terram illam tota uita sua, et obiit sine herede de se, et idem Henricus habuit quandam sororem Margeriam nomine, filiam predictorum Roberti et Matillidis, cui ius terre illius descendere debuit de predicto Henrico, et que habuit quendam filium Henricum nomine Comitem de Warewyc et qui fuit pater ipsius Thome.

Et Walterus hoc totum cognoscit, set dicit quod predicta Matillis post mortem predicti Roberti primi uiri sui nupsit se cuidam Waltero filio Roberti aui[2] istius Walteri de quo habuit predictum Symonem patrem ipsius Walteri, et dicit quod terra illa data fuit[3] in maritagium ipsi Matillidi et heredibus suis, set ipse nichil inde ostendit.

Et Comes petit iudicium utrum ei pocius descendere debeat terra illa de seisina Henrici de Oylly cum ipse ueniat de predicta Margeria que fuit soror ipsius Henrici de eodem patre et matre, uel eidem Waltero qui uenit tantum de una

[1] Supply *seisinam*. [2] Corr. *auo*. [3] *fuit* repeated.

Nota quod ille prefertur in successione qui uenit de uno patre et una matre quam ille qui uenit tantum de una matre[1].

matre. Et quia idem Walterus petit de seisina Matillidis et nullam fecit mencionem de Henrico filio Matillidis primogenito qui fuit filius et heres ipsius Matillidis primogenitus et qui terram illam tenuit tota uita sua et inde obiit seisitus, et qui sororem habuit predictam Margeriam antecessorem ipsius Comitis de uno patre eademque matre, consideratum est quod Comes teneat in pace et Walterus in misericordia, quia nichil iuris ei descendere potest, nec potuit, quamdiu aliquid[2] ibi fuerit de fratre primogenito. |

[127.]

856. Deucn. Baldewynus de Radduna et alii recognitores[3] noue disseisine que nuper capta fuit Exon' coram iusticiariis ad hoc assignatis inter Johannem de Duneslande querentem et Galfridum de Dunestaunuilla et Rogerum de Wimberuilla Ricardum Hereforde de tenemento in Ornescumba summoniti coram iusticiariis ad certificand' iusticiarios aput Westmonasterium de sacramento quod inde fecerunt, ueniunt et dicunt quod Galfridus de Dunstanuilla in pleno comitatu dedit tenementum illud unde uisus factus predicto Johanni de Doneslande et inde homagium suum cepit, et attornauit quendam Ricardum Hereforde qui tenementum illud tenuit ad firmam, quod redderet eidem Johanni firmam suam, ita quod Johannes fuit inde in seisina per duos annos capiendo inde de firma ad ualenciam vij. lib., et postea uenerunt Rogerus et Galfridus et predictus Ricardus firmarius, et ita inter se locuti fuerunt quod Galfridus dedit eidem Rogero tenementum illud, et ita quod firmarius reddidit firmam suam eidem Rogero, et ita quod omnes illi disseisiuerunt predictum Johannem, et adhuc idem dicunt[4]. Et ideo consideratum est quod Johannes quietus cum seisina sua, et Rogerus et Ricardus in misericordia.

857. [5]Gilebertus Basset, Ricardus Sywarde, Philippus Basset,

[1] See Br. f. 65. There is no need to settle the question as to the terms of the gift; for even if it was made to Maud and her heirs, the *possessio fratris* gives the land to Margery or her issue. As to the defect in Walter's count see Br. f. 374.

[2] Sic.

[3] Supply *assise*.

[4] The jurors adhere to their verdict.

[5] This document marks the end of the grave crisis of 1233—4. The king has been induced to dismiss Peter des Roches, Stephen Segrave and the aliens, and has lately heard how Richard the Marshall has been treacherously slain in Ireland. The outlawry of the insurgent barons and of Hubert de Burgh is now reversed.

Hugo de Watfordia pro se et aliis qui fuerunt cum R. Comite Marescallo uenerunt coram Dom. Rege apud Glouerniam[1], postquam Dom. Rex eos receperat in graciam suam, et pecierunt ab eo et a curia sua certificari si essent utlagati occasione gwerre inter ipsum Dom. Regem et predictum Marescallum, uel non, et si essent utlagati, pecierunt pro se et aliis ut Dom. Rex sciret per curiam suam utrum utlagatio facta esset iuste, uel non, et secundum regni consuetud', et si minus iuste facta esset, pecierunt ut hoc eis emendaretur in curia sua. Et quia Dom. Rex uoluit unicuique in curia sua iusticiam exhiberi, die[2] Sabbati proxima ante Asscencionem Domini, Dominus conuocauit omnes magnatos[3] in curia sua tunc existentes, uidelicet Dom. Cantuariensem Archiepiscopum[4] et episcopos et comites et alios, coram quibus modus utlagacionis expositus fuit, qui talis est, Quod deducto placito in curia Dom. Regis inter predictum Gilebertum et Petrum de Malo Lacu de manerio de Uppeauene[5] usque ad iudicium, idem Gilebertus instanter peciit iudicium, sed iudicium habere non potuit, eo quod iustic'[6] Dom. Regis et magnates qui iudicio faciendo interfuerant noluerunt super cartam Dom. Regis iudicium facere[7], unde Dom. Rex de uoluntate sua ipsum Gilebertum disseisiuit, et manerium illud tradidit eidem Petro. Postea uero quia suggestum fuit Dom. Regi quod idem Gilebertus dixisse debuit quedam uerba aput Norhamtonam in despectu Dom. Regis, de quibus non fuit conuictus, et propter alia de quibus orta fuit contentio inter Dom. Regem et ipsum Gilebertum aput Stratffordiam, precepit[8] Dom. Rex quod disseisitus esset de terris suis aliis, et licenciauit[9] eum de terra sua. Postea uero cum pax proloqueretur[10] inter ipsum Dom. Regem et predictum Marescallum que fuit assecuta, et postea cum per inprisos[11] ipsius Marescalli H. de Burgo

[1] Gloucester.

[2] 27th May.

[3] Corr. *magnates*.

[4] S. Edmund who has done much to bring about the peace.

[5] See above Case 750 for particulars of this dispute.

[6] Probably *iusticiarii;* Segrave was *iusticiarius*.

[7] It is in connection with this doctrine that the printed text of Bracton has the famous "constitutional" passage, f. 34.

[8] Mat. Par. vol. 3, p. 247.

[9] Dismissed, exiled.

[10] Mat. Par. vol. 3, p. 257.

[11] Those who were with him in his emprise, his enterprise.

adduceretur de ecclesia de Diuisis in quam confugerat[1], mandauit Dom. Rex per litteras suas Radulfo de Willingtona tunc constabulario de Diuisis et Waltero de Godaruilla et militibus aliis de comit. Wilt. ut ipsum Gilebertum et alios interogare[2] facerent in comitatu suo de comitatu in comitatum quousque utlagarentur, ita quod milites et alii de comitatu fecerunt unum campionem sequi uersus eos in comitatu de robberia, et de ipso Huberto abducto a monesterio, ita quod per ipsius sectam fuerunt utlagati. Et super hoc uenit Dom. Rex et cognoscit et recordatur quod predicti Marescallus Gilebertus et alii ante utlagationem illam multociens per nuncios sollempnos[3] et per litteras pecierunt misericordiam, uel ut per saluum conductum adiri[4] possent curiam Dom. Regis et stare ibidem iudicio parium suorum[5], quod quidem illis fuit denegatum, nisi in forma tali, scil. quod unusquisque per se et solus ueniret et rediret, nisi iudicium illum incumbaret[6]. Et plures episcopi et alii quamplures presentes hoc idem testati fuerunt. Et quum predicta abduccio Huberti facta fuit occasione gwerre[7], et preterea cum nullus utlagari deberet nisi aut per appellum racionabile, aut per sectam Dom. Regis ubi fama patrie accusaret aliquem, uel de sedicione Dom. Regis uel alia manifesta transgressione contra pacem Dom. Regis, et hoc tempore pacis, et predicta fuerunt tempore gwerre, et preterea quia testatum fuit quod predictus campio non appellauit eos de aliqua robberia sibi facta, set tantum pro transgressione facta Dom. Regi, et quia appellauit pro comitatu Wiltes' de transgressione eis facta[8], scil. de predicto

[1] Mat. Par. vol. 3, p. 249. Hubert had escaped from his prison at Devizes to the church, and was delivered thence by the insurgent barons.

[2] Corr. *interrogari*. Gilbert was to be exacted, put in exigent in the county court, and outlawed.

[3] Sic.

[4] Sic.

[5] Whereupon Peter des Roches said that in England there are no *pares*, as there are in France, and that the king may try any one by his justices. Mat. Par. vol. 3, p. 252. See also p. 257 where the Marshall demands the judgment of his peers, and vol. 6, p. 73 where Hubert uses the same phrase.

[6] Either *incumbaret* or *incumberaret*. Each if he wished to rely on the judgment of his peers was to come alone and go alone (?).

[7] The king had defied the insurgents; they were no longer bound by homage.

[8] The theory, I suppose, was that the county being answerable for the escape, had a remedy against the delivrerers.

Huberto abducto que quidem transgressio pertinebat ad Dom. Regem, et quia Dominus Rex cognoscit quod ipsi semper obtulerunt per litteras et per nuncios ueniendi ad curiam et standi recto, Consideratum est[1] quod utlagatio illa nulla est, et pro nulla habeatur de cetero. Et ideo mandatum est omnibus uicecomitibus Anglie quod occasione illius utlagationis nulli ipsorum molestiam inferant aut inferri permittant. | Factum est hoc iudicium predicto die [127 b.] Sabbati anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, xviij°. coram supradictis.

Et super hoc predicti Gilebertus et alii petunt dampna eis illata ante utlagacionem illam eis restitui ab eis de quorum consilio eis ablata fuerunt.

Predictus uero Hubertus de Burgo eodem modo uenit ad Dom. Regem cum predict*is*, et de toto posuit se in misericordiam Dom. Regis, ostendens qualiter per quosdam emulos suos male tractatus fuit, et qualiter per dimid' dublin'[2] et per alios semper peciit misericordiam Dom. Regis[3], et qualiter prius ausus non fuit accedere ad Dom. Regem. Et Dom. Rex perdonauit ei euasionem de castro suo de Diuisis, occasione cuius euasionis utlagatus fuit. Et quia non fuit propter sedicionem inprisonatus, nec post euasionem de robberia uel de alia transgressione rettatus, nec per alicuius sectam uel appellum interrogatus fuit uel utlagatus nec eciam solet aliquis utlagari post euasionem, nisi precederet transgressio uel maleficium, cum tunc sufficeret euasio illa de malefactoribus tantum ad condempnacionem[4], consideratum est sicut prius quod utlagatio illa nulla, et pro nulla habeatur decetero. Et ideo mandatum est uicecomitibus sicut prius.

[1] This judgment was pronounced by the mouth of William Raleigh. Mat. Par. vol. 6, p. 74.

[2] Corr. *per Dominum Dublinensem* i.e. by Luke abp. of Dublin, who had interceded for Hubert. Mat. Par. vol. 3, p. 229.

[3] *R* (*Regis*) interl. by annotator.

[4] See Br. f. 127. An outlawry at the king's suit or command is a nullity unless an inquest has been taken by the justices, and the fugitive has been found guilty. Bracton was very probably thinking of this case of Hubert the Justiciar.

DE TERMINO S. MICHAELIS ANNO REGNI REGIS HENRICI FILII REGIS JOHANNIS XVI°. INCIPIENTE XVII°.[1]

858. Norf. [2]Stephanus de Stoke, Walterus de Marham, Galfridus filius Petri, Robertus de Shudham[3] iiij. milites missi ad Rogerum de Cheuereuilla qui se essoniauit de malo lecti uersus Willelmum de la More de placito terre ad uidendum utrum infirmitas etc. ueniunt et dicunt quod uiderunt eum in crastino Pasche proximo preteritum[4], scil. die Lune, et quod languidus est, et dederunt ei diem a crastino scil. die Martis in unum annum aput Turrim Londonie[5]. Idem dies datus est Waltero de Suenham[6] qui uocat ipsum Rogerum ad warantum et predicto Willelmo de la More.

859. Ebor. [7]Theobaldus Haut*un*[8] petit uersus Johannem de Prestona quod reddat ei compotum racionabilem de tempore quo fuit balliuus suus de manerio suo de Mareslet[9], et unde dicit quod aretro est de tribus annis, unde dicit quod deterioratus est ad ualentiam ducentarum marcarum.

Et Johannes uenit et dicit quod nunquam fuit balliuus, nec unquam habuit manerium illud in custodia per ipsum Theobaldum immo per quendam Adam de Mereflet, et cui ipse reddidit compotum et quietus est, et qui quidam Ada fuit balliuus ipsius Theobaldi et ibi positus per Theobaldum ut ipse Johannes dicit, et inde uocat ipsum Adam ad warantum. Habeat eum a die S. Hyllary in xv. dies.

860. Glouc. [10]Abbas de Kyngeswude per attornatum suum petit uersus Thomam de Breckel'[11] custodiam terre et heredis Willelmi filii Elye de Cumba scil. de quodam Elia, eo quod predictus Willelmus tenuit de eo per cumba[12] per seruicium

[1] For this term B=Coram Rege Roll No. 39.
[2] B. m. 2.
[3] *Studham*, B.
[4] *preteriti*, B.
[5] Br. f. 357.
[6] *Schengham*, B.
[7] B. m. 2 d.
[8] *Hautein*, B.
[9] *Mereflet*, B.
[10] B. m. 1.
[11] *Breckl'*, B; Berkeley. Kingswood Abbey was founded by the Berkeleys, Monast. vol. 5, p. 424.
[12] Corr. *in Cumba*, B.

militare et fuit seisitus de seruicio et homagio suo die quo obiit.

Et Thomas uenit et defendit ius suum, et dicit quod quidam Robertus filius Harding' feoffauit de una hyda terre quendam Elyam fratrem suum, qui tenuit terram illam tota uita sua de ipso Roberto per seruicium militare, et post eundem Elyam Willelmus filius ipsius Elye de Mauricio filio ipsius Roberti, et post ipsum Willelmum filium Elye, Willelmus filius eiusdem Willelmi similiter per seruicium militare, et unde dicit quod iste Elyas tenere debeat de heredibus ipsius Mauricii, et ipse Thomas dicit quod predicta occasione est in seisina de predicta custodia terre et heredis, et dicit quod heredes ipsius Roberti semper fuerunt in seisina de predicto homagio et seruicio ipsius Elye et heredum suorum de herede in heredem, et in seisina fuit die quo Willelmus pater predicti Elye qui nunc est obiit.

Et Abbas uenit et dicit quod custodia pertinet ad ipsum, quia quidam Willelmus Camerarius feoffauit de terra illa domum de Kingeswude, et ita quod predictus Willelmus teneret de eo, et ipse fuit in[1] seruicio ipsius Willelmi patris ipsius Elye qui est infra etatem per vij. annos ante mortem ipsius Willelmi, et ita quod anno et die quo Willelmus obiit | fuit ipse in seisina de seruicio suo, et inde ponit se [123.] super iuratam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram iusticiariis ad primam assisam etc. uenire faciat xij. qui ipsum Thomam nulla affinitate adtingant et ad recognoscendum etc. si predictus Thomas anno et die quo idem Willelmus[2] obiit fuit in seisina de seruicio ipsius Willelmi et si ipse Willelmus unquam fuit in seisina de custodia ipsius Willelmi dum fuit infra etatem[3], ut idem Thomas dicit, uel si predictus Abbas tunc fuit in seisina secundum quod idem Abbas dicit.

861. [4]Isabella que fuit uxor Ricardi sub Muro petit uersus Robertum Sekole terciam partem dim. uirg. terre cum pert. in Stantona ut dotem suam etc. Oxon.

[1] Supply *seisina de*, B.
[2] William son of Elias.
[3] Sic, B. Seemingly in this last clause *Willelmus* refers to Willelmus Camerarius, *Willelmi* to William son of Elias. See the verdict above Case 850.
[4] B. m. 3.

Et Robertus uenit et dicit quod ipsa non debet inde dotem habere, quia ipsa alias inplacitauit ipsum in eadem curia per breue dotis, ita quod ipse recessit quietus uersus eam per consideracionem curie, et inde ponit se super rotulos. Et Isabella non potest[1] dedicere. Ideo consideratum est quod Robertus inde sine die, et Isabella in misericordia. pauper est.

862. Deuon. [2]Magister Walterus Deuon' pro Rege petit uersus Robertum de Skeleduna quo waranto tenet dim. ferlingum terre cum pert. in Skileduna, qui fuit seriancia Dom. Regis, et qui est escaeta Dom. Regis per feloniam quam Rogerus Aurabel[3] fecit et qui terram illam tenuit per serianciam de Dom. Rege etc.

Et Robertus uenit et dicit quod terra illa non est de seriancia illa, et dicit quod predictus Rogerus nunquam tenuit terram illam set pater suus scil. Dauid de Scileduna tempore quo idem Rogerus fecit feloniam illam tenuit terram illam in dominico suo et eciam post tempus illud per decem annos, scil. postquam idem Rogerus fecit predictam feloniam, et pater suus obiit inde seisitus ut de feodo et iure, et ipse successit patri suo ut filius et heres, et nunc terram illam tenet sicut illam que ei descendit de patre suo, et inde ponit se super patriam.

Et Magister Walterus dicit quod terra illa pertinet ad serianciam illam, et est de seriancia illa, et predictus Rogerus inde fuit seisitus set postquam[4] feloniam illam fecit, et bene defendit quod predictus Dauid pater ipsius Roberti non tenuit terram illam unquam postquam idem Rogerus propter feloniam illam interrogatus fuit ad utlagandum.

863. Wilt. [5]Henricus le Gredere esson' Isabella[6] Pucele optulit se iiij^{to}. die uersus Warinum de Rude et Julianam uxorem eius de placito j. crofti cum pert. in Diuisis, quod ipsi clamauerunt uersus eandem Isabellam ut ius ipsius Juliane. Et Warinus uenit etc. et Juliana non uenit, set idem Warinus produxit loco ipsius Juliane quandam que non fuit uxor sua. Et ideo consideratum est quod essoniator inde sine die, et Warinus

[1] Supply *hoc*, B.
[2] B. m. 8 d.
[3] Corr. *Mirabel*, B.
[4] *die quo* not *set postquam*, B.
[5] B. m. 5.
[6] Corr. *essoniator Isabelle; esson' Isab'*, B.

in misericordia. Et sciendum quod Warinus et femina quam produxit fuerunt in gaola.

864. [1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus etc. presentauit etc. ad medietatem ecclesie de Chenefeuldia que uacat etc. cuius medietatem aduocacionis Robertus de la Haya clamat uersus Adam filium Willelmi, qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia medietas illa non uacat, quia quidam Robertus de Grauele est inde persona. Hertford.

Et Robertus dicit quod uacans est, quia quidam Radulfus de la Haya qui fuit inde persona nuper resignauit illam medietatem predicte ecclesie, et si aliquis se teneat in eadem hoc[2] per collusionem et nunquam admissus fuit ab aliquo Episcopo.

Et Ada uenit et dicit quod Symon filius Ade dedit ecclesiam de Grauele simul cum capella de Chanelfeuldia[3] cuidam Thome qui fuit persona de Grauele qui obiit persona de ecclesia illa et postquam illam capellam diu tenuit capellam illam alienauit per collusionem.

Et Radulfus de la Haye summonitus fuit ad respondendum Henrico Tybbeat[4] quare non permittit eum presentare idoniam etc. ad medietatem eiusdem ecclesie de Chenelfuldia que uacat etc. Et Radulfus uenit et dicit quod nichil clamat in aduocacione illa. Et super hoc uenit Ada filius Willelmi et dicit quod ius[5] in aduocacione totius ecclesie. Postea uenit Magister Robertus de Grauele per summonicionem et dicit quod ipse fuit inde persona antequam aliquod breue esset inde inpetratum. Et alias consideratum fuit quod esset mandatum Episcopo Lincolniensi quod ipse mandaret utrum uacans esset, uel non. Et ipse mandauit quod non est uacans, nec habita est pro uacante. Et ideo Ada et Robertus de Grauele inde sine die, et Henricus[6] de la Haye et | Henricus de Tibbetet perquirant sibi per breue de recto si uoluerint. Sint in misericordia. [128 b.]

865. [7]Radulfus Carbonel optulit se iiij^to^. die uersus Magistrum Ricardum Officialem Norwycensis Episcopi de placito quare Norf.

[1] B. m. 6.
[2] Supply *est*, B.
[3] *Chanesfeld'*, B; the places seem to be Graveley and Chesfield.
[4] *Tibbetot*, B.
[5] Supply *habet*, B.
[6] Corr. *Robertus*, B.
[7] B. m. 6.

tenet placitum in curia cristianitatis de layco feodo ipsius Radulfi in Dikeleswurthe contra etc. Et officium[1] non uenit, et uicecomes mandauit quod clericus est et non habet laycum feodum per quod distringi potest. Et ideo mand'[2] Episcopo Norwicensi quod faciat eum uenire in Oct. etc.[3]

866. Suht. Sumer. [4]Joscelinus Bathoniensis Episcopus optulit se iiij^to^. die uersus Thomam Priorem Bathoniensem de placito xx. sol. redditus et ccc. crannocorum[5] salis in Kyhauen' in com. Suht. et de placito quod reddat ei uillam de Lincumba cum pert. et uillam de Forde et unam caruc. terre cum pert. in Hamptona et uillam Glouerne[6] cum pert. in com. Sumerset. que clamat esse[7] ecclesie sue, et in quam idem Prior non habet ingressum nisi per predecessores ipsius Episcopi etc. qui terras predictas et redditum dimiserunt predecessoribus predicti Prioris sine assensu capituli Wellensis etc.[8] Et primo[9] non uenit, set alias fecit duos attornatos quorum unus nunc se essoniat, et alter non comparuit nec se essoniauit etc., et datus fuit ei dies in banco. Et ideo terre et redditus capiantur in manum Dom. Regis per defaltam, et Prior summoneatur quod sit a die etc.[10]

867. Berck. [11]Johannes de Karun petit uersus Johannem filium Hawysie quem Johannes de Latebur' et Aunfelisa uxor eius uocant ad warantum eis war'[12] x. acr. terre et duas acr. bosci cum pert. in Shiringtona ut ius suum etc.

Et uersus Johannem de Couelegha et Scolasticam uxorem eius quos Johannes de Latebur' et predicta Anfelisa uxor eius uocant ad warantum, et qui eis warentizant, x. acr. terre et duas acr. bosci cum pert. in eadem uilla sicut ius suum etc. unde quidam Willelmus de Karun antecessor suus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo et iure tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad walenciam dim. marce, et de predicto Willelmo descendit ius terre

[1] Corr. *Officialis; offic'*, B.
[2] *mand' est*, B.
[3] Br. f. 443.
[4] B. m. 6 d.
[5] The crannock is a measure. It is said that the word is of Celtic origin.
[6] *uillam de Clauerton'*, B. As to these lands see account of Bath Abbey, Monast. vol. 2, p. 256.
[7] Supply *ius*, B.
[8] For this writ of entry see Br. f. 323.
[9] Corr. *Prior*, B.
[10] Bracton, f. 342 b, cites this case.
[11] B. m. 7.
[12] Corr. *et qui eis warantizat*, B.

illius cuidam Ricardo ut filio et heredi, et de predicto Ricardo cuidam Randulfo ut filio et heredi, et de predicto Randulfo isti Johanni qui nunc petit ut filio et heredi, et quod tale sit ius suum offert etc.

Et Johannes filius Hawysie et Johannes de Couelegha et Scolastica uxor eius ueniunt et defendunt ius ipsius Johannis de Karun tenendi in dominico, et dicit[1] quod si alius eos inplacitaret de eadem terra et de bosco ipse Johannes de Karun illa eis deberet warantizare, quia Randulfus pater suus feoffauit quendam Geruasium de Shiringtona de eadem terra et bosco per cartam suam quam profert et que testatur quod[2] eidem Geruasio terram illam et boscum simul cum quadam alia terra et bosco ten' sibi et heredibus suis uel[3] illa dare uel assignare uoluerit uel legare[4], et unde predictus Johannes filius Hawisie dicit quod ipse est[5] de assignatis ipsius Geruasii, et unde predictus Johannes de Couelegha et Scolastica dicunt quod ipsa Scolastica est una de heredibus ipsius Geruasii. Et ut plene sciatur quod in carta contineatur, sciendum quod testatur quod idem Randulfus concessit et confirmauit ipsi Geruasio omnes terras et possessiones quas idem G.[6] tenuit de dono Willelmi aui predicti Randulfi et Ricardi patris ipsius Randulfi in Shiringtona et preterea dedit eidem Geruasio x. acr. terre[7] bosci cum perchia[8] xviij. pedum mensuratas habendas et tenendas sibi et heredibus suis uel cui dare uel assignare uel legare uoluerit inperpetuum reddendo inde annuatim duos den., et warantizatio etc[9]. Proferunt eciam cartam Ricardi de Karun patris predicti Randulfi que testatur quod dedit pro deo, deo et ecclesie S. Marie de Shiringtona ad sustentationem cuiusdam lampadis ante altare seruicium viij. den. quos Geruasius frater eiusdem Ricardi ei debet per annum pro terra in Chirintona quam habuit de dono Willelmi patris predicti Ricardi et warantizat etc.

[1] Corr. *dicunt*, B.
[2] Supply *dedit*, B.
[3] Supply *cui*, B.
[4] As to a limitation of this kind see the remarkable passage in Br. f. 18 b.
[5] Supply *unus*, B.
[6] *Geruasius*, B.
[7] Om. *terre*, B.
[8] *pertica*, B.
[9] *et war' etc.*, B.

Et Johannes uenit et defendit cartam et totum et dicit quod idem Randulfus nunquam fuit in seisina de eadem terra et bosco ita quod aliquem inde feoffare posset[1] ponit se super patriam et testes nominatos in carta, scil. Nicholaum etc.[2] |

[129.] Post uenit Johannes de Karun et dicit quod predicta Scolastica non est heres ipsius Ricardi, quia predictus Ricardus habuit quendam filium Willelmum nomine, qui est in partibus transmarinis et pueros habet, et dicit quod predictus Geruasius obiit inde seisitus[3] ita quod nullam fecit assignacionem in uita sua, et petit iudicium desicut ipsa non est heres Geruasii.

Et Scolastica dicit quod est filia Ricardi de Karun aui ipsius Johannis de Karun et propinquior heres ipsius Geruasii, quia Johannes non potest[4] heres et dominus[5]. Et Johannes de Karun quesitus si cognoscat cartas Randulfi patris sui, et Ricardi aui sui, petit terminum usque cras[6].

868. Surr. [7]Robertus de Pinkingny[8] per attornatum suum summonitus fuit ad respondendum Galfrido de Cruce de placito quod reddat ei custodiam Andree filii et heredis Johannis de Windesores quod[9] ad ipsum pertinet eo quod predictus Johannes de eo tenuit per seruicium militare in Bodehale in com. Surr., et dicit quod Reginaldus de Cruce pater suus primo feoffauit Johannem patrem ipsius Andree in eadem uilla, et habuit primum feoffamentum de eodem patre suo, scil. post gwerram[10].

Et Robertus dicit quod custodia ad eum pertinet quia antecessores ipsius Andree prius feoffati fuerunt de antecessoribus suis, quam de antecessoribus ipsius Galfridi, quia Reginaldus[11] de Pinkingny ante gwerram feoffauit Petrum patrem predicti Johannis et auum ipsius Andree in suburbio Windesores in com. Berck, et in com. Buck. scil. in Dachet.

[1] Supply *et quod nunquam fuit in seisina ita quod aliquem inde feofare posset*, B.
[2] Five named witnesses, B.
[3] *seisitus* repeated.
[4] Supply *esse*, B.
[5] See Br. f. 271 b, 272.
[6] Adjourned for judgment to quindene of Hilary.
[7] B. m. 8 d.
[8] *Pinkeny*, B.
[9] Corr. *que*, B.
[10] Om. *scil. post gwerram*, B.
[11] *Galfridus*, B; but *Henricus* seems wanted.

Et sciendum quod Ricardus de Stoke uocat ad warantum de eadem custodia predictum Robertum et ipse ei warentizauit.

Et quia Robertus dicit quod antecessores[1] ipsius Andree scil. quod predictus Henricus feoffauit de tenemento per seruicium militare predictum Petrum in predicto suburbio, ideo preceptum est uicecomiti Berck. quod coram eo et coram custodibus placitorum corone[2] faciat xij. et diligenter inquirat si predictus Petrus auus ipsius Andree feoffatus fuit a predicto Henrico in predicto suburbio per seruicium militare uel non, et inquisicionem habeat aput Westmonasterium a die S. Hyllary etc.[3]

869. [4]Galfridus de Neouilla et Mabilia[5] per attornatos suos pecierunt uersus Clemenciam de Lunguilers quod faciat consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento quod de eis tenet in Brelay et[6] in homagiis et releuiis et aliis etc. ea racione quod ipsa est de aesnescia. Et Clemencia alias coram iusticiariis itinerantibus respondit quod ipsa tenet de Comite Lincolnie Constabulario Cestrie[7], et quod ipse fuit in seisina de homagio et seruicio suo, et uocat eum inde ad warantum etc. Et Comes uenit iustic'[8] aput Westmonasterium et cognouit quod ipsa tenet de eo et quod ipse inde in seisina de homagio et seruicio suo, et petit iudicium si debeat ad hoc breue respondere desicut ipsa Clemencia nichil tenet de eis nec unquam tenuit etc. Post ueniunt Galfridus et Mabilia et petunt licentiam recedendi de breui suo et habent, et ideo inde sine die. Ebor.

870. [9]Assisa uenit recognitura si Ricardus Pirot frater Radulfi Pirot fuit seisitus in dominico suo ut de feodo de una carucata terre cum pert. in Wanrugge[10] die etc. et si etc. quam terram Radulfus[11] Brito tenet, qui uenit et dicit quod non debet ad hoc breue respondere quia non tenet totam illam Hertford.

[1] Supply *sui prius feofauerunt antecessores*, B.

[2] Supply *uenire*, B.

[3] See Br. f. 87, and Fitz. *Garde*, 146.

[4] B. m. 9 d.

[5] Supply *uxor eius*, B.

[6] *Brerelay ut*, B.

[7] John de Lacy.

[8] Corr. *coram iusticiariis*, B.

[9] B. m. 9 d, with this noticeable heading: *Assisa Mortis Antecessoris de libertate Abbatis S. Albani capta apud Westm. in curia ipsius Abbatis.*

[10] Windridge near St Albans, near also to St Julians.

[11] *Rann'*, B. The plaintiff is *Ralph*, the deforciant *Rannulf* or *Randolf*.

carucatam, quia Radulfus persona S. Juliani tenet inde xl. acr. et custos S. Marie de Pratis tenet inde iiij. acr. unde ipse nichil habet, nec in seruicio nec in dominico, et desicut petit totam illam carucatam integre, et unde frater suus obiit seisitus, et ipse illam integre non tenet, nec frater suus obiit seisitus integre non uult respondere nisi curia considerauerit, et unde dicit quod non tenet nisi duas partes illius carucate, et dicit quod longe ante mortem ipsius Ricardi data fuit terra illa, et dicit quod in Wenrugge non est nisi una carucata terre.

Et Radulfus[1] quod Ricardus frater suus obiit seisitus de una carucata, et ipse illam petit ita integre sicut ipse obiit seisitus et non aliter, et bene dicit quod nichil clamat in predictis xl. acr. quas predicta persona tenet, nec in illis predictis iiij. acr. quas predictus custos tenet, et dicit quod
[120 b.] sine terra illa est ibi quedam carucata | plene et integre. Et iuratores sine sacramento quesiti si predictus Randulfus teneat integre unam carucatam terre preter terram illam, et si predicte xliiij. acre sint de corpore illius carucate terre, dicunt quod predictus Randulfus tenet j. carucatam integre preter illam, et terra illa non est de corpore illius carucate terre.

Post uenit Randulfus et dicit quod assisa non debet inde fieri quia predictus Ricardus non obiit inde seisitus quia ante mortem suam dedit ipse Ricardus ei terram illam per v. septimanas ante mortem suam et per cartam suam quam profert etc. ita quod ante mortem ipsius Ricardi apposuit ipse carucam suam, et coram Dom. Martino de Patheshulla recita[2] fuit carta illa extra capellam de Wautham, et postea iterum recitata fuit apud Herefordiam[3] et ibi se dimisit ita quod ipse Randulfus cepit homagia et fidelitates ita quod predictus Ricardus nichil legauit de rebus in terra illa existentibus.

Et Randulfus[4] hoc totum defendit et dicit quod idem Ricardus nunquam se dimisit set obiit inde seisitus et inde ponit se super iuratam.

[1] Supply *dicit*, B.
[2] Corr. *recitata*, B.
[3] Corr. *Hertford'*, B.
[4] Corr. *Radulfus; Rad'*, B.

Juratores dicunt quod predictus Ricardus obiit inde seisitus ut de feodo et quod predictus Randulfus nullam seisinam habuit nec expleta cepit nec homagia nec fidelitates et quod iste Radulfus est propinquior heres, et ideo Consideratum est quod Radulfus recuperet seisinam suam et Randulfus in misericordia.

871. [1]Willelmus de Fraxineto et alii iiij. milites[2] assignati iusticiarii per preceptum Dom. Regis ad assisam noue disseisine capiendam quam Thomas de Maulhuges[3] arramiauit uersus Matheum de Maulhuges et Petrum fratrem eius et quosdam alios nominatos in breui de tenemento in Maulhuges summoniti coram iusticiariis ad faciendum recordum illius assise qualiter coram eis capta fuit ueniunt et recordantur quod assisa capta fuit coram eis et quod iuratores dixerunt quod predictus Matheus dedit per cartam suam tenementum illud unde uisus factus est predicto Thome filio suo set ipsi tenementum illud semper simul excoluerunt sicut prius fecerant et blada simul expendiderunt[4] et tenementum illud nunquam separatum fuit a tenemento ipsius Mathei et idem Matheus nunquam se dimisit a tenemento illo et post aliquod tempus propter quandam conuencionem habitam inter ipsum Thomam et predictum Matheum patrem suum uenit idem Matheus et dedit tenementum illud cuidam alteri. Et ideo dictum est iusticiariis quod secure procedant ad iudicium iudicantes nullam ibi esse disseisinam et quod Matheus et alii inde quieti et Thomas in misericordia[5]. Suff.

872. [6]Thomas de Dena petit uersus Sibillam de Ikelesham xx. acr. terre cum pert. in Ikelesham ut ius suum etc. et in quas non habet ingressum nisi per Nicholaum Harengod qui iniuste etc. disseisiuit predictum Thomam ita quod assisa summonita fuit et uisus terre factus et remansit etc. Sussex.

Et Sibilla uenit et dicit quod non debet ei respondere quia reuera coram iusticiariis itinerantibus in com. Sussexie tulit ipse Thomas breue de noua disseisina uersus Nicholaum uirum suum et uersus eam et illud noluit prosequi et ideo

[1] B. m. 11.

[2] *Hugo Talemasch' Thom' de Ottel' et Hugo de Polsted'*, B.

[3] *Maulinges*, B.

[4] Sic, B.

[5] Bracton, f. 50, cites this case.

[6] B. m. 10 d.

remansit in misericordia et plegii sui et inde ponit se super rotulos.

Et Thomas dicit et cognoscit quod non fuit presens set remansit assisa capienda propter mortem ipsius Nicholai. Et quia non fuit presens sicut cognoscit ideo ueri simile est quod remansit assisa capienda quia ipse non fuit prosecutus, et ideo Consideratum est quod Sibilla inde sine die et Thomas in misericordia.

873. Suf. [1]Mabilia que fuit uxor Galfridi Bostar'[2] petit uersus Ricardum Duket custodiam terre que fuit ipsius Galfridi que ad eam pertinet racione uendicionis Thome Carbonel [180.] senescalli ipsius Ricardi de | quo predictus Galfridus terram illam tenuit per seruicium militare quod[3] ei inde fecit dum predictus Ricardus fuit in Hybernia.

Et Ricardus uenit et cognoscit quod predictus Galfridus tenuit de eo per seruicium militare et quod custodia pertinet ad ipsum, et petit iudicium si ratam habere debeat uendicionem quam senescallus suus fecit sine eo. Et quia ipsa nichil ostendit quod ipse Ricardus ei aliquid inde concesserit, Consideratum est quod Ricardus inde sine die et Mabilia pauper. Et Ricardus concedit ei terciam partem terrarum et tenementorum que fuerunt predicti Galfridi uiri sui etc.

874. Norf. [4]Magister Vincencius de Beckeles athachiatus fuit ad respondendum Alicie que fuit uxor Radulfi de Trubleuilla quare secutus est placitum in curia cristianitatis de aduocacione capelle S. Egidii de Tappecroft' contra etc., et unde Alicia queritur quod per hoc quod ipse Vincencius traxit clericum suum in curiam cristianitatis petendo ab eo omnes decimas spectantes ad eandem capellam dampnificata est etc. et inde etc.

Et Magister Vincencius uenit et defendit quod nunquam habuit prohibicionem quod non sequeret[5] placitum illud, sed quod capella illa spectat ad ecclesiam suam de Bedingeham et ipse petit decimas que ad ecclesiam suam pertinent, scil. maiores et minores de omnibus hominibus de Tappecroft et

[1] B. m. 10 d.
[2] *Bostard*, B.
[3] *quod* interlined, but *quam* is wanted; in B *quam* follows *uendicionis*.
[4] B. m. 11 d.
[5] Corr. *sequeretur*, B.

similiter petit quod omnes parochiani de Tappecroft redeant ad ecclesiam suam de Bedingeham cum omnibus decimis suis, set nichil petit de aduocacione.

Et Abbas de Langelegha eodem modo athachiatus quare tenuit placitum illud contra etc. et inde producit sectam. Et Abbas uenit et defendit quod nunquam post prohibicionem tenuit placitum illud, et ideo uadiet legem se xij. manu et Magister Vincencius similiter se xij. manu. Veniant cum lege etc.[1]

875. [2]Thomas de Blakeham optulit se iiij^to die uersus Matheum de Luuam de placito quod idem Matheus faceret legem suam quam uadiauit quod non fuit secutus placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. contra etc., et unde questus fuit quod exigebat ab eo xv. marcas nomine pene unde dampnum habuit etc. Et Matheus non uenit et habuit diem per essoniatorem suum postquam legem uadiauit, et ideo Consideratum est quod Thomas recuperauit dampna sua et sit[3] in misericordia et plegii sui. Suff.

876. [4]Et Wymerus uenit et cognoscit de tribus acris ingressum per ipsum Randulfum et uocat inde ad warantum Ricardum filium et heredem Randulfi Starky qui manet apud Cestresir' et nullam habet terram in Anglia[5], et ideo Consideratum est quod Elena recuperauit seisinam suam de tribus acris terre, et cum predictus heres terram habuerit in potestate Dom. Regis sequatur Wymerus uersus eum de warancia.

877. [6]Prior de Carsuilla[7] athachiatus fuit ad respondendum Ricardo de Hauntona quare secutus est placitum in curia cristianitatis de catallis que non sunt etc. contra etc., et unde queritur quod petit ab eo in curia cristianitatis xij. quarteria de duro blado et xij. de auena et dragge. Hereford.

Et Prior uenit et defendit quod contra prohibicionem non est prosecutus iniuste etc., et uerum uult dicere quod

[1] For later proceedings see above, Case 799.

[2] B. m. 12.

[3] Sic, B: Matthew is in mercy.

[4] B. m. 12, a small piece of a long case. *Em. ux. Rand. Starky* v. *Hen. de Coleuill.*

[5] The palatinate of Chester is no part of England, and the king's writ does not run there. B has *apud Cestresire* in full.

[6] B. m. 13.

[7] *Craswell'*, B. An alien priory in Herefordshire. Monast. vol. 6, p. 1035.

reuera multo tempore percepit nonam garbam de dominico quod fuit Walteri de Lacy in Noua Villa dum dominicum fuit in manu ipsius Walteri et quamdiu fuit in manu Gileberti de Lacy, set post deuenit in manus ipsius Ricardi ipse detinuit illam nonam garbam desicut ipse fuit inde in seisina sicut de libera elemosina. Et quia alias super hoc consulti fuerunt iusticiarii[1] super ista prohibicione et responsum fuit quod procedere potuit loquela in curia cristianitatis quia ipse Prior agebat de recenti spoliacione sua et
[180 b.] idem Ricardus nichil | sufficienter ostendit quare procedere non debeat, Consideratum est quod Prior bene potest sequi in predicta curia cristianitatis, et Ricardus in misericordia.

878. Surr. [2]Elena que fuit uxor Ricardi filii Elie petit uersus Willemum Beneit terciam partem trium acr. terre et dim. cum pert. in Bucherheye[3], ut dotem suam etc.

Et Willelmus uenit et dicit quod emit terram illam de uiro suo nudam et inedificatam et superedificauit, et libenter concedit ei terciam partem suam saluis ei edificiis. Et ideo ipsa habeat seisinam suam, saluis eidem Willelmo domibus suis superedificatis, qui[4] habet alibi extra edificia ubi habere poterit terram suam[5].

879. Buck. [6]Assisa uenit recognitura si Adam Clericus pater Henrici fuit seisitus etc. de una uirg. terre cum pert. in Westona[7] die etc. et si etc. quam terram Johannes filius Ricardi de Turreuilla tenet, qui uenit et alias uocauit ad warantum Henricum de Turreuilla qui uenit et ei warentizauit et uocauit inde ad warantum Ricardum de Turreuilla patrem suum qui uenit et ei warentizauit et uocauit inde ad warantum Rogerum de Craffte et Ceciliam uxorem eius Symonem de Turreuilla et Petronillam uxorem eius, et Rogerus et alii non[8] uenerunt et fecerunt defaltam etc., ita quod preceptum[9] uicecomiti quod resummoneret eos quod essent ad diem istum, et ideo capiatur assisa per defaltam.

[1] For a consultation on such a matter as this, see Br. f. 405 b.
[2] B. m. 13.
[3] *Rucherheye*, B.
[4] Corr. *quia*, B.
[5] There is land unbuilt over, in which the widow can have her dower. This case appears at length in Fitz. *Dower*, 192.
[6] B. m. 14 d.
[7] Weston Turville.
[8] *Rogerus et Cecilia et Petronilla non*, B.
[9] Supply *fuit*, B.

Juratores dicunt quod predictus Ada tenuit in uillenagio unam uirg. et alteram uirg. pro seruicio faciendi ferramenta ad carucas domini sui, set nichil potuit inde dare nec uendere, et illa uirg. est de qua assisa arramiata est. Et ideo consideratum est quod Henricus nichil capiat per assisam istam, et sit in misericordia pro falso clamore et Johannes et alii inde quieti.

880. [1]Alicia de Bendenges attachiata fuit ad respondendum Roberto Purcel quare fecit uastum et exilium de terris domibus gardinis que tenet in dotem de hereditate ipsius Roberti in Shaudewella[2] ad exhereditationem ipsius Roberti in eadem uilla contra prohibicionem etc., et unde dicit quod uastum fecit etc. ut supra, unde dampnificata est etc. et inde producit etc. Oxon.

Et Alicia uenit et defendit uim et iniuriam uastum et destruccionem et quod nullum uastum fecit etc. ponit se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod diligenter inquirat si predicta Alicia uastum fecit, et si fecit, in quibus rebus etc. et inquisicionem habeat coram iusticiariis etc.[3]

881. [4]Stephanus de Haya attachiatus fuit ad respondendum Willelmo Rossel quare cepit aueria sua et ea iniuste detinuit contra uadium et plegium, et unde ipse queritur quod cum habere debeat in uilla de Wycham unum uer[5] et unum taurum ad eundum libere per campos et alibi et ibi irent sicut ire solent et debent, idem Stephanus aueria illa cepit iniuste et capta detinuit contra uadium et plegium, unde deterioratus est etc.[6] et unde dicit quod aueria illa habere debet libera in omni aperto in eadem uilla in prato blado et alibi in omni loco[6]. Cauntebr.

Et Stephanus uenit et defendit uim et iniuriam capcionem iniustam et detencionem contra uadium et plegium, et bene cognoscit capcionem de predictis aueriis, quia dicit quod idem

[1] B. m. 15 d.

[2] *Swadewell'*, B.

[3] It was still considered an open question whether law might not be waged in an action of waste. See Br. f. 315 b. Hence perhaps the many cases in this collection which look the other way. B has a post-script: Alice was found guilty of waste.

[4] B. m. 14 d.

[5] Sic, B.

[6–6] Not in B.

Willelmus nulla talia aueria habere debet libera, nec unquam habuit, et dicit quod ipse prius feoffatus fuit in eadem uilla quam predictus Willelmus.

Et Willelmus uenit et dicit quod illa habere solet et debet libera secundum quod predictum est, et dicit quod Comes Albericus[1] quamdiu terra illa unde ipse feoffatus est fuit in manu sua fuit in seisina de predicta libertate, et ipse postquam inde feoffatus fuit, et bene cognoscit quod predictus Stephanus fuit feoffatus in eadem uilla postquam[2] ille, set Comes quamdiu terra illa fuit in manu sua[3] fuit in seisina de eadem libertate et inde ponit se super patriam. Et ideo preceptum est uicecomiti quod coram eo et coram custodibus etc. uenire faciat xij. per quos etc. et per eorum sacramentum diligenter inquirat si predictus Comes die quo feoffauit antecessores ipsius Stephani et postea retinuit in manu |
[131.] libertatem illam habendi predicta aueria libera racione tenementorum que in manu sua retinuit, et si inde fuit in seisina, et si antecessores ipsius Willelmi postquam feoffati fuerunt de tenemento quod idem Willelmus nunc tenet et idem Willelmus postquam terra fuit in manu sua fuit seisitus de predicta libertate uel non, et inquisicionem habeat a die etc[4].

882. Hereford. Suhamt. [5]Isabella que fuit uxor Thome de Duntona, petit uersus Willelmum de Neff*ineum*ild terciam partem feodi j. militis cum pert. in Duntona in com. Herefordie et terciam partem feodi j. militis cum pert. in Bouelegha et terciam partem feodi j. militis cum pert. in Caundeuere in com. Suhamtone ut dotem suam etc.

Et Willelmus uenit et cognoscit quod debet dotem inde habere, set dicit quod tempore mortis uiri sui habuit ipsa filium et heredem predicti Thome uiri sui, et ipsum subtraxit ita quod illum habere non potest, nec custodiam eius, et petit iudicium si debeat ei respondere sine waranto de

[1] Aubrey de Vere, Earl of Oxford.

[2] Sic, B.

[3] *in manu sua* repeated.

[4] Adjourned to Easter quindene. B has a postscript; the inquest says that Earl Aubrey enfeoffed William's ancestor of land *cum libertate habendi j. taurum et j. aprum libere*; judgment that William do hold this liberty and Stephen in mercy.

[5] B. m. 14 d.

dote sua. Et ideo dictum est Isabelle quod haberet Johannem filium suum et heredem ipsius Thome etc. Et Willelmus concedit quod siue ipse uenerit siue non et ipsa produxerit Johannem predictum filium suum, quod tunc habeat dotem suam. Postea[1] quia ipsa dicit quod non habet heredem, et ipse Willelmus non habet sectam quod heredem habeat, immo testatum est quod Thomas Corbet illum habet, [2]et quia alias cognouit quod dotem habere deberet nisi hoc prestaret impedimentum[2], consideratum est quod ipsa recuperauit seisinam suam et Willelmus in misericordia.

883. [3]Assisa ultime presentacionis inter Comitem R. Cornubie et Pictauie[4] et Isabellam uxorem eius querentes et Abbatem de Fontenay[5] de aduocacione ecclesie de Well' ponitur in respectum pro defectu recognitorum quia tantum xj. uenerunt et duodecimus cognoscit[6] ad uillanum, et preterea iiij. sunt inutiles. Et ideo preceptum est uicecomiti quod loco eorum ponantur viij. milites qui nullo modo sint essoniabiles et apponat tot et tales et habeat corpora eorum ita quod pro defectu recognitorum assisa non remaneat. Et attornatus Comitis concessit quod siue uenerit siue non quod assisa caperetur. Et mandatum est Episcopo Norwycensi quod interim non conferrat ecclesiam illam alicui auctoritate concilii[7] eo quod non stat per negligenciam patronorum quod assisa non capiatur, et ideo quia quidam infans qui est infra etatem quem assisa illa tangit est in manu Dom. Regis. Norf.

Nota quod non currit tempus vj. mensium contra diligentes, et prohibitum est Episcopo ne conferrat, et quia assisa tangit quendam puerum qui est in custodia Dom. Regis.

884. [8]Juliana que fuit uxor Alani de Giselham per attornatum suum petit uersus Willelmum filium Henrici medietatem xxvj. acr. terre cum pert. in Giselham ut dotem suam. Suff.

Et Willelmus uenit et dicit quod predictus Alanus obiit iam l. annis elapsis et predictus Henricus pater suus tenuit terram illam post mortem Alani patris sui per xxx^{ta}. annos, et obiit inde seisitus, et ipse iam illam tenuit per viij. et petit iudicium si debeat ei respondere desicut non peciit

[1] Postea from Midsummer fortnight.
[2–2] Not in B.
[3] B. m. 16.
[4] Earl Richard, the King's brother.
[5] Fontenay in Normandy. Gall. Christ. vol. 11, col. 413. Monast. vol. 6, p. 1084.
[6] Supply *se*, B.
[7] The Third Lateran Council.
[8] B. m. 16.

dotem suam per tantum tempus. Et quia ipsa nunquam dotem suam peciit tempore patris sui, qui illam tenuit per xxx^{ta}. annos, et quia obiit in seisina, et predictus Willelmus est infra etatem, consideratum est quod Juliana inde sine die usque ad etatem[1].

885. Essex. Assisa uenit recognitura si Walterus filius Roberti iniuste etc. disseisiuit Julianam que fuit uxor Roberti filii Philippi de tenemento suo in Fordham post primam etc. unde queritur quod idem Walterus disseisiuit eam de una caruc. terre cum pert. in Fordham unde fuit in seisina ut dote sua unde nominata dota[2] fuit per cartam eiusdem Philippi quam profert et que hoc testatur.

Et Walterus uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri, quia ipsa non potuit dotem inde habere quia predictus[3] quondam uir suus non potuit eam inde dotare, quia terra illa fuit maritagium matris ipsius Walteri ita quod predictus Robertus et[4] uir ipsius Juliane non habuit inde nisi custodiam ut de maritagio uxoris sue.

Et Juliana uenit et dicit quod ipsa fuit in seisina de predicta terra a festo S. Joh. Bapt. usque post festum Omn. Sanc. et quod inde nominatim dotata fuit, ita quod idem Walterus inplacitauit eam in comitatu per breue de amensuracione dotis, et in tantum processit loquela quod ipsa recessit sine die uersus eum, et quod sic fuit dotata et in seisina |
[131 b.] sicut predictum est inde ponit se super assisam.

Juratores dicunt quod predicta Juliana fuit in seisina de predicta terra ut de dote sua a festo S. Joh. Bapt. usque ad festum Omn. Sanc., set reuera ipse Walterus uenit ibi et eiecit eam, ita quod ipsa adiuit Hubertum de Burgo tunc[5] Justiciarium, et reposita fuit in seisinam quam prius habuit, et remansit in seisina quousque eiecit eam iniuste post festum Omn. Sanc., unde bene dicunt quod disseisiuit eam iniuste. Et ideo consideratum est quod Juliana recuperauit seisinam suam, et Walterus in misericordia.

[1] Bracton, f. 422 b, cites this case; but in the printed text the citation has wandered away from the proposition that it supports; see f. 422 ad fin.

[2] Corr. *nominatim dotata.*

[3] Supply *Robertus.*

[4] Om. *et.* Juliana was Robert's second wife.

[5] But lately disgraced.

886. [1]Johannes Pigun summonitus fuit ad respondendum Decano et Capitulo S. Pauli Londonie de hoc quod redderet eis xl. acr. terre cum pert. in Kentissetona, quas clamant ut ius ecclesie sue S. Pauli Londonie etc., ita quod idem Johannes essoniauit se in crastino Animarum et habuit diem per essoniatorem suum[2] die Jouis scil. die S. Katerine[2], ad quem diem non uenit nec die Veneris sequente, set die Sabbati uenit Johannes etc. Et Decanus et Capitulum per attornatum suum petunt iudicium de defalta[3]. Et sciendum quod Johannes cognoscit summonicionem et aduocat esson'[4]. Midd.

887. [5]Assisa uenit recognitura utrum una caruc. terre cum pert. in Gestlingestorpe sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Gestlinstorpe, unde Hugo de Diue persona est, an laycum feodum Simonis filii Simonis qui alias uenit et uocauit inde ad warantum Othonem filium Willelmi qui habuit diem in banco a die etc.[6] Et Otho non uenit set se essoniauit et essonium non fuit ei allocatum racione predicta et ideo capiatur assisa per defaltam, et si Hugo persona optineat tunc procedat de warancia inter ipsum Simonem et predictum Othonem. Essex.

Juratores dicunt quod duo fratres fuerunt Hugo primogenitus et quidam Gudmundus postnatus et pater ipsorum habuit duas caruc. terre cum pert. in Gestlingestorpe et partitus fuit inter ipsos fratres terram illam ita quod dedit j. caruc. predicto Hugoni et alteram caruc. ipsi Gudmundo tenend' de capitalibus dominis feodi per seruicium x. sol. per ann., et idem Gudmundus tenuit terram illam simul cum ecclesia de Gestlingestorpe tota uita sua et post eum tenuit terram illam simul cum ecclesia illa quidam Eadmundus filius ipsius Gudmundi tota uita sua et post ipsum Eadmun- Plures persone de persona in personam utrum nomine ecclesie ut liberam elemosinam uel ratione feoffamenti.

[1] B. m. 17. Bracton, f. 387, cites this as a case concerning William Raleigh and John Pigon, a tenant of his, who held of a prebend of St Paul's. Raleigh held the prebend of Kentish-Town. See Hardy's Le Neve vol. 2, p. 403.

[2—2] *a die S. Martini in xv. dies scilicet a die Jouis in die S. Katerine*, B.

[3] Here B stops.

[4] *essoniatorem*; he does not dispute that the essoiner represented him.

[5] B. m. 17.

[6] Supply *in banco a die S. Martini in xv. dies sine essonio etc.*, B. This omission is important. It does not appear in the text why Otho's essoin was not allowed. These omitted words give the reason, and Bracton who cites the case, f. 341, knew the reason.

dum tenuit quidam Simon filius Willelmi filii Othonis terram illam simul cum ecclesia illa tota uita sua et post predictum Simonem iste Simon filius Simonis simul cum ecclesia donec illam ecclesiam resignauit. Et quesiti utrum ipse Gudmundus et omnes alii successores sui tenerent terram illam nomine ecclesie predicte ut liberam elemosinam uel si quilibet ipsorum inde feoffatus esset separatim, non respondent ad hoc set dicunt quod terra illa nunquam separata fuit ab ecclesia illa, et dicunt quod predicte persone semper receperunt terram illam cum ecclesia, et ideo credunt melius quod terra illa sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam illam per certum seruicium faciendum capitalibus dominis quam laicum feodum ipsius Simonis. Dicunt eciam quod nichil sciunt de aliqua carta quam[1] idem Simon profert per quas[2] idem Simon dicit quod quilibet predictarum personarum separatim feoffatus fuit de eadem terra. Postea quia predictus Simon profert cartas per quas quilibet persona feoffatus fuit de persona in personam, et iuratores nichil certum dicunt per quod iudicium possit fieri, Consideratum est quod iuratores redeant. Et ideo preceptum est uicecomiti quod uenire faciat predictos xij. et cum eis viij. milites qui nec predictum Hugonem nec Simonem aliqua affinitate[3] in Oct. etc. ad recognoscendum super sacramentum suum si predicti[4] persone tenuerunt predictam terram nomine ecclesie uel racione[5] feoffamenti quod inde habuerunt, et interim etc., et Otho filius Willelmi quem predictus Simon uocauit ad warantum athachietur quod sit ad eundem terminum[6].

888. Norhampt. [7]Emma que fuit uxor Walteri de Scode[8] petit uersus Simonem de Skotere et Aliciam uxorem eius terciam partem duorum mesuagiorum cum pert. in Burgo ut dotem suam etc.

Et Simon uenit et dicit quod nullam habet uxorem que uocatur Alicia, et preterea dicit quod nichil tenet de mesuagiis illis immo quedam Alicia de Burgo[9], idem dicit quod uir

[1] Sic, B.
[2] Sic, B.
[3] Supply *attingant*, B.
[4] Corr. *predicte*, B.
[5] *nomine*, B.
[6] A postea in B records how the inquest went against Simon.
[7] B. m. 17 d.
[8] *Scotere*, B.
[9] No stop in MS. Simon says that Emma's husband was not Walter but Robert (?).

suus per quem dotem petit uocatur[1] Robertus. Et Emma non potuit hoc dedicere et ideo Simon[2] inde sine die et Emma pauper et perquirat sibi per aliud breue si uoluerit. | [182.]

PLACITA APUD WESTMONASTERIUM DE TERMINO S. MICHAELIS ANNO REGIS HENRICI OCTAUO INCIPIENTE NONO[3].

889. [4]Godefridus filius Roberti et Iueta filia Rogeri per ipsam Iuetam positam etc. petunt uersus Robertum Pikerun unum mesuagium cum pert. in Dunnestaplia ut ius eorum ita quod idem Robertus uocauit inde ad warantum Petrum filium Jordani, qui uenit et fuit infra etatem et habuit illud ex dono. Et ideo consideratum fuit quod responderet. Et ipse uenit et uocauit inde ad warantum Robertum filium Jordani filii Jordani, qui uenit et fuit infra etatem et petiit etatem suam. Et Iueta pro se et pro Godefrido etc. dicit quod non debet etatem expectari quia Jordanus pater suus non obiit seisitus ut de feodo, immo illud habuit in uadium usque ad terminum xxx. annorum et inde profert cartam eiusdem Jordani que hoc idem testatur et continetur in carta illa cirographata quod preter[5] terminum illum debet Iueta acquietare uadium suum saltem[6] septem marcas. Et custos Roberti hoc totum cognoscit et petit quod reddant denarios illos et accipiant partem suam que eos contingit[7]. Bed.

890. [8]Warinus de Monte Canisio petit uersus Willelmum de Francheuilla centum solidatas terre in Wineferling ut ius suum et ut illas que ad eum debent reuerti per conuencionem inter eos factam quia idem Warinus terram illam ei assignauit et concessit tenendam quousque ei assignasset alibi Norf.

[1] *uocatus fuit*, B.
[2] *Simon*, B; the text has *simul*.
[3] For this term A=Tower Roll No. 2; B=Coram Rege Roll No. 18, a roll which seems to have lost its later membranes.
[4] A. m. 4 d; B. m. 2.
[5] Corr. *post*, A, B.
[6] Corr. *scilicet*, A, B.
[7] On this follows in A, B: *Et quia continetur in carta de inuadiacione quod post terminum xxx. ann. debet mesuagium reuerti ad ipsam et heredes Benedicte sororis sue, consideratum est quod ipsi recuperauerunt seisinam suam, et cum Rob. habeat etatem respondeat de warancia si Rob. Pikerun uoluerit.*
[8] A. m. 5; B. m. 1.

centum solidatas terre, et ipse paratus est ei assignare alibi illam terram, et ideo petit terram illam secundum conuencionem illam, et quod talis est conuencio illa offert probare secundum quod curia considerauerit.

Et Willelmus uenit et defendit ius ipsius Warini tenendi in dominico et quod nunquam talem conuencionem fecit set precise terram illam dedit ei pro homagio et seruicio suo nulla mencione facta de escambio et inde ponit se super magnam assisam Dom. Regis et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi terram illam de ipso Warino an Warinus tenendi illam sicut dicit.

Et Warinus producit sectam et quod talis est conuencio et quod talis fuit carta feofamenti scil. tales[1] qui hoc offerunt etc. et petit quod Willelmus ostendat cartam suam per quam feofatus fuit et libenter cartam suam tenebit et petit iudicium si super hoc debeat assisa fieri.

Et Willelmus dicit quod nullam cartam habet et ponit se super magnam assisam sicut prius. Et Warinus petit sibi allocari quod cartam non wlt ostendere nec aliquid ostendit nisi simplex dictum suum.

Judicium[2]. Consideratum est quod magna assisa iacet inter eos etc. et ideo fiat assisa etc. ad recognoscendum utrum ipse Willelmus maius ius habet tenendi terram illam de ipso Warino ut illam quam ei dedit pro homagio et seruicio suo, an idem Henricus[3] tenendi illam in dominico per conuencionem inter eos factam per quam terra illa debuit reuerti ad ipsum Warinum postquam centum solidatas terre ei assignasset.

891. Hertford. [4]Jurata uenit recognitura ex consensu parcium si Rogerus de Chaur'[5] quondam uir Alicie die quo eam desponsauit dotauit eam ad hostium monasterii de Wathamstede de tercia parte unius uirg. terre cum pert. in Wathamstede uel non, unde Thomas de Hoc uersus quem ipsa clamat ipsam terciam partem in dotem dixit quod non fuit desponsata ad hostium monasterii nec alibi nisi tantum secundo die ante obitum suum in lecto mortali.

[1] Three names, A, B.
[2] By the copyist. B has not the judgment.
[3] Sic, A; corr. *Warinus*.
[4] A. m. 6; B. m. 2 d.
[5] Bracton, f. 304, cites this case; but this name has become *de Camera*.

Juratores dicunt quod nesciunt nec inquirere possunt quod nunquam esset desponsata ad hostium monasterii set ut audiuerunt in lecto suo mortali fuit desponsata. Et ideo consideratum est quod Thomas eat inde quietus et Alicia in misericordia.

892. [1]Ricardus filius Rogeri petit uersus Agnetem filiam Briani xxx. acr. terre cum pert. in Beinflet ut ius suum etc. unde Adam auus suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore H. Regis aui Dom. Regis capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. etc. et de ipso A. descendit ius terre illius Rogero filio suo et de Rogero huic Ricardo ut filio et heredi suo. Essex.

Et Agnes uenit et defendit ius suum set bene cognoscit seisinam Ade aui sui, et idem Adam habuit duos filios Rogerum scil. et Brianum patrem eiusdem Agnetis, set Rogerus non expectauit mortem patris sui[2], et idem[3] Brianus post mortem Ade intrauit hereditatem patris sui et tenuit tota uita sua et ipsa post eum ut filia sua et heres et bene petit inde iudicium desicut Rogerus, per quem idem Ricardus clamat, non expectauit mortem patris sui.

Et Ricardus dicit quod Rogerus pater suus non obiit ante auum suum immo Adam auus suus obiit uno die et Rogerus in crastino et inde ponit se super patriam. Et Agnes hoc defendit[4].

893. [5]Warinus de Monte Canisio petit uersus Walterum de Godarduilla feodum dim. militis cum pert. in Wicham ut ius suum in quod non habet ingressum nisi per Hugonem de Vallibus qui non habuit inde nisi custodiam cum Willelmo de Monte Canisio fratre eiusdem Warini cuius heres ipse est dum fuit infra etatem etc. Et Walterus uocauit inde ad warantum Robertum filium et heredem Hugonis de Vallibus, qui uenit et ei warentizat et bene cognoscit quod habuit ingressum per Comitem Willelmum de Arundel custodem eiusdem Willelmi dum idem Willelmus fuit infra etatem, set Kent.

[1] A. m. 6; B. m. 2 d.

[2] This seems to mean that he did not outlive his father. See Br. f. 68. Apart from any question of substantive law Richard's count is bad unless Roger outlived Adam.

[3] *ideo*, A, B.

[4] A day is given for judgment. A, B.

[5] A. m. 6 d; B. m. 2.

postea quando Willelmus habuit etatem et habuit seisinam de terra sua concessit ipse eidem Hugoni terram illam et plus ei promisit et de eadem terra capit[1] homagium suum et hoc offert disracionare[2] per corpus cuiusdam liberi hominis sui Roberti Ruscel qui hoc offert disracionare per corpus suum sicut ille qui interfuit ubi Willelmus cepit homagium eiusdem Hugonis apud Kinebautonam in curia G. filii Petri. |

[183 b.] Et Warinus petit sibi allocari quod idem Robertus cognoscit ingressum predictum et bene defendit quod nunquam Willelmus cepit homagium eiusdem Hugonis nec aliud ius uel ingressum habuit[3] per predictum Comitem dum Willelmus fuit infra etatem et in custodia et quod non cepit homagium suum nec aliud ius habet offert defendere per corpus cuiusdam liberi hominis sui Gaufridi qui hoc offert etc. et offert Dom. Regi v. marcas pro habenda inde iurata. Et Robertus uenit postea et ponit se super iuratam de iure et de ingressu. Et ideo fiat inde iurata et ueniat in crastino S. Martini ad recognoscendum si predictus Hugo aliud ius uel alium ingressum habuit in terram illam nisi per predictum Willelmum Comitem Arundel custodem Willelmi etc. dum idem Willelmus fuit infra etatem et in custodia eiusdem Comitis etc.

894. Cornub. [4]Prior de Bomine, Geruasius Bloyn[5], Robertus filius Willelmi et Johannes filius Ricardi qui constituti fuerunt iusticiarii ad assisam noue disseisine capiendam inter Willelmum de Ros et S. quondam Exoniensem[6] Episcopum de tenemento in Tregar summoniti fuerunt ad faciendum recordum illud et ipsi Prior et Geruasius et Robertus ueniunt et recordantur quod idem Willelmus de Ros tulit[7] coram eis per preceptum Dom. Regis super S. Exoniensem Episcopum, Gaufridum de la Pomeray et plures alios de tenemento in Treueligan, et ipsi ad diem illum coram eis constitutum presentibus predicto Gaufrido et omnibus aliis excepto Episcopo ceperunt assisam illam et adiudicata fuit seisina

[1] Corr. *cepit*, A, B.
[2] Wager of battle in a writ of entry; Br. f. 318 b.
[3] Supply *nisi*, A, B.
[4] A. m. 7; B. m. 8.
[5] *Bloiheu*, B; *Bloyeu*, A.
[6] *Oxon*, B; but wrongly.
[7] Supply *breue*; but so A, B.

eidem Willelmo etc. Et super hoc uenit W. Exoniensis Episcopus et dicit quod tempore quo assisa capta fuit, [1]Episcopus Simon mortuus et super ipsum mortuum ceperunt assisam illam et petit talem seisinam qualem Episcopus Simon habuit die quo obiit[2]. Et predicti iusticiarii cognoscunt quod Episcopus Simon tunc mortuus fuit, set putauerunt bene quod super eum licet mortuus esset assisam capere possent. Et dicunt quod tenementum illud nunc est in manu Dom. Regis pro fuga Willelmi de Ros, et dicunt quod quando breue Dom. Regis uenit ad eos de assisa capienda predictus Episcopus Simon mortuus fuit set quia Dom. Rex nullam mencionem fecit de mortuo[3] in breui suo ideo putauerunt quod bene possent assisam capere[4].

895. [5]Willelmus de Haultona petit uersus Adam Bertram quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in Withintona etc. unde idem Willelmus dicit quod idem Adam tenet de eo xvij. bouat. terre quas uillani tenent de eodem Ada in uilenagium et debet ei inde per annum j. marcam, et preterea de qualibet domo de predicta terra ubi fumus exit debet inuenire j. carucam ad arandum per j. diem si carucam habuerit sin autem de hoc quod habuerit[6] et inuenire duos homines in autumpno ad bladum metendum et inuenire de qualibet domo unum hominem ad reparandum molendinum suum ad cibum eiusdem Willelmi semel in die de omnibus illis consuetudinibus excepto molendino et preterea sequi in communi molendinum suum ad xiij. tolfatum[7], et preterea quando placuerit Dom. Regi tailliare ipsum Willelmum, ipse potest talliare ipsum Adam racionabiliter secundum quod pertinebit ad predictas xvij. bouat. terre, et preterea quando per preceptum Dom. Regis debebit idem Willelmus ire ad comitatum apud Werckwrthe siue Nouum Castrum idem Adam inueniet ei duas partes custi unius armigeri ad harnesium Northumb.

[1] Supply another *fuit*, A.

[2] Bp. Simon of Apulia died in Sept. 1223; Bp. William Brewer was consecrated in April 1224.

[3] Sic, A, B.

[4] A, B add *Postea per preceptum Dom. Regis consideratum est quod Episcopus recuperauit seisinam suam etc. saluo iure cuiuslibet.*

[5] A. m. 7; B. m. 3.

[6] Supply *et herciare per j. diem*, A, B.

[7] Sic, A, B.

suum defendendum ad custum suum proprium, et similiter alibi si per preceptum Dom. Regis debeat idem Willelmus ire pro negociis Dom. Regis et ita quod si idem Willelmus uelit remittere eum de illo itinere predicta terra inueniet eidem Willelmo custum suum secundum quod ad eum pertinebit, unde idem Willelmus dicit quod de omnibus illis consuetudinibus et seruiciis fuit ipse Willelmus seisitus ut de iure tempore Dom. Regis qui nunc est et hoc offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Eustachii filii Eustachii, qui hoc offert disracionare per corpus suum sicut ille qui interfuit ubi idem Adam et homines sui de predicta terra fecerunt omnes illas consuetudines. Et dicit quod per hoc quod deforciat. ei illas consuetudines deterioratus est ad dampnúm xx. marcarum.

Et Adam uenit et defendit uim et iniuriam et cognoscit quod tenet illas xvij. bouat. terre de eo pro j. marca per annum pro omni seruicio et residuum tocius seruicii predicti defendit ipse per corpus cuiusdam liberi hominis sui Johannis Aurifabri qui hoc offert defendere per corpus suum sicut curia considerauerit etc. et si de eo male contigerit etc. per alium etc.

Et Willelmus dicit quod non uidetur ei quod tam de[1] recenti seisina debeat ius suum defendere quia nondum tres anni elapsi sunt postquam fecit omnes illas consuetudines, et offert Dom. Regi x. marcas pro habenda inde inquisicione. Et dicit quod tenet de Dom. Rege totam terram illam reddendo xl. sol. et non potest seruicium suum facere Dom. Regi nisi idem Adam ei faciat seruicium suum. Et offert postea xij. marcas pro habenda inde iurata. Dicit eciam quod antecessores eiusdem Ade semper dederunt merchetum de filiabus suis, set idem Adam adhuc nullam filiam habuit.

Et quia Willelmus tenet de Dom. Rege in capite et Dom. Rex adhuc poterit in dominico[2], consideratum est quod iurata inde ueniat tam per milites quam per alios etc. ad recognoscendum si idem Adam debeat illas consuetudines de iure uel non, et si idem Willelmus fuit in seisina de illis

[1] Corr. *de tam*, A, B.

[2] *adhuc habere poterit in dominico*, A, B. Trial by jury is still somewhat of a royal privilege.

consuetudinibus post primam coronacionem Dom. Regis etc.

896. [1]Walterus Cut et uxor eius optulerunt se iiij. die uersus Robertum le Chapeleyn qui se essoniauit de malo lecti inter[2] eos de placito terre etc. Et Robertus non uenit etc. set tres milites uenerunt et Willelmus de S. Claro[3]. Et quartus miles non uenit et ideo uicecomes habeat corpus eius in crastino S. Martini etc. Item[4] datus est dies quatuor militibus qui uenerunt etc. | Suth.

897. [5]Reginaldus le Auen' petit uersus Hugonem de Viuun quod reddat ei x. libr. et xj. d. quos ei debet et iniuste detinet et inde profert talliam et producit sectam quod ei illos accomodauit. [183.] Suht.

Et Hugo uenit et defendit contra eum et contra talliam et contra sectam suam et quod nullum denarium ei debet nec talliam fecit et hoc offert etc. defendere sicut curia considerauerit.

Consideratum est quod defendat se xij. uiru'[6] et ueniat cum lege in crastino S. Martini etc.[7]

898. [8]Sibilla que fuit uxor Ricardi le Bonde petit uersus Gaufridum le Bonde terciam partem j. caruc. terre cum pert. in Andrintona ut dotem suam unde predictus Ricardus eam dotauit per assensum et uoluntatem predicti Gaufridi patris sui et inde habet sectam. Et Gaufridus uenit et non dedicit quod ita esset dotata, set Ricardus filius suus adhuc uiuit et est in partibus transmarinis, et Sibilla hoc defendit et nullam habet sectam quod mortuus sit, et ideo datus est eis dies etc. et *ill' tunc* produc' sectam etc.[9] Norht.

899. [10]Assisa xxiiij. ad conuincendum xij. inter Rogerum Burnarde querentem et Robertum de Euertona de communa pasture in Euertona ponitur in respectum usque in oct. S. Mart. pro defectu recognitorum quia tantum Robertus de Tiuilla et Imbertus de Herefordia etc. et uicecomes habeat corpora Bed.

[1] A. m. 8; B. m. 3 d.
[2] Corr. *uersus* not *inter*, A, B.
[3] Omit *Et* and the stop, A, B.
[4] Corr. *idem*, A, B.
[5] A. m. 8; B. m. 3 d.
[6] Corr. *manu*, A, B.
[7] This seems to be Fitz. *Ley*, 78.
[8] B. m. 5. This and next case not found in A, which has been torn.
[9] See Br. f. 301 b, as to the burden of proof; B has *et tunc producant sectam:* but whether *producat* or *producant* is not very certain.
[10] B. m. 7.

aliorum. Idem dies datus est xij. primis recognitoribus de prima assisa.

900. Wigorn. [1]Abbas Glaucestrie optulit se iiij. die uersus Robertum Nel de placito quod ei reddat xv. marcas quas ei debet et iniuste detinet ut dicit etc. Et Robertus non uenit etc. et plures fecit defaltas, ita quod ad ultimum diem preceptum fuit quod uicecomes distringeret eum per terras et catalla sua etc. eo quod subtraxit se etc. et uicecomes mandauit quod cepit terram suam in manum Dom. Regis et catalla, scil. bladum de hoc anno et v. boues, et ideo per consilium curie preceptum est uicecomiti quod de terris et catallis faciat illos denarios et habeat illos in Octab. S. Mart. ad reddend' etc.[2]

901. Noting. [3]Ricardus filius Johannis de Londonia petit uersus Nicholaum de Wibitona quod reddat ei xx. marcas quas ei debet per cartam ipsius Nicholai quam idem Ricardus profert et que debitum illud testatur, et unde dicit quod per hoc quod non reddidit ei debitum illud secundum cartam suam etc. deterioratus est ad dampnum etc. et inde producit sectam. Et continetur in carta quod idem Nicholaus posuit manerium suum de Willintona in manus talium[4] ita quod nisi redderet ad terminum etc. ipsi tales committerent[5] manerium illud eidem Ricardo etc.

Et Nicholaus uenit et cognoscit cartam illam et debitum et totum preter dampnum. Postea recessit Nicholaus sine licencia, et ideo consideratum est quod Ricardus recuperauit debitum suum et uicecomes habeat corpus suum ad alium diem ad respondendum quare recessit sine licencia.

902. Deuon. [6]Johannes de Monte Acuto petit uersus Gaufridum de Furneaus quod faciat ei consuetudines et recta seruicia que ei facere debet de libero tenemento suo quod de eo tenet in Thor*n*ebiria, unde idem Johannes dicit quod idem Gaufridus debet ei feodum unius militis de eodem tenemento et non fecit ei xx. annis transactis nisi octauam partem unius militis per quod ei aretro sunt ut in scutagiis et aliis forinsecis xx. libr. sterlingorum et hoc offert etc.

[1] A. m. 10 d; B. m. 7.
[2] For default process in an action of debt see Br. f. 440 b.
[3] A. m. 10 d; B. m. 7 d.
[4] *Rad. Harenge et Rob. de Lexintona*, A, B; two of the justices.
[5] *Rad. et Rob. committant*, A, B.
[6] B. m. 8 d.

Et Gaufridus uenit et cognoscit quod tenet de eodem Johanne set remittit ei totum feodum suum et quiete clamat ei quicquid ibi habuit et in dominico et seruicio, et quesitus quis teneat illud feodum, dicit quod Drago de Teintona.[1] Et ideo consideratum est quod Johannes recuperauit seisinam suam de feodo suo et Gaufridus in misericordia.

903. [2]Hugo de Godingeham optulit se iiij. die uersus Petrum de Cantelupo de placito pacis Dom. Regis infracte unde eum appellat etc. et Petrus non uenit etc. set se essoniauit de itinere uersus S. Jacobum, et essonium non iacet[3] quia prius se essoniauit de malo ueniendi et preterea essoniator cognouit quod fuit domi. Et ideo uicecomes habeat corpus eius a die S. Martini in xv. dies etc. et omnes plegii in misericordia.[4] Essex.

904. [5]Johannes de Mat[6] et Eua uxor eius petunt uersus Willelmum de Cantelupo terciam partem duarum parcium de Suttefeldia ut dotem ipsius Eue unde Willelmus Cumin quondam uir suus etc. Warr.

Et Willelmus non uult ei respondere nisi curia considerauerit sine waranto eiusdem Eue de dote sua. Et Johannes et Eua dicunt quod warantus suus est in custodia Regis Scocie de quo tenet, et preterea idem Willelmus non habet inde nisi custodiam per capitalem dominum feodi et Willelmus uir suus obiit seisitus de terra illa et ideo non debet heres expectari.

Et Willelmus cognoscit bene quod non habet inde nisi custodiam per capitalem dominum. Et quia Willelmus uir Eue | obiit inde seisitus et Willelmus de Cantelupo nichil [133 b.] clamat per warantum nisi per custodiam et per capitalem dominum feodi consideratum est quod Willelmus respondeat sine waranto.[7]

Et Willelmus uenit et uocat inde ad warantum Johannem de Abetoft. Habeat eum a die S. Mart. in xv. dies per consid' etc.[8]

[1] Here B stops.
[2] B. m. 9.
[3] *iacuit*, B. See Br. f. 339 b.
[4] For the sequel see below, MS. f. 137 b.
[5] B. m. 9.
[6] *Marc*, B.
[7] Bracton, f. 298, cites this case.
[8] *per aux'*, B.

905. Ebor. [1]Henricus filius Willelmi petit uersus Abbatem de Fontibus[2] quem Alanus de Kyrkeby uocauit ad warantum et qui ei warentizauit tres caruc. terre cum pert. in Kyrkeby ut ius suum, unde Willelmus pater suus fuit seisitus ut de feodo et iure et in dominico tempore Regis Ricardi etc. capiendo inde expleta ad ualorem v. sol. etc.

Et Abbas uenit et dicit quod non uidetur ei quod debeat ei inde respondere quia idem Henricus non fuit filius Willelmi immo fuit filius Radulfi Mausleuerer et ideo Radulfus ut pater suus eum nutriuit ut filium suum et de quadam Elena matre sua et ideo non uult ei respondere nisi curia considerauerit et si sciret quod esset filius eiusdem Willelmi sufficienter ostenderet quod nullum ius haberet in terra illa.

Et Henricus dicit quod fuit filius Willelmi et de quadam Matillide uxore eius et hoc paratus est probare sicut curia considerauerit etc.

906. Wilt. [3]Willelmus Comes Sur'[4] petit uersus Willelmum de Shorewella quod reddat ei Willelmum filium et heredem Jordani de S. Martino cuius custodia ad eum pertinet racione tenementi quod predictus Jordanus de eo tenuit per seruicium militare ut dicit.

Et Abbatissa de Wiltona petit uersus eundem Willelmum eandem custodiam eo quod Jordanus tenuit de ea per seruicium militare etc. unde eadem Abbatissa dicit quod tenuit de ea feodum j. militis, unde[5] antecessor eiusdem Jordani fuit feofatus centum annis transactis et eo amplius. Et de Willelmo uenit Godefridus filius suus, et de Godefrido Willelmus auus Jordani, et sic de filio in filium usque ad istum Willelmum, ita quod Comes nec antecessores sui nunquam[6] custodiam habuerunt nec habere deberent quia Abbatissa Wiltone primo feofauit antecessorem Willelmi et hac racione petit ipsa custodiam.

Et Comes dicit quod ad conquestum Anglie fuit Willelmus

[1] A. m. 14; B. m. 9.
[2] Fountains Abbey.
[3] A. m. 15 d; B. m. 10.
[4] *Sar'*, A; *War'*, B. Seemingly the Earl of Salisbury.
[5] Supply *Willelmus*, A, B.
[6] *unquam*, A, B.

de S. Martino pater Willelmi le Marsc'[1] feofatus ab antecessore eiusdem Comitis de feodo j. militis in Chadenwik et de eodem feodo eum feofauit Osmundus Episcopus Sarrisbiriensis[2] et sic tenuit idem Willelmus primus[3] tota uita sua et post eum Willelmus filius suus etc. et sic de Willelmo Godefrido etc. et hac racione petit ipse Comes custodiam.

Et Abbatissa hoc defendit et dicit quod Godefridus non[4] fuit primo feofatus ab antecessore eiusdem Comitis et inde ponit se super patriam.

Et Comes dicit quod non uult se ponere super iuratam.

Et Willelmus de Shoreuilla uenit et dicit quod habet puerum in custodia per Dom. Regem et illum liberabit cuicunque debebit[5].

907. [6]Assisa uenit recognitura si Rogerus Clericus, Ricardus Halesby, Margaria Ro, Rogerus Pollard, Johannes Fallide, Simon Utlaghe[7] et alii plures iniuste et sine iudicio disseisiuerunt Ricardum de Percy de libero tenemento suo in Semare[8] post etc. Ebor.

Et omnes ueniunt[9] per attornatum suum ueniunt et dicunt quod non debet inde assisa fieri quia ipsi nullam terram tenent in Semare immo quedam mora unde assisa aramiata est est de dominico Dom. Regis de Scardeburgo et pertinet ad uillam de Scardeburgo et non ad Samare et diuise sunt inter terram de Samare et terram de Scardeburgo, scil.[10] aqua currens usque ad mare, et quod ita sit ponunt se super ueredictum patrie.

Et Ricardus per attornatum suum dicit quod mora illa est de Semare et pertinet ad Semare et non ad Scardeburgum et inde petit assisam. Et quia manerium de Scardeburgo est dominicum Dom. Regis et Dom. Rex non debet nec wlt assisam relinquere indeterminatam consideratum est quod perambulacio fiat inter Dom. Regem et ipsum Ricardum per xij. legales milites, et uicecomes scire faciat perambulacionem

[1] *pater Will. le Senescall*, B; A torn.
[2] Ob. 1099.
[3] Sic, A; *prius*, B.
[4] Om. *non*, A, B.
[5] As to wardship by priority of feoffment, see Br. f. 87.
[6] A. m. 17; B. m. 10.
[7] Sixteen other names, A, B.
[8] Seamer, near Scarborough.
[9] Om. *ueniunt*, A, B.
[10] Supply *una*, B.

illam ad tale terminum per quatuor legales milites. Idem dies datus est partibus[1].

908. Sumerset. [2]Johannes de Reygn' summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi de hoc quod redderet ei Johannem filium et heredem Nicholai de Arundel cuius custodia ad Dom. Regem pertinet etc. Et Johannes uenit et producit puerum et dicit quod nichil clamat in custodia illa. Et super hoc uenit Thomas de Arundel et dicit quod custodia illa ad eum pertinet quia Johannes de Rengny tenuit quoddam sokagium de Dom. Rege reddendo l. sol. per ann. et mortuo Johanne filia sua remansit in custodia Dom. Regis occasione illius socagii, et quia filia illa defuncta est reuersum est illud socagium ad predictum Johannem filium Nicholai ut ad illum qui fuit filius sororis predicti Johannis et uxoris Nicholai de Arundel, et ideo[3] Nicholaus tenet[4] de eodem Thoma feodum unius militis et hac racione clamat ipse custodiam eo quod socagium illud ei accidit ex parte matris sue et feodum militare ei accidit ex parte patris sui. Et Warinus filius Joeli qui pro Dom. Rege loquitur hoc totum cognoscit. Et quia Johannes qui[5] est heres Nicholai et socagium illud ei accidit ut ad heredem Nicholai[6] consideratum est quod Thomas habeat custodiam Johannis et maritagium salua Dom. Regi custodia socagii sui. Et Thomas statim cepit homagium suum[7]. |

[134.] 909. Linc. [8]Johannes de Baiocis, Willelmus de Baiocis et Adam de Baiocis summoniti fuerunt ad respondendum Priori de Sixle quo iure communam pasture exigunt in terra ipsius Prioris de Riggeby desicut idem Prior nullam habet communam in terra ipsorum Johannis et aliorum in Lindewde nec seruicium etc.[9]

Et Johannes et alii ueniunt et dicunt quod a conquestu Anglie habuerunt antecessores sui et ipsi communam illam[10]. Et est dies datus eis a die Pasche in xv. dies prece parcium.

[1] Bracton, f. 212, cites this case.
[2] A. m. 17 d; B. m. 18 d.
[3] Corr. *idem*, B.
[4] *tenuit*, A, B.
[5] *iam* not *qui*, A, B.
[6] Sic, A, B.
[7] As to prerogative wardship, see Br. f. 87, 87 b.
[8] B. m. 12 d.
[9] Linwood is near Sixhills; Wragby is near; Rigsby more remote. See above, Case 720.
[10] Br. f. 230.

910. [1]Gregorius Capellanus attachiatus fuit ad respondendum Reginaldo de Lewe quare contra prohibicionem secutus est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Reginaldi etc. Glouc.

Et Gregorius uenit et dicit quod non traxit eum in placitum de aliquo laico feodo, set reuera Robertus filius Rogeri dedit ecclesie sue j. acram terre in puram elemosinam et idem Gregorius terram illam arauit et seminauit et postea in autumpno asportauit idem Reginaldus bladum suum et spoliauit ecclesiam suam et de illa spoliacione traxit eum in placitum et non de aliquo laico feodo.

Et Reginaldus nullam sectam habet quod alio modo traxit eum in placitum set dicit quod est in seisina et fuit duobus annis transactis, et idem Gregorius exigit eandem acram terre in curia cristianitatis.

Et Gregorius cognoscit quod Reginaldus est in seisina de eadem terra. Et ideo prohibitum est ei ne amplius sequatur placitum in curia cristianitatis set si uoluerit perquirat breue de noua disseisina et sit in misericordia pro iniusta uexacione[2].

911. [3]Loquela inter Priorem de Elretona querentem et Abbatem de Eboraco de diuisis inter eos etc. remissa est ad comitatum prece parcium ut ibi procedat non obstante carta quam idem Prior habet ne implacitet[4] alibi quam coram Dom. Rege[5]. Ebor.

912. [6]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Bradefeldia que uacat etc. cuius aduocacionem Willelmus de Reymes clamat uersus Priorem S. Bartholomei Londonie, qui uenit et dicit quod assisa non debet inde fieri quia idem Willelmus alias tulit assisam ultime presentacionis coram ultimis iusticiariis itinerantibus apud Chelmerefordiam et tandem ibidem coram eis adiudicata fuit eidem Priori, et inde ponit se super recordum curie. Essex.

Et Willelmus dicit quod hoc non debet ei nocere quia

[1] A. m. 18 d.
[2] See Br. f. 408.
[3] A. m. 19; B. m. 14.
[4] *placitet*, A, B.
[5] As to such charters, see Br. f. 411 b. For the York charters, see Monast. vol. 3, p. 547.
[6] A. m. 19; B. m. 14 d.

idem Prior nullam recuperauit presentacionem immo episcopus loci auctoritate concilii contulit cuidam clerico ecclesiam illam et inde ponit se super iur'.

Et Prior dicit quod Walterus qui ultimo obiit persona presentatus fuit ab eodem Priore ad eandem ecclesiam et inde ponit se super assisam et Willelmus similiter. Et ideo procedat assisa.

Juratores dicunt quod Walterus qui ultimo obiit persona habuit ecclesiam illam ex dono Episcopi Londoniensis auctoritate consilii et non ad presentacionem Prioris. Quesiti quis presentauit Adam qui prius obiit persona ante Walterum. Et quod[1] Willelmus de Reymes auus Willelmi et ideo consideratum est quod Willelmus recuperauit presentacionem suam et Prior in misericordia. Mandetur Episcopo Londoniensi quod admittat clericum suum.

913. Surr. [2]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Wunhers[3] que uacat etc. cuius aduocacionem Beatrix de Fay clamat uersus Johannem de la Herce qui uenit et bene concedit recordum sicut patet in recordo a die S. Mich. in xv. dies proximo transacto.

Juratores dicunt quod Henricus clericus qui ultimo obiit persona habuit ecclesiam illam per Johannem de Geudeffordia personam de Scaudesfordia set nesciunt si presentatus fuit episcopo uel non. De Willelmo Bintewrthe dicunt qui fuit persona ante Henricum quod quidam Aunfridus habuit ecclesiam de Scaudefordia ex dono Dom. H. Regis, et tunc uenit Rogerus filius Reinfridi et petiit Aunfridum ut daret predictam ecclesiam de Wnhors Willelmo de Custances, et idem Aunfridus ad peticionem suam illam ecclesiam dedit eidem Willelmo et idem Willelmus diu tenuit, et postea ad peticionem suam predictus Aunfridus illam dedit Willelmo de Bintewrthe magistro suo ut capellam pertinentem ad ecclesiam de Scaudefordia, set nesciunt quod umquam presentati essent episcopo loci. Et quesiti quis dedit ecclesiam

[1] Corr. *ante Walterum, dicunt quod*, B. No *dicunt* in A.
[2] A. m. 19 d; B. m. 14 d.
[3] Wonersh and Shalford, near Guildford.

de Scaudefordia Johanni de Geudefordia, dicunt quod Dom. Rex Ricardus. Quesiti eciam si antecessores Radulfi umquam dederunt ecclesiam de Scaudefordia, dicunt quod non immo semper antecessores Dom. Regis.

Et quia predictus Henricus non fuit presentatus ab ipsa Beatricia uel Radulfo de Fay uel antecessoribus suis consideratum est quod Beatricia nichil capiat per hanc assisam et sit in misericordia pro falso clamore et Dom. Rex habeat seisinam suam de aduocacione illius capelle etc.

Et Johannes de la Herce summonitus quo waranto se tenet in ecclesia de Scaudefordia, uenit et dicit quod per Radulfum le Fay qui illam ei contulit tempore Th' Veire[1]. Et quia recognitum est per predictam assisam quod antecessores Dom. Regis semper dederunt illam ecclesiam et numquam Radulfus de Fay uel antecessores sui illam dederunt nisi tempore guerre consideratum est quod Dom. Rex recuperauit seisinam de illa aduocacione etc. simul cum predicta capella et aliis etc. |

914. [2]Thomas Tuscat summonitus fuit ad respondendum Abbati de Burtona quo iure communam exigit pasture in terra ipsius Prioris in Oure desicut idem Abbas nullam communam habet in terra ipsius Thome etc. nec seruicium etc. [184 b.] Derb.

Et Thomas uenit et dicit quod nullam communam clamat in Oure, set uerum uult dicere. Certe diuise et mete continentur inter terram Prioris de Oure et terram ipsius Thome de Merkwrthe[3] et quamdiu placuit eidem Priori habere aesiam[4] in terra ipsius Thome in Markwrthe habuit ipse Thomas aesiam[5] in terra ipsius Prioris de Oure, et si Prior uult subtrahere se ipse libenter subtrahet se, set reuera de quadam graua[6] que uocatur sic[7] quam idem Prior posuit in uisu suo dicit quod medietas illius graue sua est et hominum liberorum suorum et residuum est ipsius Abbatis et idem Abbas uoluit attrahere sibi totam grauam illam iniuste, set si Abbas uult tenere se ad partem suam ipse Thomas libenter se tenebit ad suam sine communa etc.

[1] Corr. *tempore guerre*, A, B.
[2] A. m. 19 d; B. m. 14 d.
[3] The places seem Mackworth and Mickleover.
[4] *hesiam*, A; *heisiam*, B.
[5] *heisiam*, A; *haisiam*, B.
[6] A grove.
[7] *uocatur Shortegraue*, A, B.

Et Abbas dicit per attornatum suum quod tota graua illa sua est et quod Thomas nichil habet ibi nisi tantum tres acras brullii etc., et pertinet ad manerium de Oure quod idem Abbas habet in elemosina ex dono Dom. Regis, et ipse et ecclesia sua semper fuit inde seisita, [1]offert disracionare per corpus cuiusdam liberi hominis sui Gileberti.

Et Thomas dicit quod ipse et participes sui sine quibus non potest respondere sunt in seisina de eadem graua ut de libero tenemento suo, et ideo non uult ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit.

Et ideo quia breue non loquitur nisi de communa pasture et Thomas dicit quod tenementum et solum illud suum est, consideratum est quod non respondeant ad hoc breue, et ideo inde sine die et Abbas in misericordia et perquirat sibi per aliud breue si uoluerit[2] et habeat pasturam suam in Oure sine communa quam idem Thomas habeat in residuo terre de Oure et similiter Thomas habeat terram suam in pace sine communa quam idem Abbas habeat cum eo.

915. Bed. [3]Prior de Lentona[4] petit uersus Johannem de Maupertishale aduocacionem ecclesie de Mapertishale cum pert. ut ius suum etc. unde Prior Alexander predecessor suus fuit seisitus ut de feodo et iure ecclesie sue tempore H. Regis aui etc. ita quod presentauit talem[5] clericum qui ad presentacionem suam fuit admissus capiendo inde expleta ad ualenciam v. sol. ut in mobil'[6] etc. et postea Ricardi Regis tempore presentauit quemdam Laurencium qui etc. eodem modo etc. et hoc offert etc.

Et Johannes uenit et defendit ius suum nunc et alias quando defendere debebit, set dicit quod assisa non debet inde fieri, quia quidam Prior predecessor suus aliquando aramiauit assisam ultime presentacionis de eadem ecclesia uersus Gilebertum patrem suum et tandem in curia Regis Ricardi respondit idem Gilebertus contra assisam illam quod non debuit fieri quia manerium illud cum aduocacione ecclesie fuit seriancia Dom. Regis et sine Dom. Rege non debuit de

[1] Supply *et hoc*, B.
[2] Br. f. 225, § 10.
[3] A. m. 20; B. m. 12 d.
[4] Lenton Priory, Notts.
[5] *Deodatum*, A, B.
[6] *ut in ob'*, A, B; *oblacionibus*.

seriancia sua respondere, et Prior tunc quesitus si quid habuit de Dom. Rege per quod aduocacionem illam habere posset, dixit quod habuit cartam et quod fuerunt[1] in partibus transmarinis, et ideo datus fuit ei dies diffusus ad cartam suam habendam, ad quem diem non uenit Prior, ita quod per iudicium curie remansit aduocacio illa eidem Gileberto patri suo qui presentauit ad eandem Henricum de Witintona, et inde profert Regis Ricardi cartam que testatur quod concessit et confirmauit Henrico de Witintona ecclesiam de Mapertishale quam Gilebertus de Mapertishale seruiens suus ei dedit ad quem donacio eiusdem ecclesie pertinet quare uult etc., et si curia considerauerit quod super hoc debeat respondere, dicet aliud per quod Prior nullum ius habet.

Et Prior dicit quod hoc non debet ei nocere quia reuera assisa ita summonita fuit et quod non potuit habere cartam Dom. Regis aui Dom. Regis quam habuit, et dicit quod prius habuit seisinam etc. sicut predictum est, et profert cartam Regis H. aui Dom. Regis que confirmat eis ecclesiam suam[2].

Post[3] uenit Johannes et ponit se in magnam assisam et petit recognicionem fieri quis eorum maius ius habeat in illa aduocacione.

916. [4]Bartholomeus filius Eustachii summonitus fuit ad respondendum Willelmo filio Henrici quare deforciat ei duas partes unius bouate terre cum pert. in Piltona unde assisa noue disseisine summonita fuit coram iusticiariis ultimo itinerantibus apud Northamtonam inter ipsum Willelmum querentem et predictum Bartholomeum etc. Rotel.

Et Bartholomeus uenit et defendit iniuriam et dicit quod idem Willelmus est uillanus et terra illa est uillenagium suum et debet ei has uillanas consuetudines, scil. iij. sol. et iiij. d. per annum de firma et ad Natale iiij. gallinas et ad summonicionem ipsius Bartholomei inter Natale et Purificacionem B. Marie unum conuiuium et in quadragesima arare per j. diem ad proprium cibum suum et herciare per j. diem ad proprium cibum suum, et die Pasche debet xx. oua

[1] Sic, A, B.
[2] *illam* not *suam*, A, B.
[3] This clause is not in B.
[4] A. m. 23 d; B. m. 17 d.

et in estate per unum diem arare ad dignarium[1] ipsius Bartholomei, et per j. diem falcare ad cibum ipsius Bartholomei scil. bis in die, et per j. diem cariare fenum ad cibum ipsius Bartholomei, et in autumpno operari debet ad precariam Bartholomei, cum tota familia sua excepta uxore sua et ad luuebon'[2] Bartholomei inuenire debet j. hominem ad proprium cibum, et in hyeme arabit per j. diem ad dignerium Bartholomei, et si maritare uoluerit filiam uel sororem finem faciet cum ipso Bartholomeo secundum quod poterit, et unde idem dicit quod idem Willelmus uillanus est et terra illa est uillenagium suum et antecessores sui fecerunt illas consuetudines et tenementum illud illas debet et offert Dom. Regi j. marc. pro habenda inquisicione si curia considerauerit quod iurata inde fieri debeat super recordum curie Domini J. Regis ubi omnes ille consuetudines ei fuerunt adiudicate.

Et Willelmus defendit omnes illas consuetudines et dicit
[185.] quod non debet inde nisi tres solidos et iiij. den. | per annum pro omni seruicio et inde ponit se super iuratam. Et fiat iurata et ueniat a die S. Hill. in xv. dies ad recognoscendum si predictus Willelmus et antecessores sui tenuerunt predictam terram in uillenagium de antecessoribus ipsius Bartholomei faciendo omnes predictas consuetudines, uel si tenuerunt libere reddendo per annum iij. sol. et iiij. den. et faciendo forinsecum pro omni seruicio etc.[3]

917. Norf. Suffoc. [4]Preceptum fuit uicecomiti quod uenire faceret coram iusticiariis quatuor milites[5] constitutos ad assisam noue disseisine capiendam inter Martinum de Bella Fago querentem et Hugonem de Rikingehale et Rogerum de Burs deforciantes de tenemento in Debbeham in com. Suffolcie et in Gremseuilla in com. Norfolcie ad faciendum recordum illius assise sicut coram eis facta[6] fuit. Et ipsi quatuor milites ueniunt et recordantur quod predictus Martinus tulit eis breue Dom. Regis de assisa illa capienda et ipsi per preceptum

[1] Bartholomew is to supply dinner.
[2] A love-boon is, I suppose, work which in theory is or has been not demandable as of right.
[3] Verdict below, MS. f 160 *b*.
[4] A. m. 24; B. m. 17.
[5] *Will. fil. Roscelini, Heruic. de Stanho, Rob. de Coleuilla, Rob. de Agneaus*, A.
[6] *capta*, A, B.

illud fecerunt uenire coram eis assisam illam. [1]Et idem Martinus uenit et predicti Rogerus et Hugo similiter et quesiti si dicerent aliquid quare assisa remaneret dixerunt quod non immo bene concesserunt assisam illam per quod consideratum fuit coram eis quod assisa procederet et capta fuit assisa coram eis per tales[2] iuratores, qui omnes dixerunt quod predictus Hugo et Rogerus non disseisiuerunt ipsum Martinum de aliquo libero tenemento suo, et quia hoc precise dixerunt consideratum fuit quod ipsi Hugo et Rogerus essent inde quieti et Martinus in misericordia. Et super hoc uenit Martinus et bene concedit illud recordum set dicit quod iuratores male iurauerunt quia ipse Martinus totum tenementum illud tenuit cum Gyla uxore eius matre predicti Hugonis ut hereditatem ipsius Gyle et que habuit pueros de eo et ideo secundum consuetudinem regni tenere debuit terram illam tota uita sua, et ideo dicit quod male iurauerunt[3]. Et Hugo et Rogerus cognoscunt bene quod Martinus et Gyla habuerunt pueros simul sicut Martinus dicit et recognitores omnes[4] ueniunt et bene concedunt recordum et ideo omnes recognitores sunt conuicti de falso sacramento eo quod Martinus secundum consuetudinem regni debuit tenere tenementa illa tota uita sua. Et consideratum est quod Martinus recuperet seisinam suam de toto tenemento illo in eo statu in quo fuit die quo assisa capta fuit, et Hugo et Rogerus in misericordia pro disseisina et respondeant Martino de dampnis suis et recognitores committuntur gaole. Et Hugo dicit quod totum bladum de hoc autumpno est in grangia et ipse inde seminauit bene[5] terras illas, set reuera cepit de hominibus xl. sol. Et inuenerunt plegios de misericordia et de dampno. Et[6] recognitores finem fecerunt per l. marcas, et sic fit compensacio dampnorum cum melioracione.

[1] A new paragraph begins here but the record of the justices continues.

[2] Twelve names, A, B.

[3] The second husband's right to curtesy seems not to have been very clearly established, and Segrave denied it. See Br. f. 438. But here the jurors are convicted of perjury because they ignored it.

[4] Supply *preter Gaufridum de Dentona*, A, B.

[5] *peroptime*, A, B.

[6] This clause is not in B; A states what each recognitor has to pay; the amounts vary.

918. Lond. [1]Martinus filius Willelmi queritur quod Bonemie Motun[2] Judeus et uxor eius Amistera et Benedictus et Josep filii eius occiderunt Willelmum patrem suum in ebdomada proxima post Pentecosten in domo eiusdem Bonemie nequiter et in felonia et quod hoc fecerunt in pace Dom. Regis et in felonia offert disracionare uersus eum sicut Cristianus uersus Judeos prout curia considerauerit.

Et Bonemie uenit et defendit pro se et uxore sua et pueris suis mortem Willelmi et feloniam et totum de uerbo in uerbum sicut Judeus uersus Cristianum et bene defendit quod eo die quo idem Willelmus obiit non fuit idem Willelmus in domo sua nec domum suam intrauit. Et quesitus quomodo se purgare uoluerit de morte et si[3] ponere uelit super xij. legales uicinos Cristianos et xij. Judeos uicinos dicit quod non uult ponere se super aliquam iuratam contra libertatem suam quam ipsi Judei habent per cartam domini Regis J.[4]

Et inquisicio fiat per Cristianos et Judeos etc.[5]

919. Warr. [6]Willelmus de Herdeuico per attornatum suum petit uersus Ricardum de Caldicote j. uirg. terre cum pert. in Caldicote ut ius suum et in quam idem Ricardus non habet ingressum nisi per Aliciam que fuit uxor Mauricii de Caldicote que eam tenuit in dotem de dono ipsius Mauricii quondam uiri sui auunculi ipsius Willelmi cuius heres ipse est ut dicit.

Et Ricardus uenit et defendit ius suum habendi in dominico et quod nullum ingressum habet per Aliciam quia priusquam Alicia aliquam dotem habuit ipse terram illam habuit et de medietate illius terre uocat ad warantum Ricardum de Pakintona et de alia medietate ponit se in magnam assisam etc. et petit recognicionem fieri utrum ipse maius ius habeat tenendi illam de ipso Willelmo uel Wil-

[1] A. m. 24 d.
[2] *Matun*, A.
[3] Supply *se*.
[4] Rot. Cart. p. 93, dated 10 Ap. 1201. According to the terms of this charter the Jew should be allowed to purge himself by oath *super rotulum suum*, i.e., I suppose, with his hand on the roll of Hebrew law.
[5] In A eighteen Christians and twelve Jews proceed to give different opinions as to Bonamy's guilt; no judgment. An interesting record.
[6] A. m. 25 d; B. m. 15 d.

lelmus in dominico, et si assisa non iacet[1] ponit se super iuratam patrie quod nunquam ingressum habuit per Aliciam, set reuera attornatum fuit seruicium suum eidem Alicie in dotem. Et quia nescitur quid Ricardus de Pakintona uoluerit respondere ponitur iudicium in respectu de assisa illa usque Ricardus warentizauerit etc. Et datus est dies talis etc. et tunc habeat Ricardus warantum suum.

920. [2]Capitulum Exonie attachiatum fuit ad respondendum Margarie Belet et Roberto de Gosethorp capellano quare contra prohibicionem secutum est placitum in curia cristianitatis de aduocacione capelle de Lewes[3] contra prohibicionem etc., unde ipsi Margaria et Robertus queruntur quod post prohibicionem et post attachiamentum secuti sunt canonici illud placitum per quod deteriorati sunt et dampnum habent ad ualenciam x. marc. et inde producunt sectam, et dicunt quod ipsa Margaria tenet aduocacionem illam in dotem, unde warantus suus est infra etatem et in custodia Simonis de Wahulla. | Et Magister Rogerus de Bagetor'[4] precentor Exonie uenit pro capitulo et defendit pro capitulo quod de nulla aduocacione trahit eos in placitum, set reuera de decimis dominici ipsius Margarie trahit eos in placitum et non de aduocacione. Exon. [185 b.]

Et Margaria et Robertus dicunt quod nichil aliud pertinet ad capellam illam nisi ille decime et ita si amitteret decimas amitteret per consequens illam aduocacionem.

[5]Ad diem illum uenit Rogerus Cole canonicus Exonie et concedit quod de cetero non trahit[6] eos in placitum nec de aduocacione nec de decimis[5]. Dies datus est eis de audiendo iudicio suo tali die per preceptum etc. et prohibitum est precentori ne interim sequatur et quod faciat absoluere capellanum etc.

921. [7]Gaufridus filius Widonis petit uersus Petronillam que Leirc.

[1] As to this see Br. f. 318 b.

[2] A. m. 25 d; B. m. 18. This case appears in Placitorum Abbreviatio p. 101.

[3] North Lew is near Bratton Clovelly.

[4] See Hardy's Le Neve, vol. 1, p. 409.

[5-5] Not in B. This clause, an interpolated postscript, should follow the next.

[6] Corr. *trahet*, A.

[7] A. m. 26.

fuit uxor Gaufridi duas bouat. terre in Burtona cum pert. ut ius suum etc. Et Petronilla per attornatum suum uenit etc. et dicit quod idem breue loquitur de redditu xxxvj. sol. et de nulla terra et non uult ei ad hoc breue respondere nisi curia considerauerit desicut separat de breui. Et Gaufridus super hoc cognoscit et ideo Petronilla sine die et Gaufridus in misericordia.

922. Sumers. [1]Warinus de Denchelwrthe[2] optulit se uersus Radulfum de Aure qui se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito terre in comitatu Bercsire etc. et Radulfus non uenit etc. set Radulfus de Toreny et Paganus de Waletona et Willelmus de Estona tres milites ad eum missi ueniunt et dicunt quod multociens ibi fuerunt et quod Jordanus de Auney[3] quartus miles nunquam uenit etc. et per defectum eius nullum uisum fecerunt etc. et ideo preceptum est uicecomiti quod habeat corpus eiusdem Jordani in crastino S. Hill. apud Aure ad faciendum[4] simul cum illis tribus militibus, et dictum est eisdem militibus quod tunc sint ibi etc. et quod uicecomes habeat corpus eiusdem Jordani apud Westmonasterium a die S. Hill. in tres septimanas. Idem dies datus est predictis tribus militibus in banco et similiter Warino etc.

923. Dors. [5]Alexander de Lauerstoke, Willelmus de Estona, Elias de Mapertona et Willelmus de Aultona iiij. milites missi ad Murielem de Caundel que se essoniauit de malo lecti uersus Abbatem de Shireburnia de placito terre ueniunt et dicunt quod eam uiderunt in die[6] S. Luce Ewangeliste etc. et quod infirmitas sua non fuit languor et quod dederunt ei diem secundum breue in crastino[7] S. Martini apud Westmonasterium, sicut de malo transeunte etc.[8]

924. Norht. [9]Ricardus de Dunuar'[10] et Agnes uxor eius Gilebertus Passelewe et Sarra uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum Waltero de Besebro et Johanne uxori eius de placito quod faciant eis consuetudines et recta seruicia que eis facere

[1] A. m. 26; B. m. 15 d.
[2] *Duncheswurthe*, B.
[3] *Alneto*, B.
[4] Supply *uisum*, A, B.
[5] A. m. 26; B. m. 15 d.
[6] Oct. 18.
[7] Nov. 12.
[8] See below, Case 927.
[9] A. m. 26; B. m. 15 d.
[10] *Dunmarz*, B.

debent de libero tenemento suo quod de eis tenent in Nywentona ut in releuiis etc.

Et Ricardus et Gilebertus et Sarra ueniunt et dicunt quod Agnes non est presens et sine ea nolunt respondere nisi curia considerauerit etc. Et Agnes attachiata fuit per Ricardum Ruphum de Nywentona et Petrum filium Godwini. Et ideo ponatur per meliores plegios quod sit a die S. Hill. in tres septimanas. Idem dies datus est Ricardo, Gileberto et Sarre in banco.

Et Thomas Jukel et Emma uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum eidem Waltero et Johanne de seruiciis et consuetudinibus etc. de libero tenemento suo quod de eis etc. tenent in Nywentona, unde idem Walterus et Johanna dicunt quod ipsi Thomas et Emma tenent terram suam in dotem et ipsa Johanna est de primogenita filia Petri de Nywetona et racione aesnescie debent eis facere fidelitatem de dote sua[1].

Et Thomas pro se et uxore sua cuius loco etc. dicit quod reuera tenet in dotem et quod Johanna uenit de primogenita filia Petri set dicit quod omnes filie Petri sunt heredes ipsius Petri et si curia considerauerit quod debeat tantum facere fidelitatem primogenite libenter faciet uel omnibus si debeat, et ideo Thomas remaneat sine die quousque placitum inter participes terminetur.

925. [2]Henricus de Karletona petit uersus Henricum de Ver quod reddat ei xviij. marcas quas ei debet et iniuste detinet ut dicit etc. unde Henricus profert cartam eiusdem Henrici de Ver que testatur quod idem Henricus debuit ei xxviij. marcas et inde reddidit ei x. marcas et adhuc aretro sunt ei xviij. marce, et inde producit sectam. Et sciendum quod Henricus de Ver fecit plures defaltas et ideo est in misericordia pro contemptu curie[3]. Suff.

Et Henricus de Ver uenit et petit uidere cartam suam et eam uidit et exiuit loqui cum consilio suo et rediit et peciit respectum ut loqui posset cum seruientibus suis et audire

[1] Emma is doweress; Joan, Sarah and Agnes are parceners; Joan claims that because she represents the eldest branch it is to her, and her husband, that Emma should swear fealty.

[2] A. m. 27; B. m. 18.

[3] B stops.

compotum eorum de debito illo, ita quod si inquirere posset quod tantum ei deberet libenter ei redderet. Et Henricus de Karletona non uult ei respectum dare. Et Henricus de Ver iterum exiuit loqui cum consilio suo et non rediit, immo sepius interrogatus et requisitus recessit sine licencia. Et quia comparuit in curia et non dedixit cartam suam et sine
[186.] licencia recessit, consideratum est | quod Ricardus de Karletona recuperauit debitum suum de xviij. marcis et Henricus de Ver in misericordia, et preceptum est uicecomiti quod de terris et catallis suis faciat illos[1] xviij. marc. et illos habeat tali die ad reddendum etc.

926. Rotul. [2]Simon de S. Licio per attornatum suum optulit se iiij. die uersus Willelmum de Fortibus Comitem Albemarlie qui se essoniauit de malo lecti uersus eum de placito manerii de Strattona cum pert. et unde Comes essoniauit se de malo lecti Koker*uin*' in comitatu Humb'[3] etc. Et Comes non uenit etc. set Hugo de Patay cum Roberto de Burtona peciit licenciam ex parte Comitis surgendi et dixit quod conualuit de infirmitate sua et habuit per cur'[4] licenciam surgendi. Et adhuc non uenit, et Robertus presens est et hoc cognoscit et ideo Robertus sit sub plegio standi recto et Robertus le Butiller et talis plegii eius etc. Et uicecomes non misit breue de uisu faciendo et ideo uicecomes sicut prius mittat quatuor milites etc. apud Kokerum' etc. in comitatu Humb'[5] etc., et si non sit languor tunc ponant ei diem a die S. Hyll. in tres septimanas etc. Idem dies datus est Roberto de audiendo iudicio suo, et tales plegii[6] Roberti ad standum recto.

927. Dors. [7]Abbas de Shyreburnia per attornatum suum optulit se iiij. die uersus Murielem de Candel de placito dim. hide terre cum pert. in Bradeford quam idem Abbas clamat ut ius ecclesie sue uersus eam etc. Et Murielis non uenit etc. et essoniauit se de malo lecti uersus eum, ita quod quatuor milites missi fuerunt ad eam scilicet tales, qui uenerunt et testantur quod dederunt ei diem in crastino S. Martini, et

[1] Corr. *illas*, A.
[2] A. m. 27; B. m. 15.
[3] *apud Kokermue in com. Cumb.*, A, B.
[4] *per eos*, B; A illegible.
[5] *Kokermue in com. Cumb.*, A, B.
[6] Supply *sunt*. Names in A.
[7] A. m. 27. See above, Case 923.

ipsa non uenit etc. et ideo terra capiatur in manum domini Regis et ipsa summoneatur quod sit tali die auditura iudicium suum etc.

928. [1]Assisa uenit recognitura quis aduocatus tempore pacis presentauit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Chelewrthe que uacat ut dicitur cuius aduocacionem Walterus de Utewrthe clamat uersus Priorem de Nouo Loco[2]. Qui uenit per attornatum suum et dicit quod assisa non debet inde fieri quia ecclesia illa non uacat immo idem Prior est inde persona et fuit xx. annis transactis, et inde profert cartam Helye de Utewrthe patris ipsius Walteri que testatur quod idem Helyas pro deo concessit dedit[3] deo et ecclesie B. Thome Martiris de Aldebyria et canonicis etc. ecclesiam S. Marthe[4] in perpetuam et liberam elemosinam cum omnibus pertinenciis. Profert eciam cartam Godefridi quondam Wintoniensis Episcopi[5] que testatur quod ad peticionem et ad presentacionem Elye de Utewrthe concessit et dedit etc. deo et ecclesie S. Thome Martiris de Aldebiria et canonicis etc. ecclesiam de S. Martha cum omnibus pert. in liberam et perpetuam elemosinam possidendam et in usus proprios conuertendam etc. Unde idem Prior dicit quod reuera Elyas presentauit quendam Gerardum clericum qui ultimo obiit uicarius in eadem ecclesia, set post illam presentacionem dedit idem Elyas eandem ecclesiam eidem Priori per predictam cartam ita quod idem Gerardus redd'[6] ei per annum nomine pensionis j. marcam, et ideo non debet assisa procedere. Surr.

Et Walterus defendit cartam patris sui et quod idem Prior nullam seisinam per cartam illam habuit de illa ecclesia, set Elyas pater suus presentauit predictum Gerardum et de eius morte petit assisam. De carta Episcopi dicit quod non debet ei nocere quia Episcopus potuit facere quod uoluit. Et super hoc uenit Dom. Wintoniensis Episcopus et testatus est quod ecclesia illa non uacat et quod Gerardus obiit

[1] A. m. 28.
[2] Newark in Surrey.
[3] *pro deo etc. dedit*, A.
[4] On the hill above Chilworth. The Aldbury here mentioned seems to be in the parish of Send and to be the site of Newark Priory. Monast. vol. 6, p. 383.
[5] Godfrey Lucy, 1189—1204.
[6] *reddit*, A.

uicarius et non persona. Et ideo consideratum est quod Walterus nichil capit per hanc assisam et sit in misericordia pro falso clamore.

929. Essex. [1]Mauricius de Rerham[2] summonitus fuit ad respondendum Dom. Londoniensi Episcopo pro Dom. Rege, si quid iuris clamat in terra de Febbinges unde Alicia mater predicti Mauricii fuit seisita die quo obiit cuius heres est in custodia eiusdem Episcopi per Dom. Regem etc.[3]

Et Mauricius uenit et dicit quod tenet terram illam ut ius suum ex dono Alicie matris sue et inde profert cartam illam que donum illud testatur et petit iudicium si debeat respondere de libero tenemento suo eidem episcopo desicut non habet inde nisi custodiam et preterea pater pueri qui est in custodia sua nunquam habuit seisinam de tenemento illo, quia predicta Alicia tenuit terram illam de Rogero de Leiburnia in maritagium et illam dedit ei per duos annos ante mortem suam. Et Rogerus presens est et hoc idem cognoscit, et dicit quod si aliquis inde custodiam habere deberet, ipse Rogerus eam habere deberet, eo quod Alicia tenuit de eo et filius suus primogenitus pater pueri qui est in custodia Episcopi nunquam fuit inde in seisina etc.

Et Episcopus per Ricardum de Berkinge dicit quod Alicia reuera tenuit terram illam de ipso Rogero set dicit quod Mauricius nullum ingressum habuit nisi per ipsam Aliciam in infirmitate sua unde obiit et bene dicit quod in uita Alicie non habuit idem Mauricius aliquam seisinam de terra illa et inde ponit se super iuratam.

Et Mauricius dicit quod si curia considerauerit quod debeat eidem Episcopo inde respondere libenter ponit se
[136 b.] super iuratam | quod in uita Alicie habuit ipse inde seisinam et quod Alicia non obiit inde seisita quia ipse per duos annos ante mortem suam fuit inde seisitus.

930. Derb. [4]Brianus de Insula summonitus fuit ad respondendum Dom. Regi quo waranto se tenet in terra que fuit Huberti filii Radulfi de Scardecliue etc.

[1] A. m. 28.
[2] *Berham*, A.
[3] Alice left two sons, the elder is dead and his son is in ward to the bishop, Eustace of Fauconberg; Maurice is the younger.
[4] A. m. 28 d.

Et Brianus uenit et dicit quod tenet terram illam ut ius suum ex dono predicti Huberti qui adhuc uiuus est et sanus et iturus[1] de loco in locum, et si idem Hubertus uult aliis[2] aliquod ius peteret uersus eum ipse libenter responderet de iure.

Et Willelmus Brid qui loquitur pro Dom. Rege dicit quod Hubertus tenuit terram illam simul cum aliis terris de Dom. Rege in capite, et quia idem Hubertus est impotens sui ita quod amisit memoriam suam prohibuit Dom. Rex per litteras suas uicecomiti Notingeham quod non permitteret quod idem Hubertus daret uel uenderet uel alio modo alienaret quicquid de terris suis et hoc clamari faceret per totam balliuam suam quod nullus de terris suis emeret ad exheredacionem heredis sui, et interim mandauit Dom. Rex uicecomiti quod mitteret quatuor milites ad eundem Hubertum ad uidendum utrum ipse sane mentis esset et sui compos et ueritatem rei per eosdem milites scire faceret Dom. Regi in Oct. S. Trin. apud Norhamtonam. Et idem Willelmus profert litteras Dom. Regis que hoc idem testantur, unde dicit quod postquam littere ille uenerunt ad uicecomitem et postquam milites ad eum missi fuerunt posuit se idem Brianus in terram illam et super defensionem[3] Dom. Regis pluries ei factam et postquam idem Hubertus non fuit sane mentis nec compos sui[4].

931. [5]Ysobella que fuit uxor Nicholai de Kiuilly petit uersus fratrem Rogerum Magistrum Domus Dei de Portesmue terciam partem j. mesagii cum pert. in Wintonia et terciam partem j. mesagii cum. pert. in Portesmue in com. Suth. et terciam partem j. uirg. terre cum pert. in Bradefordia in com. Wilt. ut dotem suam etc. Suth. Wilt.

Et Magister uenit et dicit quod ipsa non debet inde dotem habere quia in plena sanitate eiusdem Nicholai celebratum fuit diuorcium inter ipsum Nicholaum et Ysobellam coram Dom. Sarrisbiriensi Episcopo, ita quod in illo diuorcio dedit ipse ei nomine dotis iiij^{xx}. marcas unde statim reddidit

[1] Corr. *itinerans*, A.
[2] Corr. *uel alius* not *uult aliis*, A.
[3] *Defensio*, prohibition.
[4] See Br. f. 14 b.
[5] A. m. 28 d.

ei lx. et postea quando ipse reddidit se religioni implacitauit ipsa eum de xx. marcis residuis et illas recuperauit uersus eum.

Et Ysobella uenit et defendit quod deuorcium celebratum nunquam fuit inter eos et quod nunquam cepit ab eo nomine dotis illas iiij^{xx}. marcas, set reuera quando Nicholaus uir suus reddidit se religioni pro timore quem habuit de Dom. J. Rege et Willelmo de Wroteham[1], ipsa reclamauit et noluit permittere ipsum reddere se religioni, et ipse Nicholaus tunc concessit ei ad sustentand' illos denarios, ita quod nunquam nomine dotis recepit et hoc offert etc. defendere sicut curia considerauerit.

932. Sussex. [2]Willelmus de Holendale et alii missi ad Willelmum Maufe simul cum Willelmo Burton' ad audiendum quem ipse Willelmus attornare uellet uersus Henricum de Roin de pl' facti[3] ueniunt et dicunt quod percussus est paralysi ita quod non potest loqui bene, set sicut potuit loqui[4] loco suo Reginaldum filium suum. Set non admittitur eo quod milites testantur quod Willelmus non potest loqui set datus est eidem Henrico dies de audiendo iudicio suo a die S. Hill. in unum mensem et dictum est Reginaldo quod tunc faciat uenire patrem suum.

933. Bed. [5]Assisa xxiiij. ad conuincend' xij. uenit recognitura si Rogerus Burnard iniuste et sine iudicio disseisiuit Robertum de Euertona de communa pasture sue in Euertona que pertinet ad liberum tenementum suum in eadem uilla post ultim' etc. unde Rogerus queritur quod iuratores assise noue disseisine que summonita fuit et capta coram Thoma de Eydona et sociis suis iusticiariis assignatis ad assisas noue disseisine capiendas apud Dunstapliam falsum fecerunt sacramentum.

Jurata xxiiij. ad conuincend' xij.

Et Robertus uenit et omnes xij. primi recognitores preter unum ueniunt, set de xxiiij. militibus non ueniunt nisi tantum xviiij., set Rogerus Bernard et Robertus et omnes predicti xij. primi recognitores ueniunt et ponunt se super

[1] John's admiral. Nicholas seems to have been a seafarer. See Index to Rot. Cl.

[2] A. m. 28 d.

[3] Corr. *de placito finis facti*, A.

[4] Supply *posuit*, A.

[5] A. m. 29.

ueredictum ipsorum xviij. militum, et ideo procedat assisa. Post uenerunt duo ita quod xx. iurauerunt.

Juratores dicunt quod idem Rogerus iniuste et sine iudicio et post terminum disseisiuit eundem Robertum de communa illius pasture sicut predicti xij. iuratores prius iurauerunt et quod bene iurauerunt. Et ideo xij. recognitores et Robertus inde quieti et Rogerus in misericordia et committitur gaole. Postea fecit finem per x. marcas etc.[1]

934. [2]Ricardus de Shupestona pro se et Margaria uxore eius cuius loco etc. petit uersus Willelmum de Bolescota et Ascelinam uxorem eius, Thomam de Tidelementona et Eleonoram uxorem eius, Jordanum de Breyles et Ysabellam uxorem eius, Walterum de Wolauitona et Ceciliam uxorem eius et Ricardum[3] de Wlfrid' et Amiciam uxorem eius quod reddant eis racionabilem porcionem | ipsius Margarie que eam contingit de hereditate que fuit Simonis Cusin in Wolauigtona patris predictarum mulierum qui nuper obiit unde ipse Ricardus et Margaria petunt uersus quamlibet earum terciam partem xviij. acr. terre etc. Warr. [137.]

Et Willelmus et omnes alii ueniunt et dicunt quod ipsi Ricardus et Margaria habent unam uirg. terre que data fuit eidem Ricardo cum ipsa Margaria et bene concedunt quod si illa non sufficiat ad partem suam quod ponatur in partem et habeant per totum partem suam ita quod eodem die quo unusquisque recepit partem suam recepit ipse Ricardus suam partem[4].

Et Ricardus dicit quod nunquam habuit terram illam in parte, set reuera Simon dedit quia[5] uiginti quatuor annis elapsis terram illam per octo annos priusquam duxit Margariam in uxorem pro homagio suo et inde profert cartam suam que hoc testatur. Et carta uisa est et uidetur esse falsa, quia cera non est de tribus annis immo recens est et ideo adiudicata est ad falsam et ita nulla est et ideo Ricardus custodiatur.

Post uenit Ricardus et cognoscit quod carta falsa est et

[1] Quaerens custodiatur in prisona graui poena pecuniaria redimendus. Br. f. 292.

[2] A. m. 29 d.

[3] MS. has *sicut* for *Ric'*.

[4] As to hotchpot, see Br. f. 77.

[5] Corr. *ei* not *quia*, A.

concedit quod illa uirg. terre quam tenent ponatur in parte inter eos, et ideo fiat particio inter eos.

935. Linc. [1]Magna assisa inter Robertum Arsyc petentem et Osbertum Arsyc deforciantem de seruicio et consuetudinibus etc. ponitur in respectum usque concordati sint et Osbertus dat ij. marcas pro licencia concordandi.

936. Midd. [2]Henricus Bucunt petit uersus Johannem Walerand' quatuor uiginti acr. terre cum pert. in Stanmere[3] uersus Johannem de Stapinges et Gilam uxorem eius tres sol. redditus et duas acr. terre cum pert. in eadem uilla ut ius suum.

Et Johannes Johannes et Gila per attornatum eiusdem Gile ueniunt et petunt inde uisum. Habeant. Dies datus est eis talis etc.

Idem Henricus petit uersus ipsum Johannem de Stepinges quod reddat ei v. marcas et j. gladium que ei iniuste detinet ut dicit quia in pleno comitatu pro transgressione quam ei fecit concessit ei illas v. marcas et ipsum gladium et inde producit sectam etc.

Et Johannes uenit et defendit contra eum et contra sectam suam et[4] quod nullum denarium ei debet nec gladium et offert hoc defendere sicut curia considerauerit et ideo defendit[5] se xij. manu et ueniat cum lege a die Pasche in xv. dies. Johannes uenit et fecit legem et ideo est quietus et Henricus in misericordia.

937. Norf. [6]Emma que fuit uxor Walteri filii Ricardi de Felebrigge per attornatum suum petit uersus Ricardum de Felebrige quartam partem duarum caruc. terre cum pert. in Felebrigge, Stauntona, Aylmartona, Suthstedia et Mortona ut dotem suam unde predictus Walterus eam dotauit die etc. per assensum et uoluntatem eiusdem Ricardi patris sui etc. et inde profert cartam eiusdem Ricardi que hoc idem testatur, quod concessit eidem Waltero filio suo ad ipsam Emmam dotandam ipsam quartam partem.

[1] A. m. 30. This entry is copied merely because in A the mark set against the next case goes a little too far.

[2] A. m. 30. See Case 716.

[3] Supply *et*, A.

[4] Om. *et*, A.

[5] Corr. *defendat*, A.

[6] A. m. 30 d.

Et Ricardus uenit et cognoscit cartam suam et quod ita dotata fuit set Rogerus pater eiusdem Emme fecit ei conuencionem quandam quam ei non tenuit et ideo petit iudicium si de dote sua debeat ei respondere priusquam Rogerus tenuerit ei conuencionem.

Et quia cognoscit cartam suam et quod ita fuit dotata et conuencio Rogeri in nullo tangit Emmam, consideratum est quod Emma recuperauit seisinam suam ut de dote sua et Ricardus in misericordia et perquirat se uersus Rogerum.

938. [1]Alicia que fuit uxor Thome filii Gote petit uersus Dauid de Hoclintona terciam partem dim. uirg. terre cum pert. in Mortona[2] ut dotem suam etc. unde Thomas uir suus eam dotauit etc. Northt.

Et Dauid uenit et non uult ei respondere sine waranto suo de dote sua.

Et Alicia dicit quod Willelmus filius et warantus suus eiurauit regnum pro nequicia sua et ideo non debet expectari quia ipsa habet adhuc unam filiam[3] etc.

Et Dauid uenit postea et uocat inde ad warantum Simonem de Pinkeniny. Habeat in tres septimanas per auxilium curie. Post uenit et reddit ei terciam partem, habeat seisinam suam etc.

Eadem Alicia optulit se iiij. die uersus Willelmum de Clarisuallibus de placito tercie partis dim. uirg. terre cum pert. in eadem uilla quam clamat in dotem etc. Et Willelmus non uenit etc. et summonitus etc.

Tercia pars capiatur in manum Dom. Regis et dies etc. et ipse summoneatur quod sit tali die etc.

939. [4]Radulfus filius Roberti et Alicia uxor eius summoniti fuerunt ad respondendum Viuiano filio Radulfi quare non warentizant ei j. mesagium cum pert. in Oxonia quod tenet et de eis tenere clamat etc. et unde cartam eorum habet etc. | Oxon.

Et Radulfus et Alicia ueniunt et dicunt quod non debent ei illud warentizare quia eadem Alicia nullum mesagium ei concessit nec carta loquitur de ea, et ideo non uult warenti- [137 b.]

[1] A. m. 32 d.
[2] Morton Pinkney.
[3] *filiam* repeated.
[4] A. m. 32.

zare nisi curia considerauerit. Et carta uisa est et non loquitur de Alicia nec sigillum suum appositum est et ideo Radulfus et Alicia inde sine die et Viuianus in misericordia.

Postea dicit Radulfus quod idem Viuianus tempore quo fuit uicecomes cepit homines suos et inprisonauit et aueria sua cepit et per districcionem ei fecit cartam illam.

Et Viuianus defendit quod nullum hominem cepit et quod nullam districcionem ei fecit et petit sibi allocari quod carta illa facta fuit tempore pacis et quod idem Radulfus nunquam postea querelam fecit, presertim cum Dom. Rex misiset nuper iusticiarios ad querelas audiendas de ipso Viuiano. Et quia istud placitum non tangit warentiam, eant sine die et si Viuianus implacitatus fuerit, tunc perquirat se uersus Radulfum si uoluerit.

940. Buck. [1]Prior de Nyweport optulit se iiij. die uersus Henricum de Hauuilla de placito quare secutus est placitum in curia cristianitatis de laico feodo ipsius Henrici in Parua Linfordia contra etc.

Et Henricus non uenit et fuit querens et ideo Prior inde sine die et Henricus et plegii de prosequendo in misericordia, scil. Hugo Parcarius et Simon filius Stephani. Et misericordia perdonatur quia Dom. Rex defaltam illam ei warentizauit per breue suum[2]. Et ideo per consilium curie attachietur Prior quod sit tali die etc. responsurus etc.

941. Warr. Wilt. Johannes de Mar et Eua uxor eius per attornatum suum petunt uersus Robertum de Mandeuilla terciam partem quarte partis uille de Suttona cum pert. et terciam partem tercie partis uille de Funtel[3] cum pert. in com. Wilt. et terciam partem quarte partis uille de Dorcet' cum pert. et terciam partem quarte partis uille de Alesfordia cum pert. in com. Warr. ut dotem suam, unde Willelmus Cumin quondam uir eiusdem Eue eam dotauit etc. die etc. quia dotauit eam de tercia parte tocius terre quam tunc tenuit et que ei descendere potuit[4], et tota terra predicta ei descendit postea,

[1] A. m. 32 d.
[2] Br. f. 368.
[3] Fonthill, near Sutton Mandeville.
[4] As to such an endowment see Br. f. 93.

et ideo petit terciam partem et quod ita fuit dotata producit sectam scil. J. Scot et tales.

Et Robertus uenit et defendit quod non debet inde dotem habere, quia Willelmus uir suus dotauit eam de tercia parte tocius terre quam ipse tenuit die quo eam desponsauit et non de aliis terris et omnes predicte terre postea ei descenderunt et ideo non debet inde dotem habere, et quod alio modo non fuit dotata offert defendere sicut curia consideraverit contra eam et contra sectam suam.

Et Eua quesita ubi fuit desponsata, dicit in Scocia. Et Robertus hoc cognoscit et petit sibi allocari quod Jacobus predictus qui se facit testem est attornatus Johannis et Eue[1].

942. Robertus de Fulgfordehag' et multi alii summoniti fuerunt ad respondendum Radulfo de Gattele quo iure exigunt communam pasture in terra eiusdem Radulfi in Gottele desicut idem Radulfus etc. Norf.

Et Robertus et omnes alii per attornatum suum ueniunt et dicunt quod tenent tenementa sua in Elmham de Dom. Norwicensi Episcopo et pastura illa pertinet ad eadem tenementa et ideo uocant ad warantum eundem Episcopum.

Et quia Episcopus[2] itur in seruicium Dom. Regis ad curiam Romanam et preterea crucesignatus est, remanet loquela sine die usque aduentum Dom. Episcopi uel ad aliam summonicionem.

943. [3]Hugo de Goudingeham optulit se iiij. die uersus Petrum de Cantelupo de placito quod respondeat ei de plagis et pace Dom. Regis infracta unde eum appellat. Et Petrus non uenit etc. Et preceptum est uicecomiti quod haberet corpus eius et uicecomes mandauit quod seruit Petro filio Hereberti et ideo preceptum est uicecomiti quod per sectam eiusdem Hugonis ipsum Petrum interrogari faciat et secundum regni consuetudinem utlagari, et si idem Petrus ueniat ad comitatum ipsum capiat et coram iusticiariis apud Westmonasterium habeat ad respondendum inde predicto Hugoni. | Essex.

[1] One member of the defendant's secta was her attorney.

[2] Pandulph.

[3] A. m. 83. As to this appeal see above, Case 903, Br. f. 142 b, and Ann. Mon. vol. 3, p. 95.

APPENDIX.

[In Case 791 as printed above some words have been omitted. The following is a correcter copy of it.]

791. Wilton. Ricardus de Pauleshost summonitus fuit ad respondendum Willelmo Kuckewel quare distringit eum ad faciend' ei consuetudines et seruicia que de iure facere non debet nec solet, et unde dicit quod cum non debeat ei de eodem tenemento nisi seruicium forinsecum quantum pertinet ad unam uirgatam terre et dim. et quartam partem unius uirgate terre cum pert. in eadem uilla ipse exigit ab eo et distringit eum pro seruicio quantum pertinet ad tres uirgatas terre integre, et preterea distringit eum ad reddendum ei xx. sol. de redditu.

Et Ricardus uenit et dicit quod nullum tenementum de eo tenet, set reuera tradidit ei et uendidit quandam custodiam usque ad terminum xiiij. annorum unde ei reddere debuit singulis annis xx. sol. et unde reddidit ei pre manibus redditum vj. annorum, et unde aretro sunt adhuc de termino vij. anni, et vij. anni iam transierunt et unde ei aretro sunt xx. sol. de redditu unius anni.

Nota quod ubi breue non loquitur de aliquo tenemento de seruiciis et consuetudinibus cadit breue et inplacitatus sine die.

Et Willelmus uenit et cognoscit quod antequam haberet quoddam escambium quod nunc tenet debuit reddere singulis annis xx. sol. et quod totum soluit pre manibus, set nichil inde ostendit, cyrographum nec scriptum. Et quia breue non loquitur de aliquo tenemento, nec libero, nec alio, ideo consideratum est quod Ricardus quietus de hoc breue et Willelmus in misericordia.

END OF VOL. II.

CAMBRIDGE: PRINTED BY C. J. CLAY, M.A. & SONS, AT THE UNIVERSITY PRESS.